BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
9 B
9

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-8.d.9

Digitized by Google

Coll. Rom. Soc. Jesu Cat. Inscript. ...

DIVERSORVM IVRIS COMMVNIS, ET REGNI.

OPVS PRACTICAS, ET QVOTIDIANAS MATERIAS continens, quæ ad vtrumq; Ius cõe, & Regni pertinent.

OMNIBVS LEGISPERITIS, ET IN FORO VERSANTIBVS Admodum vtile.

AVCTORE NICOLAO ANTONIO DE PALMA
à Corleto Faſanellæ V. I. D.

Cum Jndice rerum notabilium copioſiſsimo.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEAPOLI, Ex Typographia Secundini Roncalioli 1623.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Al Sig. Canonico Roſſi, & al Sig. Abbate Taſti per reuiſione 11. Iunij 1621. *A. Epiſcopus Carinola Vic. Gen.*

Admod. Ill. & Reuerendiſs. Domine

Perlegi præſentem librum cuius titulus eſt, Diuerſorum iuris Communis, & Regni, & cum in eo nihil contineatur, quod fidei Catholicæ, bonis moribus, & Regulis Romani Indici contrarium ſit, cenſeo typis excudi poſſe, ſi ita videbitur Domimat. veſtræ Perill. & Reuerendiſs. Dat. Neap. die 12. Iulij 1621.

Alexander Ruſſus Canon. Dep.
Lelius Abbas Taſtius Dep. vidit.

Imprimatur A. Boſchius Epiſc. Carin. Vic. Gen.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Sig.

Col'Antonio de Palma della Terra di Corleto Faſanella V.I.D. fa intendere à V. S. Illuſtriſs. & Reuerendiſs. come hauendo commentate alcune Pragmatiche, & Capitoli del Regno deſidera quelle ſotto il titolo Diuerſorum Iuris communis, & Regni, fare ſtampare. Per ciò la ſupplica reſte ſeruita concederli il Regio beneplacito, acciò poſſa legitimamente eſequirlo, & lo riputerà à gratia, vt Deus.

Magnificus Iudex Paſchalis videat, & in ſcriptis referat.
Vrſinus Reg.

Prouiſum per Illuſtriſs. & Reuerẽdiſs. Dñm Locumt. Gen. Neap. die 26. Maij 1621. *De Angelis.*

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine.

Opus Diuerſorum Iuris Communis, & Regni ab eruditiſsimo Nicolao Antonio de Palma elaboratum vidi, & perlegi, illudq; nedum impreſſione dignum, ſed rei literariæ non parum incrementum allaturum, publiceq; vtilitati valde pro futurum cenſeo, & ita omni qua teneor reuerentia, vt Illuſtriſs. Dominationis tuę mandatis obtemperem refero. Neap. Kal. Iunij 1621.

Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Dominationis tuæ
Humilliſſimus ſeruus
Philippus Paſcalis.

Impr. Conſtantius R. Valenzuela R. Vrſinus R.

PERILL. D. IO. BAPTISTÆ VALENZVELAE Velazquez S. R. C. Præſidi, R. C. Regenti Litterarum Mœcenati.

Pro Legali hoc eruditiſsimi Palmæ Opere

Adm. R. D. Proſperi Antonij Zizzæ Acad. Ocioſi nuncupati Pij

C A R M E N.

HAEC quæ ſuſpiciens cæleſtes ardua tractus
Palma humili ſe tollit humo, ramoſq; patentes
Pandit, & eccs profert, vberrima fructus
Quales Iſacidum tellus, aut gignit Idumæ,
Cui debebatur, tibi ni clariſsime Præſes
Muſarum Præſes, d. cti Præſeſq; Senatus
Inter quem rutilas, velut inter ſidera Phœbus
Qui non è Xantho, placidi ſed ab amne Sucronis
Non clara è Delo, clara ſed Iberide Conca
Heſperiæ illuces Magnæ: tibi Palma labores
Submittit, fœtuſq; ſuos. te percipe digna.

Petri Antonij Santori V. I. D. in Autoris laudem.

ARboreas inter, ſoboles, velut ardua palma
Exerit auricomum ſidera, ad alta caput.
Et quamuis oneri cubet, inclinata reſurgit.
Et ſecum elato vertice, ſurgit onus
Iuriſconſultos, inter ſic palma diſertos.
Iam dignum Palma nomen, & omen habes.
Tu ſuperas omnes, pariter, pariterq; labores
Tecum ſublimes, tollis ad aſtra tuos.

Digitized by Google

PERILLVSTRI DOMINO, D.

IOANNI BAPTISTAE VALENZVELA, VELASQVEZ,

A latere Conſiliario, Regiam Cancellariam Regenti, Sacrique Conſilij Præſidi meritiſſimo, & Domino ſuo Colendiſsimo.

Nicolaus Antonius de Palma V. I. D. Fæl.

QVAE tua iam inde fuit in me, meumque Filium Horatium, nullis noſtris meritis, beneuolentia ſingularis, itidemque ingeniti animi liberalitas, ex quo licèt non eſſe, fortunatè tamen eſſe, feliciter quoq. eſſe, niſi tibi, nec alii referre debeamus, quo factum eſt, vt omnia in te vitæ curſus opera noſtra dirigātur, neceſſitates omnes, ad quem in infortunijs, in acerbitatibus, ac in omni incōmoda fortuna confugiamus: At ſi is ſemper in nos fuiſti, meumq. potiſſimum in eundem filium, nunc Regium Auditorem Prouinciarum Aprutij, qui veſtra opera, & beneuolentia honores eſt honorificè conſequtus, Nunc maximè mihi in optatis foret. Si tantò humaniorem, & benigniorem hodierna luce mihi præſtares, quanto me cauſa grauior vrget; Quidam igitur mentis ardor, & animi Cupiditas, magiſtratus decor, in vtero mētis meæ quemdam de Sacroſanctis Legibus conceptum iam diù procreauit, qui paſſim aſſiduis Lucrubationibus, & diuturnis laboribus auctus, nunc eumdem in lucem me edere cogit. At tenellus infans, nec vbera quæ iam ſugat, nec ſolidum, quem paſcat ci-

bum

bum apud parentem inuenit, ex quo non nihil commoueor, ne partus non adoleſcat, & ſi iam quid adoleuerit,ne demedio curſus itinere retrahatur. Hinc poſt multa conſilia. Ad te ipſum eũ dirigere,& meritò dirigere decreui,cum meo non tantũ paruulo eſcam, & potum, quo florens ad eſtremum vſque diem animam exuperet, ſed grauiſſimo cuiq. cuiuſcunque conditionis auctori tradere valeas; Ad te igitur eum allego, nunc puerilia tentat veſtigia, iam limen ingreſſum video, en quod ſe tota facie ſuffudit robur,obſtupeſcit tanto aſpectu,obmuteſcit reuerentia,ſuſcipias, vt confidat, integerrime, ac venerabilis Sacroſanctæ Iuſtitiæ defenſor, ſuſcipias inquam, ac fortiorum brachiorum tuæ auctoritatis ambitu complexũ foueas, & tutare, vt tutus vbiq. progrediatur. preces id petunt patris, id partus rogat modeſtia, id tuæ conſulit humanitatis ratio, vale ad commune omnium commodum,ac diu vale, Cæſarei Iuris obſeruator ampliſſime.

Digitized by Google

procuratorem facere debet à maiori parte fieri. nu.9. fol.235.

Vniuerſitas quamuis habeat vnam perſonam poteſt petere in integrum reſtitutionem. nu.34. fol.256.

Vniuerſitatis populo interdicto ſubrogari cenſentur interdicti, ſecus excommunicato. nu.40. fol.257.

Vniuerſitati ſi eſt cõceſſa dignitas dicitur realis, & tranſit in poſſeſſores ipſius. nu.41. fol.258.

Vniuerſitas dum emit feudum ſupponit vnum ciuem qui emit, vt iura Fiſci ſalua ſint. nu. 50. fol.159.

Vniuerſitatis contractus quoad obligationem tranſit in ſucceſſores, non tamem quoad peritorum. n.51. f.260.

Vnus ſi eligitur loco veteris collegij, non retinet iura ipſius. nu.38. f.257.

Vocari nomine collectiuo generis, vel familiæ non ſimul, ſed proximiores admittuntur. nu.26. fol.245.

Volo verbum importat liberam volũtatem. nu.1. fol.138.

Volo verbum diſponit, & eſt fons omnium diſpoſitionum. nu.2 fol.138.

Volo verbum importat mandatum, & præceptum. nu.3. fol.238.

Voluntas, & poteſtas perficiunt actum hominum. nu.13. fol.18.

Voluntas, & non euentus inſpici debet num. 20. fol. 131.

Vulpinandum eſt cum vulpibus, & fallacia fallaciam incidat. nu.17. fol. 109.

Vxor ſine dote, vel cum parua habet quartam in bonis viri diuitis mortui. nu.6. fol.11.

Vxor non poteſt virum bannitum occidere, qui poteſt ex ſtatuto occidi. num. 30. fol. 215.

Vxoris amor immenſus, quæ cum viro permutata veſte in carcere remanſit, & virum euaſit. n.21. f.311.

FINIS.

Errata ſic corrige.

Primus numerus indicat folia, ſecundus columna, tertius vero verſ.

Fol. 8. col. 1. verſ. 20. ibi, ſuerta, legge, ſecreta. 9.1.9. Pericles, Periandi. 11.1.6. & 6. ſunt duplicate l. quãuis, ff. de in integ. reſt. & l. ſi debitoris, ff. de iudi. 17.2. vlt. in ſitu, tritica. 18.1.23. perficiunt, adde Bal. 22.1.32. Teſau. Surd. 26.2.12. ob, adde eam. 29.1.2. caius, currere. ibid. in fin. preferẽda, adde, l. reprehendẽda. 34.1.21. ſi vero, adde, Aut. 39.1.28. in glo. adde ff. de appel. 40.1. penul. de, adde, offi. & col.2.24. non, adde, recip. 42.1.2. militis, melius. 45.1.27. pacto, adde, vt 50.1.18. caut. adde, 31. 52.2. 16. ab eius decreto, dele cũ ſit ſuperflua. 57.2.12. perſcriptio, adde, Socc. 59.2.2. cõgerit, adde, in c. & ver. 6. baroinc. Barane. & ver.15. deci. conſ. 61.1.20. pergatũ, legatum, & veſ. ſeq. legatarius, adde, ſine ſollenitate. 62.2.1. datur, dicitur. 66.1.6. ſuam, adde, intentionẽ. 77.1.35. duorum, durũ. 80.2.8. primũ, paruum 81.1.32. primo, ſi iurauerit. 84.2.6. emiſit, euaſit. 88.2.16. aut, Aret. 91.2.26. vnum, verum. 95.2.15. iuſſuut, iuſſerũt 97.1.24. ipſis inpus, Epiſcopus. & ver. 2. Pontifice, adde, impoſitum. 103.2.8. nõ poſſet, dele non. 107.1.55. fide, cauſã 113.1.3. num, reum. 125.2.32. ingreſſi, tranſgreſſi. 137.1.19. ex tota, ex certa. 143.1.8. ſiguif ſi quis ius dic. 146.2.21

promĩdarum, prouintialium. 150. 7. terminationem, eximitione. 153. 1. 1. ca n, eam, & ver. ult. ingerit, viguit. 155. 2. 11. permeturos, peracturos. 156. 1. 4. proferuntur, adde, ſententia. 159. 2. 23. nub. turb. 168. 2. 35. ideoq; idq; 172. 2. 11. limiue, litium. 184. 1. 14. Menoch. numer. 192. 2. 5. graui, tiranni. 201. 1. 10. iudex, velox. 206. 1. 5. nam, ſequere mutin. 212. 1. 2. fuerint, fiunt. 219. 2. 6. apud, adde, Caſſio. 121. 1 15. præd. adde, mino. meon. 236. 1. 1. c. epiſcop. qui epiſcopatum. 238. 1. 28. auth. aut. ſeq. ver. cougregate, congregati. 241. 1. 17. l. locationis, l. lege locationis. 244. 2. 15. titium, & maiorem, titium, & meuiũ. 251. 1. 24. Bal. ad Bar. Barb. ad Bar. 22. 2. 13. n. 4. ex tex. n. 9. & 10 253. 2. 35. dicere, dicit. 255. 1. 11. eſſet, eſſet valida. 257. 2. 7. qui non eſt, qui nunc. & ver. 22. per, adde, quam. 260. 2. 30. c. epiſc. epiſcopus. 263. 2. 5. & nũquid, & vtiq; 267. 2. 14. culpa, adde, bona. 274. 1. 25. maior, in poſſ. ent. 276 1. 11. ſi iuerit, ſi fuerit. & col 2. ver. ſufficit, adde, ff. de adm. tutor. 278. 1. 20. tutius, nu. 19. 280. 2. 19. cauſa, cautela. & ver. 27. præto. ſtipul. 282. 2. 4. cap. 14. 8. cap. 8. 284. 1. 34. negatione cepta, negationi ceptæ. 288. 2. 31. ceterorum, ceterum: 292. 1. 20. permotione, promotione. 294. 1. 31. fori, adde, vtuntur. 296. 1. 27. melioribus, adde, rationibus. 300. 1. 15. ſalte in, ſaltem cũ. 300. 2. 23. procu. conuenit, de pact. conuent. 301. 2. 17. adhibere, exhibere. 309. 2. 19. mine. mime. 310. 1. 29. annis, adde, octo. 316. 2. 22. citatione, citationis. 319. 2. 31. de cura, de iure. 325. 2. 22. omne, adde, iudicium. 326. 5 7. cuius cõe, cui ius cõe. & ver. 34 DD. dolo. 328. 2. 6 aduerſarius, aduerſario, adde, notificatur. 330 1. 22 de citati. A. dile. de citat. & dilat. 333 1. 5. atq; cauſa, atq; eam. 336. 1. 2. C pendentiam, c. prudentia n. 338. 1. 18. de reo iure, de reo verſ. 339. 1. 10 de concep. de libelli cõcep. & 2. 12. veleianus, Iulianus, & in ver. pen. C. in 341 1. 15. ſi expreſſ. ſi expreſſim. & ver. 32. lib. 1. adde, pract. quæſt. & 2. 3 licetut. liceter. 344. 2. 12. ſub pena, adde, produci. 345. 5. 7 Mont. antiqui Mont. antiquus, & col. 2. Lin. liceat.

Digitized by Google

DIVERSORVM IVRIS COMMVNIS, ET REGNI.

NICOLAI ANTONII DE PALMA A CORLETO FASANELLA V.I.D.

Progm. I. de ordine Iudic.

Diſpendia litium remouẽtes, ſancimus in cauſis ciuilibus, vel mixtis, coram quibuſcũque iudicibus, vel delegatis. procedi ſine figura iudicij ſola facti veritate inſpecta, cũ modo pro libello præcedat talis, qualis petitio, ex qua reus poſſit deliberare, ſi velit cedere, vel cõtendere; declarantes, nec per præſentem diſpoſitionẽ, nec per Cap. Deteſtantes circa probationes neceſſarias, non intelligi derogatum iuri, vel ſacrarum Regni Conſtit. vel Capit. diſpoſitioni.

SVMMARIVM.

1 *Princeps eſt pater ſubditorum.*
2 *Baro dicitur pater ſuorum vaxallorum.*
3 *Baro ita tueri debet ſuos vaxallos, ſicuti Rex ſuos regales populos.*
4 *Princeps dicitur pater patriæ.*
5 *Regnum non eſt propter Regem, ſed propter Regni, & publicam vtilitatem.*
6 *Principes à Deo ſunt inſtituti, non vt propria lucra quærant ſed vt communem populi vtilitatem perquirant.*
7 *Rex in quo differt à Tyranno.*
8 *Principis officium eſt ſicuti parentis erga filios.*
9 *Ouidij poetæ pulcherrima carmina de clementia Principis.*
10 *Alex mag. propter affabilitatem fuit à populis valde dilectus*
11 *Subditi ſunt benignè tractandi, & dulcibus colloquijs demulcendi potius quàm nimia ſceueritate irritandi.*
12 *Marcus Tullius primò fuit à Romanis vocatus pater patriæ.*
13 *Senatores Romani quare dicebantur patres.*
14 *Senatores ita vniuerſis ciuibus conſulere debebant, ſicuti patres filijs.*
15 *Cauſa finalis, & ratio legis ex eius præfatione colligitur.*
16 *Vinci ſemel in litibus melius eſt, quàm ſæpius vincere.*
17 *Lites non affectare, & ab eis abſtinere, eſt vtile & fructuoſum.*
18 *Pauperes in litibus ſæpe contra Iuſtitiam opprimuntur.*
19 *Lites contra potentes non ſunt inſtituendæ, & cur.*
20 *Ruſtici ad lites ſunt parati, & plura putant ſcire, quæ neſciunt.*
21 *Ruſtici propter ſcientiam efficiuntur ſuperbi ſed non nobiles.*
22 *Nobiles virtuoſi ſunt iure nobiles, & non ſunt ſuperbi.*

Digitized by Google

23 *Nobilium animus non eſt ita limitatus, ſicuti animus ruſticorum.*
24 *Legatum propter nobilitatem teſtatoris, largius interpetratur.*
25 *Nobiliũ proprium eſt liberalitates exercere, & donationes facere.*
26 *Nobiles ſi maxima donant putant minima præſtitiſſe.*
27 *Nobilium authoritas, & prærogatiua.*
28 *Reipublicæ intereſt, vt ſubditi ſint locupletes.*
29 *Princeps vti debet paſtoris officio.*
30 *Subditorũ commoda dicũtur Principis.*
31 *Principis beneuolentiæ eſt ſubditorum vtilitatem inueſtigare.*
32 *Paupertas eſt durior morte.*
33 *Rex Ferdinandus Primus habebat notam virorũ bonæ cõditionis, & famæ.*
34 *Barones in electione ſuorum officialium debent habere ſcientiam Virorum bonæ conditionis.*
35 *Principis nulla maior cuſtodia, quàm ſubditorum vera, & firma beneuolentia.*
36 *Alphonſus Arag. Rex interrogatus, cur erga malos etiam leuis eſſet? reſpõdit, quia bonos Iuſtitia, & malos clementia conciliat.*
37 *Princeps magis tuetur amore ſubditorum, quàm armis externarum gentiũ.*
38 *Micipiæ Regis Numidiæ notabile dictum ad filiũ cũ eſſet morti proximus.*
39 *Domini aliqui pellem ſubditorum excoriant.*
40 *Domini Tyranni dicuntur habere appetitum caninum.*

PRÆFATIO.

FERDINANDVS Primus huius Prag. autor Rex prudentiſſimus, paterna dilectione ſubdito- 1
rũ commodis inuigilans, dum ipſorũ indemnitati proſpexit, etiam publicæ conſuluit vtili-
1 tati, Nam Princeps ſubditorũ dicitur pater, l. ſi quis filium, C. de inoff. teſtam. l. fin. C. de debitor. Ciuit. lib. 10. §. oportet. Aut. de Armis. §. penult. Aut. iusiur. quod præſtatur ab his, c. conquerente. de reſt. ſpo-
2 liat. Sic etiam Baro dicitur pater ſuorum vaxallorum, qui ita ſe gerere debet circa eos, ſicuti pater erga filios, Guid. Pap. deciſ. 631. verſ. ad quartum dubiũ, & Frec. de ſuff. li. 2. aut. 18. Proinde inquit Præſ. de Franc. deciſ. 197. nu. 17. & deci. 541. nu. 12. Quòd debet eos æqualiter tractare, & non aliquos, vt filios, & aliquos, vt priui-
3 gnos, Quorum tuitio, defenſio, cura, prouidentia, ad eum ſpectare debet, non ſecus quàm ad Regem, regalium populorũ protectio, vt inquit peritiſsimus Ferd. Vaſq; Illuſt. contro.
4 lib. 1. c. 14. nu. 10. & Princeps etiam dicitur pater patriæ, Ita Serac. lib. 1. de clem. ad Nero. cap. 14. & eius autoritate Iſer. in cap. 1. de prohi. alien. feud. per Lotar. Affl. in Conſt. incip. incip. Fidelium, & in Conſtit. Incip. Peſsimam, & Nig. in cap. incip.

Digitized by Google

incip. Pro publici, & inquit quoq; Illuſtriſs. Card. Bellar. de offi.princip.lib.1.c.7.Quod ex honorificis titulis, quæ dabantur Principi nouiter electo, erat pater patriæ, quem cuſtodem,& patrem ſubditorũ, vocat, etiam Doctiſsimus Petr. Greg. Toloſ.de repub. lib 8.c. 5.ver.& Cirus,& lib. 9. cap.2. Inquit, ideo Principi conceſſa eſt poteſtas, vt ſe tamquã Principem, tutorem, defenſorem, & patrem cum ſubditis gerat, & Cicer.quoq; lib.1.officio.te

5 ſtatur Regnum non eſſe propter Regem,ſed propter Regni: & ſubditorum vtilitatem, & ẽt 8.lib ad Attic.cap.11. inquit: Vt gubernatori curſus ſecundus, medico ſalus, Imperatori Victoria,ſic Reipublicæ moderatori, beata ciuium vita præpoſita eſt, vt opibus forma copiarum locuples gloria ampla, & virtute honeſta ſit. & Adr. Imper.in Senatu, & concione dictitabat, teſte Spart. in eius vita,ita rempublicam geſtorũ, vt ſciret rem populi eſſe non ſuam, ſic etiam ſanctus Thomas in opuſcu. 22. ad Duciſ.

6 Brab.inquit,Principes terrarũ ſunt à Deo inſtituti,non quidẽ vt propria lucra quærant, ſed vt communem populi vtilitatem perquirant,& inquit Plut. in apol.græc. quòd dum Pericles tebanus ad bellum proficiſceretur.& vxor eum rogaret, vt ſe ipſum ſeruaret,reſpondit, alij vt ipſum faciant monendi ſunt, nam Princeps, aut dux hortandus eſt potius, vt ſeruet ſuos, & Illuſtriſs. quoq; Card. Bellar. loco prædicto ẽt multorum auctoritate concludit, quid in hoc differt Rex à Tyranno,quòd Tyrannus in

7 omnibus quærit,quæ ſua ſunt, & finis ipſius eſt propria vtilitas, Rex verò quærit quæ ſunt populi, & finis propoſitus Regi, eſt vtilitas Reipub Idq; ẽt affirmat Ferdi. Vaſq; Illuſt.cõtro.lib.1.cap.42.nu.4. & plura alia congerit, in præfat.nu. 102.& cap. 1.nu. 10. Qui populos ſibi commiſſos, non terrore,non armis, non præſidijs militaribus, tamquam ſubditos, ſed humanitate,beneuolentia, & pietate, vti filios, regat & moderetur. & dicit quoq; Senec.loco prędicto quem refert his verbis Ioan.Fab. in l.1.nu. 26.C.de ſacroſ. eccleſ. Officiũ

8 enim Principis eſt quodammodo parẽtis, qui obiurgari quãdoq; filios,nonnumquam blã-

Digitized by Google

diri, nonnumquam minari ſolet, nec minus turpia ſunt Principi multa ſupplicia, quā medico multa cadauera, hinc dicitur apud Caſſiod. var. lib. 3. cap.18.& noſtra, inquit, vere pietas cuſtoditur, dum feriato gladio naſcitur metus, & prouenit ſine cruore correctio, & plura de Principis dilectione in ſubditos cōgerit Pet. Greg. Toloſ. de rep lib.7. c.20. n.17.
9 cum ſeq. & Ouid. de Pont. inquit. Sit piger ad pęnas Princeps, ad præmia velox, & doleat quotiens cogitur eſſe ferox, Hinc Adr. Imper. vt refert Iuſt. Lips. in monit. & exemp. polit. lib.2. cap.12. cum quidē ante Imperium cum eo inimicitias geſſiſſet, & deinde vix occurrens verba ad preces reperiret, benignè reſpōdit, Perieras ſi pares cōtendiſſemus, nūc ſuperior ommitto, & potētiam meam non niſi beneficio oſtendo, & inquit Bouod. in polit. li. 3 c.11. num.36. quòd facilitas blandè loquutionis, & affabilitatis, multum prodeſt, nedū priuatis, ſed etiam regibus, & ſuperbia, & tumor verborum obfuit multum, vt regna labefactarent, & poteſtatem ſoluerent, & ait etiam Luc. de Pena in l. militiæ, C. qui milit. nō
10 poſſ. lib.11. Quod Aleſſ Mag. propter affabilitatem fuit à populis valde dilectus, ob quod vniuerſum mundū meruit poſſidere, qui etiam tantæ fuit humanitatis, vt cum animaduerteret militem quemdam Senē Macedonem maximo frigore affectum, ſedens propè ignem in propinqua, & ſublimi ſede, ab ea deſcendens, in eā impoſuit, vt narrat. Valer. Max. lib. 5. cap.1. & cum Alphon. Arag. teſte Iuſto Lip. in monit. & exemp. Polit. lib.2. cap.12. à ſuis eſſet monitus, vt caueret ne nimia leuitas contemptum pareret, magis reſpondit, cauendū, ne ſuperbia, & ſeueritas, conciliet, & pariat inuidiā, & exitij mihi periculum, & teſtatur
11 quoque Andr. Gail. de arreſt. Imp. cap.10. ou 17. Quod cum ſubditis blādè benignèq; agēdum eſt, & dulcibus colloquijs potius demulcendi ſunt, quàm nimia ſeueritate irritandi, ita tamen ne liberaliori indulgentia, & aſſidua familiaritate, deteriores non fierent, & domini contemptum eſſe incipiant. Et
12 primus omnium hoc nomen Marc. Tull. meruit ob detectā Catel. coniurationem, & Vr-

bem incẽdio liberatã, vt Plut.
in eius vita, & Iuuen. quoque
ait. Primum Roma patrem pa
triæ Ciceronem libera dixit,
quod deinde Diuo Aug.& alijs
Imp datum eſt, vt ſcribit Epi
ſcop. Sipont. in comment. epi
gram 3 epig. Patris autem no
men nedum naturæ eſt, ſed cu
ræ religionis,& reuerentiæ, vt
dicit Ald in proh inſt.& clem.
13 de par.poteſt.cap.4.nu.18.Ob
quod Senatores dicebãtur pa-
tres. l. vni. in princ.C.de cad.
tollen.l.ſi funebris. C. ad Vel-
leian.l.fin.C.de gener. abolit.
propter curam,& ſolicitudinẽ,
quam in populum, tamquam
patres babebãt, vt dicit Card.
Alex. in c. Senatusconſultum.
2. diſt.plene Boer. in addit. de
Aut. Mag.cõc.n.175. & clem.
loco prædicto,quos patres fuiſ
ſe vocatos ob honorem,inquit
Alex. de Alexandro dierũ ge-
nial.lib.4.cap.11,& Senatores
à ſenectute,Eutróp. Hiſto.Ro-
man.lib.1.in princ.& Frãc.Pa-
trit.de rep.lib.3.tit.3. dicit, hi
patres appellantur,quia veluti
14 parentes liberis,ſic Senatores
vniuerſis ciuibus cõſulere de-
bent, & paulo poſt, Romani
patres a cura,Senatores ab æ-
tate, & grauitate appellaue-
rũt,Huiuſq; Prag.ratio,& cau-
15 ſa ex primis eius verbis colli-
gitur.l.fin.ff.de hæred.inſtit. l.
1.& ibi Bart. ff.ad Maced.l.fa-
cturus. & ibi Bald. C. de nou.
ced.fac.l.vt liberis, & ibi quo-
que, Bal.C.de collat. Quæ eſt
vt litium diſpendia tollerẽtur,
quis ignorat quot ſumptus la-
bores,& moleſtię litigantes ſe-
quantur?qui & ſi obtinent,in-
ſpectis prædictis nihil acqui-
16 runt, Ob quod melius eſt ſe-
mel vinci, quàm ſepius vince-
re, vt probat experientia, quæ
eſt rerum magiſtra,c.cupiẽtes,
c.quam ſit.de elect. in 6.c.ſta-
tutum.de reſcrip.in 6.& docet
tex.in l.minorib.25.annis ſub-
uenitur.ff.de minor. & qui ali-
te recedit maximam cõſequi-
17 tur vtilitatem, l.2.C.de tranſ.
l.in ſumma,ff de condit.indeb.
l.item ſi res.§.fi.ff.de alien.iu-
di.mut.cau.fac. Bar.in l.ab eo,
in fin. C. quomodo,& quando
Iud.glo.in l.pen.ff.de contrah.
empt.Abb.in c.1.de tranſac.&
Rip.in l.1.§.1.ff.ad Trebell. &
dicitur 14.q.1. in princ.ſiquis
voluerit tibi tunicam tollere,
& in iudicio tecum contende-
re,dimitte ei,& pallium,& pul-
crè Cicer officio.lib.2.& plura
congerit Carauit.rit.10.& rit.

288. A quibus pauperes potiſ-
18 ſimum abſtinere debent, qui cum non habent quòd in iudicium offerant, non ſolum non audiuntur, ſed etiam contra veritatem opprimuntur, §. nec latet. Aut. vt omnes obed. Iud. c. qñ: 11. q. 1. Maximè aduerſus potentes nō ſunt lites inſti-
19 tuendæ, vt inquit Iſer. in §. porro. quæ ſit cau. benef. amit. Nā potentioribus pares eſſe non poſſumus, l. 3. ff. de alien. iudi. mut. cau. fact. l. nam Magiſtratus. ff de arbit. ſed ad eas ruſtici quotidie ſunt parati, & indocta ruſticitas plura credit ſci-
20 re, quæ neſcit, vt dicit Veget. lib. 3 cap. 6. & eius authoritate. Iſer. in proœ feud. num. 12. Quos peſſimos, & rixoſos vocant Alb. in l. vtili ratione. C. de defen. curat. & Luc. de Pen. in litibus. C. de agric. & cenſ. lib. 10. & maledictos Bart. in l. 2. C. ſine cenſ. vel reliq & ipſorum prauos mores enumerat Tiraq. de nobil. cap. 2. n. 97. & Ioan. Gutt. pract. quęſt. lib. 3. & 4. q. 13. nu. 95. Nec reperitur malitia ſuper malitia ipſorum, quæ eſt prior, & acutior quàm in alijs Sfor. Oddo. de in integ.
21 reſt. par. 1. q. 9. art. 16. Proinde ruſticitas ſuperbia vocatur. C. de liguribus, 23. q. 5. & ſciētia efficiuntur ſuperbi, non autem nobiles. Cagno. nō ex pluribus, ff. de reg. iur. & Fely. in c. ſuper eo. de teſtib. Nam nobiles quos virtus nobilitat ſunt
22 perfecti nobiles, ſed nobiles qui diuitijs abundant, neſciūt aliquid agere, niſi comedere, bibere, & ſuperbire, Bal. ad literam in l. per adoptionem, ff. de adopt. qui virtuoſi nobiles præter alios ſunt maiori honore, & beneficio decorandi, cap. multa, de præben. Rip. in c. ad auros. de reſcrip. Ipſorūq; ani-
23 mus ex nobilitate augetur. nec eſt ita limitatus, ſicut animus ruſticorum. ita Bal. in l. filia legatorum, C. de legat. Proinde ratione nobilitatis magis præſumitur donatio. l. filiusfamilias, ff de donat. glo. in l. vxori, ff. de leg. 3 Bal. in l. ſi paterno, C. de neg. geſt. & in l. 1. C. ad Velleia. ſic etiam propter nobilitatem teſtatoris, legatū lar-
24 gius interpetratur. Bal. in l. 1. n. 4. C. de verb. ſignif. & Tiraq. de nobilit, cap. 37. nu. 36. Ita quoq; ex qualitate teſtatoris, interpretatur legatum an annuum ſit, vel ſemel præſtādum Bart. in l. cum quidam, ff. de
25 annui legat. Cum proprium ſit nobilium liberalitates exercere, & donationes facere, c. 1. de donat.

donat. cap. grandi. de ſup. neg. prælat. in 6. c. & ſi quæſtiones. verſ. ſi ergo. cum gl. de Simon. c. iã nunc. 28. q. 1. Optimè exiſtimantes, quòd beatius eſt dare quàm accipere, c. cum marte, ver. ſane. de celebr. miſſ. c. prædicatores. 16. q. 1. glo. in c. per tuas. de Simon. Qui ſi maxima largiantur, putant minima pręſtitiſſe, & Comitiſſa Matilda cũ donaſſet Eccleſiæ territorium, quod in triginta milliaria ſe extendebat, dixit aliquantulum Terræ donaſſe, gl. in l. ſed ſi ſuſceperit. in ver. modica. ff. de iud. & plura de liberalitate nobilium congerit ita: Lope. in rubr. de donat. §. 9. & de eorum prærogatiua, & auctoritate, plenè Caſſan. in Ca-
27 tal. glo. mun. par. 8. conſ. 27. & Doctiſs. Conſil. Mart. de Mag. par. 2. cap. 8. Abb. in c. licet cauſam, nu. 13. & Fely. nu. 12. de prob. & quantum ſit nobilitati tribuẽdum pleniſſimè adnotat Menoc. de præſump. lib. 6. præſump. 59. ad quod etiam in pulcro caſu vide Ioan. And. in addit. Spec. in rubr. tit. de locato. Quod etiam publicam reſpicit vtilitatem, ne ſubditi litium expenſis onerati, pauperiores euadant, cum reipublicę inter-
28 ſit, vt ſubditi ſint locupletes, §. conſideremus, Aut. vt iud. ſine quo. ſuff. §. fina. inſt. de his qui ſunt ſui, gloſ. in c. clericus, 21. q. 1. & Bar. in l. 1. nu. 25. ff. ſol. mat. Vt cum opus fuerit, ſibi melius valeant auxiliari, gl. in c. 3. de excep. Inde Senon. Hiero Regi Sicil. cõſulebat teſte Xenof. in Tiran. Quod Princeps, vt ſuam augeat potentiã curare debet, vt ſubditi ſint locupletes, & Tiber. Cæſar. teſte suet. in eius vita, ab amicis admonitus, vt Prouintialibus au-
29 geret vectigaliã, reſpondit, Quòd Princeps debet vti officio paſtoris, & boni paſtoris eſt tondere pecus, & nõ deglubare, hoc eſt detrahere, & Alexan. Mag. etiam dicebat, ſe olitores odiſſe, qui radicitus herbas excidunt, qui ita ſubditos ſpoliant, vt non ſortem relin-
30 quant, Nam ſubditorum commoda dicũtur Principis, l. vni. in fine, C. de caduc. toll. §. cogitatio. Aut. vt Iudi. ſine quo. ſuff. & plenè per Iſer. in c. 1. de probi. alien. feu. per Lot. & plura ad hoc notabilia congerit. Pet. Greg. Toloſ. de rep. lib. 3. cap. 9. nu. 16. Ob quod ipſe Rex Ferdi. quoad potuit cele-
31 rem finem litibus imponere quærit,

31 quęrit,vt populorum parceret expenſis, cuius beneuolentiæ ęſt ipſorum vtilitatem inueſtigare,l.Imperialis, vbi Bald.C. de nup. quorũ valde intereſt, bonorum iactura non affici, nã bona ſunt ſecundus ſanguis, l. prouidendum, C. de poſtul.l. bonorum, ff.de verb.ſignif. &
32 paupertas eſt durior morte, Bal.in l.certa forma,C.de iure fiſ.lib. 10. & pauperibus vita eſt ſupplicium,& mors ſolatiũ, l.quiſquis,C.ad leg.Iul.Maie. Qui etiã pro bono publico habebat notam nominum & cognominum virorum bonæ opi-
33 nionis,& famæ ſecundum eorum qualitatem, & ipſos præuia ſunta inquiſitione ad officia eligebat, vt Affl.in Conſti. Incip.cord.nu.3 & refert Nig. in cap.incip.Item quòd prædicti officiales,& dicit Imp. in §. 1.Aut.de iudit. Quòd qui in minoribus bene ſe geſſerunt, & omnium teſtimonium eorũ fides probata eſt, ad maiora ſunt eligendi officia, Vtinam
34 hodie etiã Barones ſeruarent, nec poſſunt ſe excuſare in electione Officialium,nam tenentur habere notitiam virorũ bonæ opinionis,& famę,vt inquit Fab. Montel. in ſua praxi criminali,par.1.cap.vlt.num.24. Nam ſalus ſubditorum eſt integritas præſidentium,c.miramur. 60. diſt. & plura alia notabilia ad hoc adducunt conſ. Maſtril.de Mag.par.2.lib.4.c. 17.nu.78.& eod.lib.4.cap.15. n.13.& 14.& Capib. de baro. Prag.3.nu.105.Idq; potiſſimũ efficit, & ſubditorum gratiam captant,quę valde expedit ad opes,imperiumq́; tuendum, & dicitur Prouerb.cap.20. miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur clemẽtia
35 tronus eius,& Plutar.quoque nulla melior Principis cuſtodia,quã vera,& firma, quibus præeſt beneuolentia,& ſcribitur apud Caſſiod.var.lib.4.epiſtol. 6. ſicuti noſtram Rempublicam arma proteguut,æquitas quoq; inuiolata cuſtodit; & Senec.lib.1.de clem.ad Nero.cap.19.quem refert Dominus Card. Bellar. de offi.princip.lib.1. cap.7. Non opus eſt, inquit, inſtruere in altum editas arces, nec in aſconſum arduos colles emunire, nec latera montium abſcindere,multiplicibus ſe muris turribuſq; ſepire, ſaluum Regem in aperto clementia præſtabit, vnum eſt in expugnabile munimentum,

amor

amor ciuium, ſic quoq; dicebat Alphon. Rex Arag. teſte Iuſto Lipſ. in monit. & exemp. Polit. lib. 2. cap. 12. in fine. interrogatus cur erga omnes etiam malos ita lenis eſſt, qui ita re-
36 ſpondit, bonos iuſtitia, malos clementia conciliat, & dicebat quoq; Pericles Corint. qui fuit ex ſemptem ſapientibus Græciæ, vt inquit Menoch. de arb. iudi. li. 2. cent. 4. conſ. 356. n. 8.
37 Vt dominũ tuti ſint, fulciant ſe potius beneuolentia ſubditorum, quàm armis externarũ gentiũ, qui quoq; aiebat, oportere Principem non tantũ recte ſcire imperare, quã humaniter, & Ages. Rex Lacedem. interrogatus, quo pacto ſuis ſubditis imperare potuiſſet, prudenter reſpondit, ſi ſic eis imperet, vt pater filijs, & inquit Plut. in Demoſt. Antigonum Regem dixiſſe, beneuolẽtiam ſemper vitam, optimum Regni fundamentum, veriſſimumque præſidium. & Micip. Numi. Rex dũ eſſet morti proximus, teſte Saluſt. de Bello Iugurtino: ita Iugurtam maiorem natu, & alios filios alloquutus
38 eſt, Non exercitus, nec theſaurum præſidia ſunt Regni. Verũ amici, & refert Fran. Patric. de rep. li. 3. tit. 11. Alex. Mag. cuidam quærenti, vbi theſaurum haberet, reſpondiſſe, apud amicos ſibi ſeruari, & Iſo. ad Nicom. Regem etiam dicebat, tutiſſimam Regni cuſtodiam, non turribus, non propugnaculis, mœnibus, ſatellitibus, aut armis contineri, ſed amicorũ præſidijs, ciuiũ beneuolentia, propriaq; virtute, quibus quidem opibus, regna, & imperia, non modò ſeruari, verum, & in dies augeri, & ꝓpagari, & pulchrè è noſtris Crau. cõſ. 241. & Min ſig. cent. 5. obſ. 8. & Cicer. offic. lib. 2. affirmat his verbis, Omnium rerum nec aptius ad opes tuendas quàm diligi, nec per-
39 nicioſius quàm timeri, qđ male ſeruant hodie aliqui domini, qui pellem populorum excoriant, & vix præcarium dimittunt ſpiritũ, vt inquit Bal. in l. ex hoc iure. in fine, ff. de iuſtit. & iure, quibus tanta irrepſit cupido, vt eis non placeant quæſtores, niſi per fas & nefas, ideo plerunq; ruunt, vt etiam teſtatur, in l. nolumus, in fine,
40 C. de teſt. a. Hi autem dicuntur habere appetitum caninum, vt inquit idem Bal. in l. ſolent, §. non vero. in princip. ff. de offic. ꝓcõſ. & dicitur Prouerb. c. 28.

B Leo

Leo rugiens,&Vrſus eſuriens. Princeps impius ſuper pauperem populum.

SVMMARIVM.

1 *Diſpendium eſt graue damnum.*
2 *Princeps non modicum ſed ſatis cogitat de vtilitate ſubditorum.*
3 *Parum, & nihil æquiparantur in iure.*
4 *Prælatus poteſt res minimas Eccleſiæ alienare ſine ſollemnitate.*
5 *Debitor minimæ quantitatis poteſt eſſe tutor pupillo.*
6 *Vxor ſine dote, vel cum parua dote habet quartam in bonis mariti.*
7 *Donans Eccleſiæ modicam dotem, non acquirit ius patronatus ipſius.*
8 *Feudum modicum non ſubeſt communi legi feudorum.*
9 *Modicum in multis non inſpicitur remiſſiuè.*
10 *Modicum in multis conſideratur.*
11 *Furtum in minimis, & etiam in Ouo committitur.*
12 *Libertus pro leui iniuria facta patrono in ſeruitutem reuocatur.*
13 *Domus appellatione etiam in ſtatuto pœnali venit domuncula.*
14 *Forma ita in minimis, ſicut in magnis ſeruanda eſt.*
15 *Formæ ommiſſio etiam in minima parte actum vitiat.*
16 *Forma eſt indiuiſibilis, & vtile per inutile vitiatur.*
17 *Forma debet ſpecificè adimpleri, & non per æquipollens.*
18 *Minimum attenditur in his, quæ ſunt de iure communi, non de iure ſpeciali.*
19 *Furtum propter frequentiam in re minima committitur.*
20 *Furti ob frequentiam furanti vltra vnciam imponitur de iure Reg. pœna mortis*
21 *Stuprans pulchram minus videtur, peccare quam deformem.*
22 *Animus in delictis principaliter inſpicitur.*
23 *Verba iniurioſa, & ſi vera dicens animo iniuriandi, tenetur actione iniuriarum.*
24 *Iniuria, & ſi leuis ſit patrono illata atrox dicitur.*
25 *Ingratitudo leuis liberti reuocat donationem à patrono ſibi factam.*
26 *Iniuria facta à conſanguineo filiofam. grauior eſt, nec à patre poteſt remitti.*
27 *Iniuriarum pœna eſt arbitraria, & aliquando includit mortem.*
28 *Incendiarij in Ciuitate, Caſtro, aut Villa grauiſſimè puniuntur*
29 *Incendiarij Mediolani diuerſimodè fuerũt, aut capite, aut ad triremes puniti.*
30 *Reipublicæ intereſt delicta puniri.*
31 *In pœnalibus fit extenſio ex identitate rationis, ne delicta remaneant impunita.*

GLoſa 1. in tex. Diſpēdia, &c. His verbis vtitur ſũmus Pōtifex. in c. diſpendia. de reſcrip. in 6. in cap. quibuſdã. de pen. quod eſt frequēs in iure Pontif. vt in clem. diſpendioſam. de iudic in c. cũ contingat. de iure iuran. in c. j. vt lite pend. in 6. in extrauag. ſi fratres. ne ſede vacan. in extra. 1. Ioã. 22. de maior. & obed. §. ſi vero. Aut. de collat. eſt autē
1 diſpendium graue damnum, c. qualiter, & quando. de accuſ. quod autor tollere quærit. Nã Princeps non modicum, ſed ſatis

tis cogitat de vtilitate ſubie-
2 ctorum,§.1.& ibi Ang.Aut.de hæred.& falcid.nam ſi modicū fuiſſet, in hoc non laboraſſet,l. Scio.ff.de in integ.reſti.l.ſi debitori,ff.de iudic.l.quamuis,ff. de in integ.reſtit. l. ſi debitori, ff.de iudit.l.quàmuis,ff.de con dit.& demonſt c.& ſi quæſtio-
3 nes. de Simon. Parum & nihil in iure æquiparantur,l.1.§ pinde,ff.de edil.edicto.§.1 inſt. de lege falcid. c.licet cauſam, § quamquam.de prob.Bald.in l.1.nu.2.C.commod.Soc.conſ. 108.vol.1.& Marſ conſ 80. & 103.& ideo prælatus prohibi-
4 tus alienare bona Eccleſiæ ſine ſollemnitate,l.iubemus, C. de ſacroſ.eccleſ.poterit (ſi minima ſint) alienare,c.terulas. 12.q.1.Abb.in c.cum ſuper.de reb.eccleſ.alien. Idq; etiam poterit,quamuis iuraſſet non alienare , Feder.de Sen.conſ.210. & congerit alios Ioan.Gut. de iur.confirm.par.1.cap.52.n.3. & ſtatutum prohibens immobilia alienari in forenſes,poterūt ſi parua ſunt alienari, l.Senatus,§.1.& ib Bar. & cæteri, ff. de leg.1. Rom. ſing. 334.&
5 plura congerit concordantia. Ferdi.Vaſq; illuſt.cont. lib.1. cap.34. & licet debitor nō poſ ſit eſſe tutor pupilli.aut. minoris.C.qui tut.dari poſſ. ſi tamē debitum eſſet modicum , non prohiberetur,Bar.in d.aut.minoris. & in aut. vt hi qui obli. res min.nu.7.& glo.in princ.& Bal.in l.ſi quis, §. fin.ff.de pig. actio. Menoch.de arb. Iud.lib. 2.cent.2. caſ. 196. Ioan.Gutt. de tut.& cur.par.1.cap. 20. & Præſ.de Franc.q optimè declarat deciſ. 404. Ac diſpoſitio, aut prætetea , C. vnde vir. & vxor.qua vxor inops. & ſine dote ſuccedit verò diuiti ha-
6 bita filiorum ratione,procedit etiam in habente paruam dotem,vt dicunt ibi Bal. & Salic. concord.& declarat Surd.deciſ.61.& de alim. tit.9. q. 35. & *communiter eſſe receptum paruam dotem non excludere beneficiū dictę aut.dicit,And. Gail.lib.2. obſ 38.num. 10.de qua et per Præſ. de Franc.deciſ.318.Idq; etiam * communiter tenere Doctores affirmat Præſ.prædictus deci.410.Proinde donans modicam dotem
7 Eccleſiæ, non acquirit ius patronatus ipſius , gloſ.in c.quicūnq;,el ſecundo,2 q.7.quam dicit ſingularem , & a canoniſtis magnis laudibus decantatam.And.Gail.lib.2.obſer.88.

nu. 10. ſic etiam feudum ſi modicum eſt, non ſeruantur in eo.
8 ll. feudorum idq; ex pluribus, quæ cōgerit Menoch. de arbi. iudi. l. 2. cēt. 3. caſ. 314. & quā-
9 uis modicū in multis alijs non inſpiciatur, vt in l. ſi oleum, in fine, cum l. ſeq. ff. de dol. mal. in l. 1. §. fina. ff. de vent. inſpi. in l. Senatus §. 1. & ibi DD. ff. de leg. 1. Barr. in l. cum ſcimus, in princ. C. de iure delib. in l. 1. §. ſi plures, ff. de inſt. actio. & in Aut. vt præp. nom. Imper. n. 4. Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, nu. 15. ff. de offic. proconſ. in l. obſeruare, nu. 3. C. quo. appell. non recip. in l. 3. n. 10. vbi optime loquitur, C. locat. Alex. in l. ſi inſulam, ff. ſol. mat. & Aug. in auth. de hære. & falc. §. hoc nobis, & alibi ſæpè, Tamen ipſius in aliquibus ratio habe-
10 tur, vt in l. ſi quid venditor. in fine, ff. de ædil. ædicto, in l. 1. §. illud. ff. de coniug. cum emancip. liber. l. ſi proprietarius, ff. de damno infect. c. ſi proponēte, de reſcrip. c. in magnis, de præb. C. de appellationibus, de appell. & plura congerit Mat. Mant. ter. ſing. lib. 7. cap. 171.
11 & quidem etiam in delictis. Nam furtum in re minima, & etiam in ouo committitur, gl. in §. gallinarum, inſt. de rer. diuiſ. & in l. ideſt vſq; ff. de dol. & pro leui iniuria datur actio iniuriarum, Ant. de Bur. & Abb. in c. cum te, de ſent. & re iudic.
12 Imo libertus, pro leui iniuria patrono illata reuocatur in ſeruitutem, l. 2. C. de lib. & eor. lib. quæ morti æquiperatur, l. ſeruitutem, l. quod attinet, ff.
13 de reg. iur. & ſtatutum puniēs comburentem domū, comprehendit etiam comburentē domunculam, Bal. in l. 1. §. de exercitoribus, ff. naute caup. & ſtab. Quod etiam attenditur dum pro forma eſt inductum, Bald. & Alex. in l. 1. ff. de lib. &
14 poſth. Nam forma ita in minimis, ſicut in magnis eſt ſeruanda, Bald. in l. ordo, nu. 7. C. de exeq. rei iudic. Marſ. conſ. 35. 133. & 131. Cagno. in l. & ſi nihil, ff. de reg. iur. Iaſ. in aut. quæ ſupplicatio, C. de precibus imper. offer. Felyn. in c. quoniam contra, vt lite non conteſt. & Vant. de nullit. ex defec. pro-
15 teſ. nu. 54. & formæ ommiſſio in qualibet minima parte actū vitiat, Bald. in l. pedius, §. 1. de arb. Abb. in c. Piſanis, de reſtit. ſpoliat. Deci. in c. prudentiam, de offic. deleg. in c. de appellationibus, de appellat. Felyn. in c. cum dilecta, de reſcrip. & inquit Bal. in l. certi conditio, §.

quo-

Digitized by Google

quoniam, col. 2. ff. ſi cert. pet.
16 Quòd forma eſt indiuiſibilis, & vti'e vitiatur, idq; etiam in actu fauorabili procedere, inquit idem Bal. in l. teſtamentū, C. de teſtam. & in actis quoq; pijs, Iaſ. conſ. 191. volum. 2. cui nil addi, vel detrahi pōt, Bald.
17 in l. vlt. C. de ſuis, & legit. & in forma ſpecifica, non per æquipollens adimplenda eſt, l. qui per ſalutem ff. de iur. iur. l. mæuius, l. hæredi, ff. de cond. & demon. glo. in clem. 1. de vita, & honeſt. cleric. Bal. Alex. & cæteri DD. in l. 1. ff. de lib. & poſt. eorum autem, quæ in primis, vt de minimo non curetur, in alijs autem, quæ etiam delicta reſpiciunt, minimum attendatur, maxime cum in delictis, & pœnis benigna ſit facienda interpretatio, l. hodie, l. ſi de interpretatione, l. præſes, ff. de pœn. Bart. in l. ſi proprietarius, ff. de damno infec. & in l. Seio,
18 ff. de reſtit. in integ. eam affert rationem, vt in his, quæ ſunt de iure communi, de minimo agitur, ſecus ſi de iure ſpeciali, vt ipſum non inſpiciatur, pro quo facit tex. in l. eius militis, §. militia miſſus, ff de milit. teſtam. quibus, etiam id addi po
19 teſt in delictis, Nedum quia furtum frequens eſt, & ideo in re minima committitur, vt dicit gloſ. in d. §. gallinarum, & frequentius in modicis, gloſ. in d. l. ideſt, ff. de dolo. Ob quod inquit Præſ. de Franch. deciſ. 315. & deciſ. 521. in princip. q propter ipſius frequētiam per Reg. Cap. impoſita eſt pœna
20 mortis contra furantes vltra vnciam, facit tex. in l. capitaliū, §. famoſos ff. de pœna. Sed ēt, quia non rei qualitas, ſed animus furantis inſpicitur, vt inquit glo. fin. circa medium, in procem. Decret. & in c. de appellationibus: de appell. & dicit tex. in c. fin. in q. 6. Non. n. qđ furto ablatum eſt, ſed mens furantis inſpicitur, in quo ingentiuus furandi animus co-
21 gnoſcitur, quàm in re magna, Ob quod dicit ibi gloſ. magis peccari eū, q cū deformi, quā qui cum pulchra ſe cōmiſcet, cum in ea libido tantum, & in hac libido, & pulchritudo im-
22 pellant, & id quidem in delictis eſt generale, vt animus magis quàm factum attendatur l. 1. l. 3. C. de ſicar. l. iniuriatū, §. 1. ff. de iniurijs qui iniuriandi animus ſemper præſumitur, l. ſi non conuitij, C. de iniur. l. 3. ff. eod. congerit concord. &

optimè

optimè declarat Proſp. Farin. de var.& diuer.crimin.q.105. criſp.5.nu. 167. cum ſeq. Ob quod, & ſi proferens verba iniurioſa cõtra aliquem,quæ vera ſunt nõ tenetur actione iniuriarum,l.cum qui nocentem, ff de iniur.ſi tamẽ id egerit ani
23 mo iniuriandi,tenetur actione iniuriarum, vt dicunt Iſern. & Affl.in c.1.§.iniuria. de pace iuram.firman. Gram.deciſ.37. Iul.Clarus recep.ſenten. lib.5. §. iniuria. qui etiam * communẽ dicit. plene Gouar. variar. reſolut.lib.1.cap.11. Andreas Gail.lib.2.cam.Imper.obſ.99. Minſing.cẽt.4.obſer.4.& Proſper Far.loco prædicto q.105. Criſp.5. per totam, itaq; & ſi leuis ſit, tenetur actione iniuriarum, dum adeſt animus iniuriandi. eo magis libertus de-
24 bet grauiori pœna affici, quæ & ſi alioqui leuis eſſet,cum patrono fuit illata, à quo conſequutus eſt libertatem, qua nil gratioſius haberi potuit, l.Paulus, ff. de fideicom. libertat.§. fin.inſt.ex quib.cau.manumit. non licet, quod grande beneficium ad remunerandum eſt, dicit Vulp .Iureconſ. in l. 1. ff. de bon.libert.& pulchre Iſern. tit.quib.mod.feud.amict. n.5. Ob id vti atrox. l. prætor edixit,in fine,ff.de iniur.§. atrox, inſti.eod. & plenè Menoch.de arb.iudi.lib.2.cent.3.caſ.263. ea grauiori pœna punitur, & in ſeruitutem reuocatur, l.capitalium,§.& vt generaliter, ff. de pœnis.Cuius perſona liberto honeſta,& ſancta videri debet,l.2.l.liberto, ff de obſeq. à liberto præſt.& glo.in l.fina.C. qui & à quib. ſic etiam leuis
25 ingratitudo liberti aduerſus patronum reuocat donationẽ ab eo factam,l.1. C. de reuoc. donat. Sicuti iniuria à conſanguineo illata grauior eſt,l.cum oporteat,in princip. & ibi Bal. num.7.C.de bon.quæ liber. & Caſſiod.var.lib.5.epiſt.43. inquit.Grauiter ſi quidem dolet iniuria, quæ contigerit inſperata,& ſi inde peruenіat dolus, vnde credebatur auxilium, & ob id filio familias facta à patre remitti non poteſt, ſecus ſi ab extraneo Bar.in l.Lutius,ff. ſolut.matr.Marſ.in l.diuus, ff. de parric.Boer.dec.220.& plenè Conſ.Maſtril.de indul.cap. 24.nu.72.cum ſeq. & qualiter procedat in Regno declarat Præſ.de Franch.deci.715.par. 4.Quæ pœna arbitraria eſt, §.
27 fin.inſt.de iniur.eaq; etiã mortem

tem includere, dicit ibidem glo. quam & ſi à DD. communiter non eſſe receptam affirmet Carau. rit. 41. & contrariam opinionem teſtetur humaniorem, tutiorem, & magis *communem Clar. Recip. ſent. lib. 5. §. fin. quæſt. 83. verſ. ſed quæro. Tamen in grauiſſimis iniurijs, & delictis eam gl. procedere eſſe approbatam, & ſecundum eam in Concilio iudicatum refert Præſ. de Franch. deciſ. 504. n. 11. & inquit Proſper. Farin. de delict. & pen. q. 17. nu. 56. quòd quando delictum eſt atrox, & concurrunt qualitates illud agrauantes, nullus diſcrepat, quin Iudex poſſit pœnam mortis arbitrari, eamq; etiam opinionem dicit *communẽ, & ab omnibus receptam idem Far. conſ. 32. nu. 16. ad quod etiam vide Menoch. de arb. iud. lib. 2. cẽt. 4. caſ. 376. & ſtatutum puniens comburentem domum, quod comprehendat domunculam: id quidẽ ex criminis atrocitate,
28 Nam incendiarij in Ciuitate, & Caſtro vltimo ſupplicio afficiuntur, & plerumq; viui cremantur, l. capitalium, § incendiarij, ff. de pœn. Nam incẽdia, & ſi in reparua initium ſumãt, Vlterius progrediẽdo adeo uires aſſumunt, vt magnas ædes, & ſæpe ciuitates comburant, l. ſi quis fumo, in fine, ff. ad leg. Aquil. & cum reus adeo perniciosæ operam dedit, grauiſſima eſt mulctandus pœna, Nam ſta tutum à iure communi recipit interpretationem, l. 2. C. de noxal. actio. c. cum dilectus, de cõ
29 ſuet. Quò iure incendiarij uilium rerum etiam grauiſſima pœna puniũtur, prout Mediol. quidam ad triremes fuit condemnatus, qui Tigurium combuſſit, & alter, qui feriale, vltimo ſupplicio affectus, vt refert Iul. Clar. recept. ſenten. lib. 5. § fin q. q. 68: de quorum pęnis vide Affl. in conſti. Incip. ſuper inciſionibus, nu. 7. Menoch. de arb. iudi. lib. 2. cent. 4. caſ. 390. Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 25. & Minſig. cent. 6. obſer. 88. Atq; & ſi in pęnis ſit benigna faciẽda interpretatio, l. hodie, l. ſi præſes, ff. de pęn. tamen cum
30 Reipublicæ interſit delicta puniri, l. congruit, ff. de offic. Præſ. l. ita vulneratus, ff. ad leg. Aqu. ob id fauore publicæ vtilitatis, ne delicta remaneant impunita ex identitate rationis etiã in pęnalibus fit extenſio, Bart. ſi conſtante, nu. 9. ff. ſolut. mat.

in l.cum ſcimus, C.de agric.& cẽſ.lib.10. in l.2.§.exercitum, ff. de his qui not. infam. vbi hoc optimè declarat.

SVMMARIVM.

1 *Lis, cauſa, quæſtio, & controuerſia quid ſint remiſſiuè.*
2 *Lis nomen accepit à limitis cõtentione.*
3 *Negotij appellatione ciuilis, & criminalis cauſa continetur.*
4 *Moleſtiæ, & controuerſiæ appellatione quid contineatur.*
5 *Litis appellatione poſt litem conteſtatã, venit res in iudicio deducta.*
6 *Litis æſtimationem ſoluere quid ſit.*
7 *Liti renuncians cauſæ, & rei in iudiciũ deductæ renunciare videtur.*
8 *Liti coram arbitrio renuncians, compromiſſo non cauſæ renunciat.*
9 *Liti in cauſa feudali renuncians inſtantiæ, non feudo renunciat.*
10 *Præſes prouinciæ non poteſt iuriſdictioni renunciare, niſi in manibus Principis.*
11 *Epiſcopus non poteſt renunciare Epiſcopatui, niſi in poſſe Summi Pontificis.*
12 *Liti in cauſa beneficiali renuncians, beneficio non renunciat.*
13 *Voluntas, & poteſtas perficiunt actus hominum.*
14 *Impetrans ſecundum beneficium debet facere mentionem de eo, quod non renunciauit in manibus ſuperioris.*
15 *Liti in cauſa beneficiali renuntians, ſi iterum ageret, obſtaret exceptio renunciationis.*
16 *Litis renunciatio in cauſa beneficiali operatur vacationem poſſeſſionis.*
17 *Poſſeſſio ex inutili cõtractu tranfertur.*
18 *Contractus per quoſcumq; modos contrahuntur, per eoſdẽmet diſſoluuntur.*
19 *Contractus, & reſolutio eſt eiuſdem naturæ & quot teſtes requiruntur ad probationem teſtamenti, tot requiruntur, ad probationem reuocationis.*
20 *Aſſenſus qui requiritur in alienationẽ feudi etiã requiritur ſi retrouẽdatur.*
21 *Sollemnitas eadem quæ requiritur in contractu, quando requiratur in diſtractu.*
22 *Forum quod quis ſortitur ratione contractus, nõ ſortitur ratione diſtractus.*
23 *Poſſeſſio ſolo animo amittitur.*
24 *Animus, & voluntas ex inutili contractu cognoſcitur.*
25 *Confeſſio in contractu inutili facta, probat contra confitentem.*
26 *Alienatio etiam nulla rei legatæ, reuocat legatum.*
27 *Litis æſtimationem recipiens, ſi eſt dominus cedendo transfert dominium.*
28 *Inſtrumentum eſt probatio probata, euidens & manifeſta.*
29 *Inſtrumenti vbi eſt caſus, dubitandum non eſt ſicuti vbi eſt caſus legis.*
30 *Concluſio producit multos effectus, quos producit ſententia.*
31 *Liti cedens ſi clarè de iure ipſius appareret, transfert dominium.*
32 *Litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni, & venditioni.*
33 *Litis renunciatio parat tantum conuento exceptionem.*
34 *Litis renunciatio cum iurium ceſſione, ſi eſt dominus transfert dominium.*
35 *Litis renuncians ſi iterum ageret, obſtaret exceptio renunciationis.*
36 *Tradens rem ex cauſa tranſactionis, ſi eſt dominus transfert dominium.*
37 *Feudum non dicitur alienari. Si vaſſallus liti cedit, & remanet poſſeſſori.*
38 *Emphyteota non dicitur alienare rem emphy. ſi liti cedit, & rem remanet poſſeſſori.*
39 *Minor, & Eccleſia poſſunt ſine ſollemnitate tranſigere, ſi rem remanet poſſeſſori.*

GLoſsa 2. litium remouentes, &c.

Quid

Digitized by Google

1 Quid ſit cauſa, lis, q̄ſtio, & quid cōtrouerſia, præter adducta hic per Cauenſ. & alios, & per DD. in l. poſtquā liti. C. de pact. declarant optimè Papienſ. in ſua praxi in forma libel. quo agitur ad pœnam ex compromiſſo, glo. 3 & Rip. in l. 1. ff. de re iudi. litē
2 autem nomen a contentione limitis accepiſſe, tradit ex ſententia Varronis Fra. Pat. de repub. lib. 3. tit. 6. cum in his, inquit, ſæpiſſimè lites oriantur ſiue in agro, quia termini euelluntur, aut vt aqua pluuia, vel ex alijs cauſis, quæ quotidie in agris accidunt, ſiue in vrbe, cum diſceptator de parietibus, de ſtillicidio,
3 & de tigno iniuncto, quid appellatione negotij contineatur? dicas quod ciuiles, & criminales cauſæ continentur, Archi. in c. qui ad agendū, de procur. in 6. & eius auctoritate Io. Fab. in l. cum clericis C. de Epiſcop. & cler. & Io. Vincen. de Ann. qui congerit cōcord ſing. 65. & negorium in cauſis, negotiatio in commercijs dicitur, c. foruſ. de verb. ſignif. Io. Fab. loco prædicto, & Rip. in cap. decernimus n. 5. de iudic ſed quæ rimoniæ verbum idem eſt quod libellus glo. in l. ſiquis c. finium regund & Rip. optimè reſp. 90.
4 nu. 33. Et quid nomine moleſtię contineatur, & quidem vexatio tā de facto extrà iudicium, quā in iudicium agendo continetur l. fina. C. de fund. patrim. lib. 11. l. vni, & ibi Bal. C. de nundin. §. 1. vbi gloſſ. in ver. moleſtetur, Ant. de fideiuſ. & Surd. qui hoc optimè declarat deciſ. 194 per totam. Et idem quoq; appellatione controuerſiæ continetur l. diuus cum glo. l. ſed ſi lege §. etiam cum glo. in verb. controuerſia ff de petitio. hæred. l. Lutius §. tres hæredes, & ibi glo. in ver. mouerit, vbi quoq; Bart. ff. ad ſenat. Trebell. & Pereg. de vtraq; optimè diſtinguendo de fideicom. art. 35. nu. 5. cum ſeq. Quod ſæpe fit inter viuos, & ſæpius in vltima voluntate, dum teſtator mandat hæredi ſub pæna, ne vxori; fideicommiſſario, aut alterius moleſtiam, aut controuerſiam faciat, vt in l. filiusfamilias ff. de hæred. inſtit. & declarat optimè Couar. in c. Raynald. §. 1. de teſt. & Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 26. ad quod etiam
5 vide Affl. ct. in conſt. incip peſſimam nu. 2. Et autem quod dicūt Doctores, litis nomine poſt litem conteſtatam, venire rem in iudicio deductam l. litis nomine ff de verb ſignif l. item C. de procurat. ad ſtipulantur tex in l. vltima ff. de condit. in tit. in l. 2.

C §. fina.

§.fina.ff.pro empt.in l.3.§.fin.ff. de reb.eor.qui ſub.in quib. litis æſtimationem ſoluere, eſt tan-
6 tum dare, quanti valet res in iudicium deducta, & in l.fin. ff.de var. & extraordi. cognit. in l. ſi filiusfamilias.ff.de iudic. & in l. 4.§. ſi iudex.ff.de actio. & oblig. vbi dicitur, quod iudex litem ſuam facit, dum iniuria in alicuius gratiam iudicat, ita vt eius periculi ſucceſſor ſit, & cauſam pro ſua defendere teneatur, ſic etiam litis æſtimationem euitare l.1.in fine. ff. de noxal. actio.
7 Proinde qui liti renunciat, poſt litem conteſtatam, cauſæ, & rei in iudicio deductæ renunciare videtur l. poſtquam liti C. de pact. quod tamen coram iudice procedit, ſecus coram arbitro, apud quem non cauſę, & rei, ſed compromiſſo tantum renunciat
8 Bal.in l.diuerſa C.de tranſac.& Rip.in l.naturaliter §.nihil commune nu.109.ff.de acq.poſſ. aut ſi ageretur de feudo, nam etiam
9 tunc liti renuncians, feudo non dicitur renunciaſſe, Bal. in aut. in ſucceſſione C.de ſuis, & legit. hæred Alex. & Iaſ. in d.l. poſtq; liti. & in l. gallus §. quidam recte ff. de lib. & poſt.; Sicuti nec Præſes, aut legatus principis po-
10 teſt iuriſdictioni renunciare, niſi in manu ipſius principis, l.penul.ff.de offi.præſi.vbi glo.dicit, quod Epiſcopus non poteſt epiſcopatui renunciare, niſi in manibus ſummi Pontificis, & plura
11 ad hoc notabilia congerit Cæſ.Maſt.de mag.part.1.cap.24. per totum, vel in cauſa beneficiali, in qua liti renuncians, be-
12 neficio renunciare non dicitur, cum in manibus ſuperioris eſt facienda renunciatio cap. admonet, & cap.in dubijs, de renunciat. & Bal.in l. 1. C. de petit.bonor. ſubl.li.10.& talis debet eſſe ſuperior, qui poſſit reſignationem recipere, Fel.in cap. quæ in eccleſiarum num.77. de conſtit.& in cap.1.de offi.deleg. Nam feuda, & officia æquipa-
13 rantur, Curt. Sen. conſ. 50. & Io.Vinc.de Anna alleg. 103. cũ ſi adſit volũtas, deficit poteſtas, quæ actus hominum perficiunt, in l.2.num.8.,C.commu. deleg. in l.cum in te, in princip. C. de don.ante nup. & in l. teſtamentum, C. de iur.& facti igno.tex. optimus, in l.quod ſponſæ, C.de donat. ant.nup. & in l.ſi genero C.de iur. dot. & in cap.cũ ſuper,
14 de offi.deleg.& ideo impetrans ſecundum beneficium, debet de eo facere mentionem, nam ante acceptationem ſuperioris, titulus apud renunciantem remanſit, Fel.in cap.in noſtra, num.31.

de

Digitized by Google

de reſcript. Par.conſ. 74.vol. 4. Meno.de arb.iudi.lib.2.cent.3. caſ.301.nu.47. Couarr.var.reſol.lib 1.cap.5.num.6. & plenè Conſ.Malt.de mag.par. 1.lib.1. cap. 24. qui loquitur de renunciatione reg. officior. in manu
15 Regis non facta, Verum ſi iterum ageret, obſtaret exceptio renunciationis, tamquam pacti de non petendo, Abb.in cap.fin. de renunciat.in cap cum pridẽ, de pact. & cap.deciſ.156. num. 17.& facit tex.in l.ſed & ſocius, §.ſi abſenti,ff.pro ſocio:ſed ſuperiore ratum habente reconualeſcit renunciatio, l.per fundum ff.de ſer. ruſt. prædi. Alex. conſ.
16 196. volu.2. ſed interim vacat quoad poſſeſſionem, Innoc.in d. cap. cum in dubijs, Bart. in l.ſi quis,§.eſt differentia, ff.de acq. poſſ. & Feli.in c. lator. de ſent. ſent. & re iudi. quæ poſſeſſio ſine ſuperioris licentia amitti po-
17 teſt, Rot.deciſ.306.& Dec.cõſ. 608. & ſicuti ex inutili contractu transfertur poſſeſſio, l.1. §.ſi vir vxori.ff.de acq.poſſ.& Bart. in l.quod meo, ff.eod. idq; etiã procedere ſi interueniat conſtitutum, aut alius fictus modus transferendę poſſeſſionis,dicunt glo.fin.Bart.& Alexa.in l.ſi aliquam rem, ff.de acq.poſſ.glo.& Bald. in l. qui non propriam, & Clarius in l. ad probationem, num. 3. C. locati, & Dec. conſ. 202. num. 7. ita etiam inualida renunciatione amittitur, l. nihil tam naturale,ff. de reg.iur. cap.
18 1.vbi glo. allegat cõcord. eod. Et per quoſcunq; modos res cõtrahitur,per eoſdem met diſſoluitur,l. prout quiſq; ff. de ſolut. & Bal.in l.1.C.quãdo liceat ab empt.& eadem ſollemnitas,quę requiritur in cõtraendo, eſt neceſſaria in diſtraendo, l.1. & 2. C.qua.lice.ab empt. aut e contra,C.de repudi.& Bart.optimè in l.omnium, C.de teſtam.& inquit etiam Bar.ex eo tex.in l.ab emptione,ff.de pact.quod ſi contractus eſt bonæfidei, ita eſt bonæfidei diſtractus ſiuè liberatio,
19 & dicit quoque in l. & ideo, ff. de condit. furt. Quod reſolutio contractus eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt diſtractus, Vnde ſicuti dolus dans cauſam cõtractui bonæfidei ipsũ irritat, ita ipſius reſolutionem, ob quod affirmat Bal.in l.fin.num.16. C.de fideicom.quòd quot teſtes requiruntur ad probandum teſtamẽtum, tot requiruntur, ad probandam pœnitentiam,ſiue reuocationẽ, & allegat glo.quam dicit ſingularem, in l. cum proponebatur, ff de leg.2.ſic quoq, dicit,& refert deciſum Præſes de Franch.

20 deciſ.48. quòd ſicuti in alienatione feudi requiritur regius aſſenſus, ita quoq; ſi retrocedatur ei, qui ipſum alienauit, requiritur nouus aſſenſus, Et id quidem cũ reſolutio, & diſtractus efficeretur poſt perfectam alienationem, puta ex pacto de retrouendendo ex interuallo adiecto, vt in caſu ipſius deciſio-
21 nis, nam eadem ſollemnitas requiritur, quæ adfuit in contractu, l. ſi ad reſoluendam, cũ glo. in ver. emiſti, C. de prædi. mino. Alex. cõſ. 106. vol. 7. & Theſau. deciſ. 75. num. 3. Nam duo ſunt contractus, & duplex eſt venditio. glo. not. in l. 1. in ver. non actus, C. qua. lic. ab emp. Secus ſi in eodem contractu eſſet appoſitũ pac.tum de retrouendendo, aut alia conditio reſolutiua contractus, vt legis commiſſoriè l. 2. ff. de leg. commiſ. nam eadẽ ſollemnitas nõ requiritur, Caſt. in d. l. 1. nu. 8. cap. qua. lic. & in l. 1. nu. 3. C. de pact. int. empt. & ven. cum ſit exequutio prioris contractus, & valde differt, an ſit in eodem contractu, vel poſt adiectum, l. 4. §. ſi ab ignoto, ff. de manumiſ. & pulchrè Raynal. Corſ. vidag. iur. lib. 2. c. 10. inſtruit contractus in appoſitione pacti, vt ad aliquã gabellam non teneantur, ſic tutor qui ſi nõ poteſt alienare bona pupilli ſine ſollemnitate, & iudicis decreto, l. magis puto, §. ne paſſim, ff. de reb. eor. qui ſub ritè ſi tamen in contractu emptionis factæ nomine pupilli, fuerit appoſitum pactum de retrouendendo, potuit ſine ſollemnitate, & iudicis decreto retrouendere, Caſt. & Iaſ. in l. contra §. ſi filius,
22 ff. de pact. & Bald. optimè conſ. 404. vol. 2. ſed tamen nõ in omnibus diſtractus, ſortitur naturã contractus, nam quamuis ratione contractus, quis ſortiatur forum in loco vbi eſt geſtus, l. hæres abſens, §. 2. & l. exigere dotem, ff. de iudic. non tamen ratione diſtractus, ſed in domicilio rei agendum erit, vt inquit, Bald. in l. 2. C. vbi, & apud quẽ, & pulchrè declarat Couar. varia. reſolut. lib. 1. cap. 4. in princ. & vt ad ſemitam redeamus, renunciando liti in cauſa benefi-
23 ciali, abdicauit animo a ſe beneficii poſſeſſionem, quæ ſolo animo amittitur, l. 3. §. in amittenda, vbi Bar. ff. de acq. poſſ. & in 1. §. non alij, ff. de vi armat, qui
24 animus ex inutili contractu cognoſcitur, l. fin. ff. de reb. eor. l. & ſi tranferam. ff. de adim. legat. l. plane, l. 1. in princip. ff. de leg. 1. l. qui a patre, & ibi Bal. ff. de cõfir. tutor. ſic etiam confeſſio fa-

ctą

Digitized by Google

ctâ in contractu inualido, pro
25 bat contra confitentem, Bart.
in l.1.§.ſi quis nu.8. in l.decem
in l.ſi ita ſtipulatus, §.Griſogo-
nus,nu.3. ff.de verb.oblig. & in
l.certi conditio, §. ſi nummos,
num.10 ff.ſi cert.pet. & aliena-
tio nulla reuocat legatum, cum
ex ea appareat voluntas adimē-
di,l.legatum, §.ſi pater, ff. de
26 adim. legat. & plura congerit
Graſſ. dicens * communem de
ſucceſſ.lib. .§. legatum, Meno.
de præſumpt.li.4.præſump.167.
nu.11. & Mant. qui etiam dicit
communem de cōmiſſ. vlt. vol.
lib 12.tit.6.nu.2.cum ſeq. Atq;
etiam in minus ſollemni teſta-
mento,voluntas inducit aditio-
nem hæreditatis Bart.in l.gerit
nu. 19.ff. de acquir. hæredit. &
cum eo omnes doctores * con-
cordare teſtatur idem Graſſ. de
ſucceſſ. titulo acquir. hæred.q.
8.in fine, quod plenè declarat
Mant.de coniect. vlt.volunt.lib.
3.tit.vit.& lib.vlt.tit.10.nu.9.&
Menoch.de præſump.lib 2.præ-
ſump.36.num. 13,& 14.& lib.4.
præſump.15.& p eſump 173.n.
31. cum diuerſa ſit cauſa poſſeſ-
ſionis,& proprietatis,l.naturali-
ter,§.nihil commune, ff de acq.
poſſeſſ.l. 1.§.huius autem, ff. vti
poſſid. Quæro quis egit actione
reali contra rei poſſorem, dein-
de liti ceſſit,quid ius ex ceſſione
ipſa eſt poſſeſſori quæſitū, & di-
27 cendum eſt, aut lata pro eo ſen
tentia aliquo recepto litis ceſ-
ſit,& tunc cū videatur litis æſti-
mationem recepiſſe, ſi dominus
eſt transfert dominiū, aut ſi non
dominus transfert vſucapiendi
conditionem,l.1.vbi glo.& Bar.
& l.litis æſtimatio, ff. de vſucap.
Idem ſi non eſſet lata ſententia,
ſed pro actore erat ius certum,
qui apparebat ex ſollemni teſta
mento, aut publico inſtrumēto,
28 quod dicitur probatio probata,
& prompta,Bal.in l.2. C.de edi.
diui Adr.toll.in l quotiens,in fi.
C.de iudic.& in l.intereſt, nu.2.
C. de ſolut. cuius probatio etiā
euidens dicitur,c.cum dilecti,&
ibi Abb.1.not. de donat.in c.cū
inter,de ſent.& re iudic.in c.ad
noſtram,de empt. & vendit.c.li-
cet cauſam, vbi euidentiſſimam
appellat, de prob. & manifeſtā,
c.cum contingat, de reſcript.c.
accedens.vt lite non conteſt. &
gloſſ.in l.vlt.C.de reb.credit. &
vbi eſt caſus inſtrumēti dubitan
29 dum nō eſt,ſicuti de caſu legis,
Bald.conſ.215.lib 2. Maximè ſi
in cauſa erat concluſum, qđ ſen
tentiæ æquiparatur,l.ſi rem,in
prin.ff.de euictio. Bar.in l.ſi ma-
ter,§.eadem,ff.de excep.rei iud.
30 & cōcluſio multos effectus pro-
ducit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

ducit quos ſententia, c. auditis, de præſump. & Bal. in l. error, n. 10 C. de iur. & facti ignor. & cũ videatur etiam litis æſtimationẽ
32 recipere, glo. in l. eius rei, & ibi Bar. & Aug. ff. de rei vendi. tunc liti cedens transfert dominium, aut vſucapiendi conditionem, Bar. in l. 1. 2. & 3. ff. de vſucap. p empt. Nam litis æſtimatio ſimi-
32 lis eſt emptioni, & venditioni, l. litis, ff. pro empt. l. ſed & ſi, §. ſi his, ff. de publi. in rem actio: ſed ſi actoris ius erat incertum litis ceſſio non operatur dominij, aut alterius iuris tranſlationem, nec poſſeſſori præſtat titulum, ſed tā-
33 tummodo parat exceptionem, l. ſi pro fundo in fine, l. ſi ſuper poſſeſſione, & ibi per Doct. C. de trāſactio. Bar. in l. 1. ff. pro empt. glo. & Doct. in l. apud acta, C. de tranſact. Bald. in l. 1. C. de boni. mater. in l. cum hi, §. ſi cum lis, ff. de tranſ. in l. ſi te, per tex. C. de ing. & manumiſ. in l. 2. nu. 6. C. qui. res iudi. Ang. in l. ſtipulatio iſta, ff. de verb oblig. Aut. in §. ſi quis, inſtit. de actio. & hanc opinionem dicit * communem. Veriorem & ſecundum eam iudicatum Theſaur. deciſ. 282. nu. 21. & 22. eamq; etiam * communem teſtatur Ferdin. Vaſq; Illu. contro. lib. 2. c. 67. de qua etiam pulche per Marc. Mant. rer. ſing. lib. 12. c. 166. Quod tamen procedit quando fit contractus ſuper inſtantia, ſecus ſi ſuper re ipſa, vt inquit Bal. in l. ſi inter vos, C. commu. vtriuſq; iudic. & Iaſ.
34 in l. ſi pro fundo, nu. 9. C. de trāſact. Aut eſſet facta ceſſio iuriũ; nam tũc transferetur dominiũ, aut vſucapiendi conditio, Bar. in d. l. eius qui, ff. de rei vendi. & in d. l. j. vbi declarat quibus modis fiat iurium ceſſio, vel renũciatur inſtantiæ, ff. pro empt. Bald. in l. pen. C. eod. & in l. 1. C. de bon.
35 mater. Sed dũ renunciatur tantum inſtantiæ, paratur exceptio cõuento, vt ſi iterum ageret obſtaret exceptio renunciationis, poſtquam liti, C. de pact. Bar. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 5. vbi etiam Alex. & Iaſ. ff. de acq. poſſ. & Alex. in l. ſi pro fundo, C. de tranſ. Quod ita verum eſt. dum res remanet penes cõuentum, apud quem res erat an-
36 te litem motam, cæterum ſi alteri tradatur ex cauſa trāſactionis, nam tunc dominium tranſit, aut vſucapiendi conditio, l. pen. C. pro emp. vbi etiam gloſ. dicit quòd quando res per poſſeſſorẽ retinetur, & ſi liti cedens ſit dominus, non transfert dominium, id etiam dicunt ibidem Bart. & Bal. qui hāc reddunt rationem, per d. l. ſi pro fundo, C. de tranſact.

Digitized by Google

ſact. & ita quoq; * communiter tenere Doctores inquit Ferdin. Vaſq; Illu.contro.lib.2. c.67.ex qua etiam, l. ſi pro fundo infert Bal.in c.1.de controu.inter domin.& vaxal.& in c.1.de prohi. alien.feud. per Feder.dicēs eam eſſe in iure vnicā. Quod vaxal-
37 lus poteſt tranſigere, dimiſſo feudo apud poſſeſſorem, ſine cō ſenſu domini, quia ita poſſeſſori dimittendo, non dicitur ipſum alienare, quod ſequitur Alexan. cōſ.41.lib.6.cap.deciſ. 156.Iul. Clar.in §.feudum, q.38. & pulchrè declarat, conſ. Maſtril.de mag.lib.5.cap.6.nu.77.& 128. de quo ſatis dubitat, & in Regno cōtrarium affirmat eſſe verius, vt aſſenſus requiratur, ex conſti.Regni incip. Diuæ memoriæ, quæ etiam in feudo tranſactionem prohibet ſine aſſenſu, Freccia pluribus id comprobās, de ſuff.lib.2.cap.incip. pluribus autem modis, n.39. & per eamdem quoq; dicit Iaſ. in l. 3. nu. 122.C.de iure emphit. quam etiam ſingularem dicit. Quod emphyteota poteſt ſine conſen-
38 ſu directi domini ſuper re emphiteotica tranſigere, ſi res poſſeſſori dimittatur, quia ita dimittendo non dicitur ipſam rē alienare, & ſequitur Affl. deci.232. in fine, & hanc opinionē, in feudo, & emphiteoſi pluribus congeſtis teſtatur * communem, Peregrin. de fideicom. art.40. nu. 120.cum ſeq. Et idem quoq; in
39 Eccleſia, & minore, vt poſſint ſine ſollemnitate tranſigere, dimittendo rem poſſeſſori concludit ex plurium ſentētia Menoc. de arbit.iudic.lib.2.cent.2. caſ. 171.cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ciuilis quæ ſit.*
2 *Legis diſpoſitio reſtringitur ſecundum rationem præcedentem.*
3 *Limitata cauſa limitatum producit effectū*
4 *Ciuilis cauſa dicitur cum commodum ipſius parti applicatur.*
5 *Delicti ratione poteſt ciuiliter, & criminaliter agi.*
6 *Pæna appoſita per verba multiplicatiua parti cedit.*
7 *Pæna, quæ conuenit parti, & eius contemplatione eſt appoſita, parti applicatur.*
8 *Pæna pecuniaria in dubio parti, an fiſco, applicatur nouiſſimè.*
9 *Pæna quando iudici, vel accuſatori applicatur, cauſa dicitur ciuilis.*
10 *Pæna quando nemini applicatur, ſed agitur, vt tutor a tutela remoueatur, an ſit ciuilis.*
11 *Tutor ob culpam remotus, infamia non notatur.*
12 *Tutor ſimpliciter non expreſſa cauſa remotus, præſumitur ex cauſa in actis apparente.*
13 *Tutor non expreſſa cauſa remotus, nec ex actis apparente, præſumitur ob culpam remotus.*
14 *Cauſa, in qua extra delictum agitur de priuatione officij ciuilis eſt.*
15 *Cauſa, quod adminiſtrator es vniuerſitatis non exerceant ex cauſa præter deli-*

Ctum

ctum, ciuilis eſt.
16 Cauſa priuationis officij quando ciuilis eſt, & quando criminalis.
17 Officialis pro delicto condemnatus, an in conſequentiam ſit officio priuatus.
18 Officio minore priuatus, non poteſt exercere maiora.
19 Cauſa quamuis ſit criminalis incidentes articuli in ea poſſunt eſſe ciuiles.
20 Forindicandi coniuncti, citati, quæ poſſunt opponere ad impediendam forindicationem.
21 Forindicationis tempus ex diſpoſitione nouellæ Prag. currit etiam contumace quidato, & eo tempore poteſt ſententia forindicationis proferri.
22 Adminiſtratori Vniuerſit. & tutori an ſit pendente contra eos iudicio, adminiſtratio interdicenda, remiſſiuè.
23 Libellus in delictis quæ de iure, vel de facto infamant, debet eſſe ſollemnis.
24 Pœna infamiæ atrox eſt.
25 Fama omnibus rebus eſt præferenda.
26 Infamis dicitur mortuus ciuiliter.
27 Mori melius eſt quàm iniuriam pati.
28 Fama ſanguini præfertur, & qui ei detrabit eſt homicida.
29 Famam bonam non eſt theſaurus, qui poſſit redimere.
30 Fama bona quid ſit.
31 Crudelis eſt qui ſuam famam ſpernit.
32 Famam & honorem inultum relinquere verecundum eſt.

GLoſſa 3. Sancimus in cauſis ciuilibus, &c. Quæ ſint cauſæ ciuiles declarãt optimè Caſt. in l. 1. C. vbi de crimi. agi oport. Alex. in rub. & in l. in pecuniarijs, C. de iudi. Abb. Dec. & Rip. in rubr. eod. & plenè Maran. in ſuo ſpec. 4. par princip. & extat. Prag. 2. incip. Ferdinandus de iuris. inui. non turban. & poſita eſt quoq; inter cap. Reg. incip. Vt delatas, vbi p Nigrum bene eſt commentata. quæ, & ſi adeò clarè hoc determinare videatur, ita vt amplius dubitandum non ſit. Tamen cũ prolata ſit, ad tollendas lites, & controuerſias, quæ oriuntur inter barones habentes diſtinctas iuriſdictiones ciuiles, & criminales, vt ex præfatione ipſius patet, quæ cauſam finalẽ deſignat, l. ſi ff. de hæred. inſt. l. 1. ff. ad Senatuſcõſ. Maced. Vtiq; generaliter nõ eſt intelligenda, ſed reſtringitur ad cauſam in ea expreſſam.
2 Nã ratio legis ampliat, & limitat eius dictum, l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. l. militis agrum, in princip ff. de re milit. l. adigere, §. quamuis, ff.
3 de iure patro. & limitata cauſa limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. l. pen. ff. de his, quæ in teſta. delen. §. quòd autem, & ibi Aret. inſt. de legit. agna. tutel. proinde generaliter non eſt intelligẽda, nec in alijs cauſis ſeruãda inſpecto iure communi, ſed tãtum in cauſa in ea expreſſa, quod etiã aduertit Carau. in Prag. 1. § 3. nu. 4. de Senatuſcoaſ. Maced. & aduit. ad eumdem, in Prag. 2. de falſ.

Digitized by Google

ſalſ.n.184. Quare vlterius agẽdum eſt pro declaratione præſentis Prag.quæ dicatur cauſa ciuilis,& quidem dicendum eſt, nedum cauſam ciuilem eſſe, dũ agitur ex contractu,teſtamento, aut ex alia cauſa,præter delictũ,
4 immo ſi ex delicto, & damnum, intereſſe,aut rei inſtitutio poſtularetur. Veluti dum quis agit ad rei furatæ reſtitutionem, Bar.in
5 l.interdum,§.qui furem, ff.de furt.& in l.2.§.1.ff.vi bon. rapt. cum ex delicto poſſit ciuiliter,& criminaliter agi, l.fina.ff.de priuat.delict.l.nec quicquam, vbi glo. ff. pro ſocio,& in hoc nullã habere difficultatem, * & communem eſſe opinionẽ, teſtatur Iul.Clar.recep.ſent.lib.5. §.fin. q. 1. ver. quartus caſus. Vel ſi ageretur ad pœnam, quæ parti applicatur,nam etiam cauſa ciuilis eſt,gl.in princip.& ibi,Bar. in l.3.ff.de ſepul.violat.in l.j.C. eod.in l.aut damnum,in prin.ff. de pęn.Abb.& Rip.in rub. de iudic. & Dec. in l.is apud quẽ,vbi *communem dicit, C.de eden. & ab ea in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum ait Iul.Clar.loco prædicto, ver. ex quorum dictis,quam etiam*cõmunem, & veram teſtatur, vbi quoque declarat, quæ dicatur cauſa capitalis,Menoch.de arb. arb.iud.lib.2.cent.3.caſ.265. in fine, & quæ dicatur etiam cauſa ardua idem Menoc.eod.de arb. indi.lib.2.cent.3.caſ. 205.Theſau.deci.61.nu.3.& Ioan. Vinc. de Anna ſing.229.Idem ſi ageretur de adulterio contra vxorem,vt dote priuaretur, l.cõſenſu,C.de repud. nam etiam ciuilis eſſet,Dec.conſ.212. Præſ. de Franch.deciſ.184.deciſ.312. & deciſ.421.cuius, l. conſenſu, in-
6 tellectum, pleniſſimè explicat Proſper Far.cõſ.72. per totum: & nedum pœna parti applicatur, quando expreſsè cautũ eſt, ſed etiam,quando pœna eſt appoſita per verba multiplicatiua,vt dupli,aut quatrupli, vt in furto,l.pen.ff.de litig. cap.quiſquis,17.q.4.cap.cum deuotiſſimam,12.q.2.Aut.in rub.inſtit.
7 de pub.iudit.& Affl.in conſt.incip.Violentias, nu. 71. & Petr. Nũnez. de exeq.mand.p.1.c.2. n. 13. vbi hoc optimè declarat: aut ſi conueniret, c.clerici, vbi glo.de iure patron. c.in quibuſdam,de pœnis. Vbi ſi certa perſona eſt læſa,aut damno affecta, nam eidem etiam applicatur, l. fin.ff.de litig.Alex.in l.ſi quis id quod,ff.de iuriſd.omn.iud.Ang. de malef. in ver. dictũ Sempronium,nu.10. & Pet.Nunnez.de exeq.mand.par.1.c.2. num.13:

Digitized by Google

Maximè in contractibus, Bal. in l. ſi quis maior. nu. 4. C. de tranſact. Quod ſi nō exprimitur, nec
8 per verba multiplicatiua, aut partis cōtemplatione appoſita, an partis, vel curiæ cōmodis cedat, vide Bar. in l. agraria. ff. de termi. moto. Ioan. And. in Spec. tit. de dolo, & contum. §. reſtat. Ang. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis id, quod ff. de iuriſd. omn. iud. Aur. in §. pœnales, inſt. de actio, & in tract. malef. in ver. dictum Sempronium, & Rip. in rub. de iudi. nu. 12. Si tamen non parti, ſed iudici de cauſa cognoſcenti, aut
9 denūciatori, vel accuſatori pertineret, tunc etiam cauſa ciuilis diceretur, vt ex pluribus concludit, Ioan. Gutt. pract. quæſt. lib. j. q. 107. per totam, quàmuis contrarium ſimpliciter teneat, re nō bene diſcuſſa, Pet. Nunnez. de mand. exeq. par. 1. c. 4. num. 30.
10 Quòd ſi pœna, nec parti, aut fiſco applicatur, puta agitur contra tutorē vt à tutela remoueatur, & vtrq; ciuilis eſt, Bart. in l. 1. §. ſciendum, ff. de ſuſpect. tut. in l. non ſolum, §. fina. ff. de procur. per tex. in c. per tuas, de ſimon. & id quidem ſi inopia, qui
11 non ſatis dat, aut culpa proponeretur. non ob id remotus, non infamatur, l. 3. §. fina. ff. de ſuſp. tutor. l. 2. C. de tutor. & curat. qui ſatis. §. ſuſpectus, inſt. de ſuſpect. tutor. & inquit Bal. in l. 1. c. ſi tut. vel curat. non geſ. quod vbi agitur de remouendo tutore, & culpa opponitur. Semper vidi, hanc cauſam agitari corā Iudice cauſarum ciuilium & dū in ſententia, qua tutor à tutela remouetur, cauſa non exprimi-
12 tur, præſumitur remotus ex cauſa in præcedēti iudicio adiecta, in quo ſi culpa præpoſita eſt, ob cauſam, ſi dolus, propter ipſum remotus cenſetur, l. ſi præſes, ff. de pœnis, gl. & DD. in l. hæc enim cauſa, ff. de ſuſp. tutor. & gloſ. in l. fin. & ibi Ioan. Fab. C. eod. in l. 2. §. fina. in ver. cur miles. ff. de infam. & in §. ſuſpectus. inſtit. de ſuſp. tut. & facit glo. in l. fin in ver. ſolue, C. de ſent. quæ ſine cert. quant. & in l. 1. in 1. gloſ. in fine, ff. de iudic. Nam ſententia habet relationem ad proceſſum, c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. & ex qualitate proceſſus iudicatur, vt inquit Bal. in l. ſi ſeruus plurium, §. fin. ff. de leg. 1. & dicit quoq; notabiliter idem Bal. in l. fin. C. commun. diuid. quod verba ſententiæ impropriantur, vt intelligantur ſecundum naturam iudicij, & pulchè And. Gail. lib. 2. obſ. 63. & Ioan. Gutt. de tut. & cur. par. 2. cap. 18. nu. 21.
13 cum ſequ. Quæ ſi non exprimitur,

tur, nec ex actis apparet, cenſetur ob culpam remotus, d.l. hæc enim: vt in pœnis benignè procedatur, l. præſes l. hodie, l. ſi de interpretatione, ff. de pœnis. Idẽ
24 ſi ageretur contra beneficiatũ, vt beneficio priuaretur, ex alia cauſa, quàm ex delicto, nam ẽt ciuilis eſſet, ſecus ſi ob delictũ, Feder. de Sen. cõſ. 13. incip. Titius electus, & Barb. in c. teſtimonium, de teſt. veluti ſi agere-
25 tur contra adminiſtratorem Vniuerſitatis, vt officio priuaretur, tamquam electus contra diſpoſitionem Prag. vel quia exercuit anno præterito, nec fuit confirmatus nemine diſcrepante ſeruata forma, §. fina. Aut. de defenſ. ciuit. cuius tex. diſpoſitio procedit etiam in adminiſtrat. Vniuer. gloſ. in l. honor, §. fin ff. ad municip. in l. 1. C. ad leg. Iul. de amb. Ioan. Vinc. de Anna. alleg. 15. & Præſ. de Frãc. deciſ. 264. nam etiam ciuilis diceretur, vt in beneficiato, cum eadem ſit ratio vtriuſq;. l. illud ff. ad leg. Aquil. l. ſi adulterium, §. ratio, ff. de adult. Si tamen ex delicto, cuius cauſas priuationis adnotent, Menoch. de arb. iudi. lib. 2. q. 55. num. 14. cum ſeq &
26 Proſp. Far. de delic. & pœn. q. 19. nu. 42. & pœna priuationis officij eſſet cum alia adiuncta, etiam tunc ciuilis eſſet, ſecus ſi ea ſola eſſet appoſita. nã criminalis cenſeretur, Abb. & Ioan. de Ana. in c. ſuper his. de accuſ. & Corn. conſ. 19. vol. 3. & quãuis ibidem Felyn. Videatur eſſe alterius opinionis, vt indiſtinctè eſſet ciuilis, tamen opinionem, Abb. & aliorũ probat Marant. in ſuo ſpec. 4 par. prin. nu. 2. cuius rationẽ ſibi placere inquit Carau. in Prag. 1. §. 3. n. 2. de Senat. conſul. Maced. & ab ea vti *communi non eſſe recedendum in iudicando, teſtatur Iul. Clar. loco prædicto, verſic. quintus caſus, eamq; opinionẽ requiritur addit. ad Proſp. Far. conſ. 25. lit. D. Præſ. de Fran. deci. 457. & cap. de Barone Prag. 4. nu. 65. dicentes quoq; id procedere, ſiue agatur per viã actionis, ſiue exceptionis, aut inqui-
27 ſitionis, quamuis aliter diſtinguat Cara. loco prædicto. Quæro ſi officialis fuit pro delicto condemnatus, an ſit in conſequentiã officio priuatus, & quidem, ſi pro eo delicto eſt impoſita pœna priuationis officij, vt pro furto, & barattaria, l. 3. C. de offic. præf. prẽt. & tunc condemnando officialem ob barattariam cõmiſſam, ex prius diſpoſitione priuatus eſt, l. 1. in princ. verſ. calumniatus eſt ff. ad

Digitized by Google

Senatuſcõſ. Turpil. idq; magis, ſi pro eo delicto officio ipſo iure priuaretur, cum ſola Iudicis declaratio illud delictum commiſiſſe ſufficeret, quæ ad tempus delicti retrotraheretur, c. cum ſecundum leges, de hær. in 6. & inquit Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ. nu. 12. quod vbi pœna in aliquo delicto ipſo iure irrogatur, prius fertur ſententia quàm fiat proceſſus. Si vero alia pœna eſt condemnatus, vide doctiſsimũ Conſ. Rouit. hoc plenè agentem in Prag. 3. nu. 20. cum ſeq. de milit. Id tamen in hac re notandũ eſt, quod qui ob delictum mino
18 re officio priuatus eſt, nõ poteſt exercere maiora, l. cui pacto, ff. de ſeruis export. l. relegatorum, in fine, ff. de inter. & releg. l. qui indignus, ff. de ſenat. l. fin. & ibi Bal. C. ſi ſer. export. Verreat. q᷑ fuit Neap. ſeruatum in rationanale Reg. Cam. inquiſito in generali viſitatione, & ea pendente præſid. effecto, qui cauſa peracta, priori officio Iudicis ſentẽtia, altero maiore legis, amotus fuit, adeo vt neutrum ipſorum exercuit. Nec etiam eſt ommi-
19 ctendum, quod quamuis cauſa principalis ſit criminalis, eius tamen articuli incidentes, & emergentes, poſſunt eſſe ciuiles, qui ſunt extra delictum, & habent naturam cauſarum merè ciuilium, vt inquit Præſ. de Franc. qui multos effectus ex hoc reſultantes congerit, deciſ. 470. n. 6. quem refert Conſ. Rouit. in Pragm. 47. de offic. Sacri Reg. Cõſ. & ideo per coniunctos citatos ad foriudicandum, & ip-
20 ſorum procuratorem, etiã principali nõ præſentato, poterit opponi exceptio nullitatis citationis, & contumaciæ, quia forſan citatio erat circunducta, ad impediendam foriudicationem, vt inquit Præſ. de Franc. & iudicatum refert deciſ. 232. aut aliarũ nullitatum apparentium ex eiſdem actis, vt idem Præſ. inquit deciſ. 685. vel Iudicis incompetentiæ, quia inquiſitus eſt clericus, & præſentare bullas clericatus, vt Præſ. ipſe, deciſ. 329. Aut quia eſt aſſecuratus, & guidatus à Reg. Curia, & interim nõ poterat foriudicari, nec currebat tempus foriudicationis, vt deciſ. 673. eiuſdem D. Præſidis.
21 Quod hodie aliter diſpoſitũ eſt per nouiſs. prag. Excellentiſsimi Comitis de Lemos. tunc huius Regni iuſtiſſimi Proregis quæ eſt 2. Tit. de foriudi. quæ deinde declarata fuit per aliam, eiuſdẽ Excellentiſs. Proregis æditam, die vltimo Maij 1615. plura capita cõtinẽtem, & propriè c. 68.

qua

qua diſponitur,tempus foriudicationis caſus etiam quid inquiſiti ſint guidati, & eo tempore poſſe proferri ſententiam foriudicationis, Quæro an pendente
22 Iudicio contra tutorem,vel adminiſtratorem Vniuerſitatis,ſit ei interdicenda adminiſtratio, vide l.eum quem,C.de ſuſp.tut. glo.in l.decreto,ff.eod.Bar.in l. ſi tutor,ff.eod.in l.quod ſi forte, §.1.ff.de ſolut.in l.ſi libertus,§. in quæſtionibus, ff.ad municip. cap.Toloſ.& ibi auf. deciſ.370. Affl.deciſ.357. Præſ. de Franc. deciſ.8.Conſ.Maſt.qui id plenè declarat de Magi. lib.6.c.5.nu. 45. vſq; ad finem, Conſ.Rouit. in prag.19. de offic. & quæ his, & Ioã.Vinc.de Anna.ſing.370. Sed ſi pro delicto ciuiliter ageretur,quid de iure, aut de facto infamat,& ſi pro damno agatur debeat apponi locus,& tempus delicti, & ſeruari ſollemnia,l.libellorum, ff. de accuſ. Bart.in l. ædixit,ff.de iniur.in l.1.ff.de ſuſp.tut.& probat tex. in c.tuæ de procur.Pęna enim infamiæ qua
24 qua conuentus notatur atrox eſt,l.ſi inimicitiæ,vbi Bart.C.de his,quib.vt indig.Bal. in l.quid ergo,§.pœna grauior, n.4.ff.de infam.in c. ex ratione,de appel.
25 & fama eſt omnibus rebus prę ferenda,C.de inſt.& ſubſtitut.l. iuſiurandũ,quod ex conuentione,§.ſi procurator,ff.de iure iuran.l.Iulianus,ff.ſi quis,omiſſa cauſa teſta. & Cagno. in l. ſi ex plurib.ff.de reg.iur. & qui nota tur infamia,dicitur mortuus ciuiliter,Blan.de iudit. & Tort.in
26 princip.nu.103.cum ſeq.& Seba.Med.mors omnia ſoluit,par. 2.nu.252. quæ etiam morti naturali æquiparatur, l. iuſta.cum gloſ.;ff. de manumiſ. Vind.& in §.ſuſpectus, inſt.de ſuſp.tuto. & Bal.in l.tranſigere,C.de trãſac. & melius eſt mori,quàm iniuriã
27 pati,Menoch.de arb. iudi.li.2. cent.4.caſ.377.n.19.Surd. deciſ.89.nu.21.& plura congerũt Ferdi.Vaſq; Illu. Cont. lib.1.c. 11.nu.7.cum ſeq.& Andr.Gail.
28 lib.1.obſ.123. & qui famæ detrahit homicida eſt, c. homicidium,de pœnit.diſt.1. glo.in c. ſi peccauerit,1.q.2.Atque ſanguini præfertur, Abb.in c. cum ſuper,de confeſ.& inquit Ioſep. de bello iud.quod apud graues viros grauiora ſũt infamiæ probria, quàm mortis vulnera, & Ariſtot.de regim. princ.ad Alexan.cap. de ſapientia Princlpis,
29 inquit,quid plura dicam,nõ eſt Theſaurus, qui poſſit redimere bonam famam,& Bal. quoq; in l.vni.C.de cõfeſ.affirmat,Quòd bona fama eſt Theſaurus hominis

30 nis inæſtimabilis, & iucundus, & ſicut lilium dans ſuauitatem odoris, ita tenemur exterius oſtendere, quamuis interius cōcientia bona ſit, Nam concientia eſt nobis neceſſaria, ſed fama proximo, c. non ſunt, 12. q. 1.
31 & crudelis eſt, qui ſuam famā ſpernit, c. nolo ead. quæ. & cau. & quilibet tenetur ſuo honori proſpicere, c. niſi. de vſu. pall. ac verecundum eſt honorem ſuum inultum relinquere, l. miles, § ſi ſocer. ff. de adul. Gra. deci. 9.. & Prec. de ſuff. c. 2. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa mixta quæ dicatur.*
2 *Iudicium famil hercisc. & communi diuidundo, quare dicatur mixtum.*
3 *Condemnatio toti us pœnæ, eſt facienda Curiæ, quæ inter ipſam, & partem diuiditur.*
4 *Autor dubitat an pœna Conſt. varietates pœnarum ſit mixta.*
5 *Cauſa potẽtior nomen, & naturam tribuit.*
6 *Contractus denominatur a re, quæ magis præualet.*
7 *Contractus natura magis inſpicitur, quam verba contrahentium.*
8 *Fiſcus eſt priuato dignior, & multis priuilegijs remiſſiuè.*
9 *Denominatio fit à digniori.*
10 *Magis dignum trahit ad ſe minus dignum*
11 *Priuilegium vnius ex ſocijs ad alterum extenditur.*
12 *Quantitas rei non immutat propriam naturam.*
13 *Epiſcopi æqualem habent dignitatem, quamuis vnus paruam, alter magnam habeat diœceſim.*

GLoſſa 4 vel mixtis, &c. Dum au: ẽ pœna curiæ, & partis cōmodis cedit, vt in l. ſenatus, §. ſenatus, ff. de iure. fiſ. in l. lege cornelia, in fi n. ff. ad Sylleia. & in Conſt. va-
1 rietates pœnarũ, cum de vtroq; participet mixta dicitur c. tuæ. de proc. Alex & moder. in rub. c. de iudic. & conſ. 66. & 82. vol. 2. Ant. de Bur. & Rip. nu. 9. rub. extra de iudic. Iaſ. in rub. inſt. de actio. & Nig. in prag. incip Ferdinandus poſita inter reg cap. inde Affl in d. conſt. varietates, dicit cauſam ipſius mixtam eſſe cum pœna ipſius curiæ, & parti applicetur, ſic mixtum imperiũ dicitur, quod de mero, & iuriſdictione participat, gloſ. in. l. iuber e cauere, ff. de iur. omniũ iu-
2 dicum, & Bar. in l. imperium, nu. 14. ff. eod. & iudici famili. herc. & commu. diui. etiam mixtum vocatur, quia in vtroq; quis eſt actor, & reus, & de vtroq; participat, l. In omnibus, ff de iudic. §. quædam inſt. de actio. Hæc autem pœna in hoc iudicio mixto
3 quamuis communis ſit, totius tamen curiæ eſt facienda condemnatio, quæ deinde ſuā portionem parti reſtituat, Bart. per cum tex. in l. ſenatus, §. ſenatus de iur. fiſ. in l. 1. C. de vend reb. fiſc.

Digitized by Google

fiſc. lib. 10. Aret. in § pœnales,
num. 17. inſt. de action. Maſceſ.
ſing. 70. Boſſ. in ſua praxi, titul.
de ſent. nu. 40. & ita de conſue-
tudine ſeruari, inquit Iuli. Clar.
recep. ſent. § fin. lib. 5. quæſt. 95
& Nouiſſimè conſil. Rouit. in
prag. fin. de alea, quod quãtum
4 ad pœnam d. conſtit. mihi ſatis
dubitabile videtur, ſi quidem
illa inter curiam, & partem, inæ
qualiter diuiditur, & curiæ por-
tio in duplum præualet, & ita
5 vti potentior, & nomen & natu
ram tribuere debet, & crimina-
lis potius quam mixta dicenda
eſt, l. cum quæritur, ff. de ſtat. ho
mi. l. repetundarum, §. hermo-
froditus, ff. de teſtib. l. legatis,
l. legatis, §. 2. ff. de leg. 3. l.
ſed & quæſitum, §. fina. ff. de
lib. & poſt. & Bal. in l. vſufructu,
ff. ſol. mat. & ideo cõtractus de-
nominatur a re, quæ magis præ
6 ualet. l. 2. § 1. ff. locat. l. ariſto. ff.
de rer. permut. l. ſi in emptione,
in princip. ff. de emp. & vend.
Alex. & Iaſ. in l. 2. & in l. lecta.
ff. ſi cert. petat. Abb. in cap. ad
quæſtiones de ſimon. Guid. Pap
deciſ. 91. & plenè Ioſ. Ludo. de-
ciſ. peru. 64. quamuis contraen-
tes alio nomine Vicent. Affl.
deciſ. 72. & deciſ. 80. in fine, &
Boer. deciſ. 143. Nã magis at-
tenditur natura contractus, quã
verba contrahentium, l. ſi vno.
7 ff. locat. l. ſi olei, & ibi glo. & dd.
C. eod. l. inſulam, ff. de perſcrip.
Verb. l. vbi ita donatur, ff. de
don. cau. mort. Bart. in l. cotem
ferro. §. qui maximos, ff. de pu-
blic. & vecti. Bal. in l. teſtamen-
tum C. de teſtam. quem refert,
& multis exemplis comprobat.
Menoc. de arb. iudic. lib. 1. q. 7.
nu. 24. & de præſũp. lib. 8. præſ.
104. nu. 28. Ioan. Gutt. prac. q.
lib. 5. quæſt. 84. And. Gail. lib.
1. obſ. 150. & Ioa. Vin. de Anna
8 alleg. 90. Atq; cum fiſcus ſit pri
uato dignior, l. procurator. C. de
ædend. & multis potiatur priui-
legijs, quæ adnotãt. Bal. in l. 1.
C. de hæred. vel actio. vend. ple-
niſſime Alfon. in ſpecu. Summi
Pontif. Imper. & Reg. cap. 88.
circa finem, de iur. fiſ. ab eo vti
digniore debet fieri denomina-
9 tio, l. 1. vbi gloſ. & dd. ff de ver.
oblig. cum concord. adductis
per Iaſ. in l. imperium, nu. 3. ff. de
iuriſd. omni. iudi. Nam maius di-
10 gnum trahit ad ſe minus di-
gnum, l. cum in diuerſis, ff. de re-
lig. & ſump. funer. l. quæ religio
ſis, ff. de rei vend. l. omne verbũ,
vbi Bal. C. commu. de legat. c.
quod in dubijs, de conſe. eccleſ.
& And. Gail. plura congerens
exempla de conſt. imper. cap. 6.
num 6. cum ſeq. atq; cum inter

ob pænam communem ſit quædam Societas, l. & ſi cum nota-
11 tis,ibi per dd.ff.pro ſocio,l.2.ff. communi diuid.Fiſci priuilegiũ extenditur ad ſocium,l.ſi is,qui duos,ff.de lib.leg.l.ſi communẽ ff quemad. ſeruit.admiſſ.l. loci corpus, S. ſi fundus, ff. ſi ſeruit. vendi.glo. in l.vni.C. ſi in commu.ead.cau. quam refert,& pluribus exornat Menoc. de arb. iudi.lib.2.cent.4.caſ.379.num. 8.cum ſeq.Marſ.cõſ.84.& 180 Affl.deciſ.213. Arno. ſing.83. & And.Gail.qui plura congerit exempla de pace pub.lib.1.cap. 6.nu.17. & de pigno.lib. vnic. obſ.21.nu.11. cũ ſeq. ſed quicquid ſit de iure, eam mixtã dd. dicunt, quaſi nihil interſit,ſi pæna curiæ præualet portioni partis,dummodo cõmodis vtriuſq;
12 cedat, nec minor quãtitas immutat naturam, arg.l.fina.ff.de fun.inſt.& inſt.leg.& l.inter cõuenientes,ff ad municip.l.humilem, C. de inceſt. nup.Bald.in l. imperium in 1.lect. ff. de iur.omnium iudi. Abb.in cap.p.& g.de offi. deleg.& And. Gail.id optimè exemplificans de arreſt.imper.cap.4. num 4. ſic etiam duo Epiſcopi æqualem habent di-
13 gnitatem,quamuis vnus amplã & alter paruam habeat diœceſim,cap.legimus,S.ſin autem 93.diſt. ita quoq; par eſt dignitas duorum comitum, & ſi vnus habeat magnum comitatũ,amplas ciuitates,& plures nobiles vaxallos,& alter paruum comitatum,aliquas villas,& ruſticos vaxallos,vt ex pluribus concludit Affliſt.in prelu.coſt.q.26.

S V M M A R I V M.

1 *Figura iudicij eſt ordo,ſollemnitas,& forma ipſius.*

2 *Figura iudicij ibi adeſſe dicitur,vbi ordinariè oblato libello, & lite conteſtata proceditur.*

3 *Acta,quæ ſunt ante litem conteſtatam, nõ ſunt acta iudicij,ſed præludia ipſius.*

4 *In iudicio tempore litis conteſtationis, dicitur quaſi contrahi.*

5 *Litis conteſtatio eſt lapis angularis totius iudicij.*

6 *Lis vbi non conteſtatur, primus actus qui ſolet fieri poſt eam, habet vim litis conteſtationis.*

7 *Effectus qui ſint, quando in cauſa proceditur ſola facti veritate inſpecta.*

8 *Summaria cognitio in iure tribus modis conſideratur.*

9 *Iudicium quando eſt alterius præparatorium,non æget plena probatione.*

10 *Summaria cognitio non præiudicat ordinario iudicio.*

11 *Cauſa vbi ſummariè delegatur,relaxatur ordo iudicij, ſed plura requiritur probatio.*

12 *Cauſæ, de iure communi ſunt ſummariè, remiſſiuè.*

13 *Effectus,qui ſint quod in regno cauſæ ciuiles ſint ſummariè. remiſſiuè.*

GLoſſa 5. ſine figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta.

De

De hoc verbo(figura)plenè lo-
quitur Bart.in Conſt. ad repri-
mendũ,in ver.figura, & aliqua
1 hic dicunt Moder.Grauin.Qui-
bus addi poteſt, quod figura iu
dicij,eſt forma,ordo, & ſollem-
nitas ipſius,Bald.in l.nec quic-
quam,§.de plano,ff.de offi.pro-
conſ. & vbi proceditur ordina-
rie oblato libello,ibi dicitur ad-
2 eſſe figura iudicij,gloſ.in l.1. in
verb.filium, C. quo.bon.& in l.
pen.in fine, C. de lib.cau.Hoſt.
in ſumma, de ſent. §. qualiter
proferri debet,col.3.Bal.in l.in
contractibus,nu 8. C.de non
num.pec. & in l.2.nu.7.C.quo.
appel.non recip.Non tamen po
tuit dici figura iudicij, niſi lite
conteſtata, Bal.in l.vni.§.ſimi-
liq; modo,C.de lat. lib. tollen.
Nec poterit dici iudicium, niſi
facta litis conteſtatione, gloſ.in
3 l.iudicium ſoluitur, ff.de iudic.
in l.vni,C.de plus.petit. & acta
quæ fiunt ante litem conteſta-
tam non ſunt acta iudicij, ſed
acta controuerſiæ,& quędam
præludia,Bald.in l.ſi quæramus
circa medium, ver.cõtra iſtam
determinationem,ff.de teſtam.
& in aut.clericus,n.8. C.de epi.
& cleric. & dicit quoq; in l. cũ
& minores, n.6.C.ſi aduer.rem
iud. Quod principium formale
iudicij,eſt litis conteſtatio,& in
l.1.C.de relation.quod ante li-
tem conteſtatam cauſa non eſt
4 in aliquo ſtatu,ſic etiam,cum
in iudicio quaſi contrahitur, l.
3.§.idem ſcribit, ff. de pecul. id
tamen intelligendum eſt fieri,
non ante, ſed per litis conteſta-
tionem,vt pulchrè inquit,& ra-
tionem reddit,Bal.in l.2.§.1.ff.
de prętor.ſtipul.cuius litis con-
teſtationis effectus, adnotant
Dec.& Cag.in l.non ſolet, ff.de
reg.iur.& pleniſſimè,And.Gail.
lib.1. Cam. imper. obſer.74. &
And.Fachi.contro. iur. lib. 11.
cap.81.& ideo & ſi litis conte-
5 ſtatio ſit lapis angularis,& fun-
damentum totius iudicij, vt di-
cunt Doctores,in cap.1.de litis
conte.in aut.offeratur, C. eod.
Bal.in d.l.2.§.1.ff.de prætor.ſti-
pul.& plenè Vãt.de nullit. cap.
de nullit.ex defect. ord.iud.nu.
28.cum ex prædictis nõ ſit ne-
ceſſarius,vt dicunt DD.primus
6 actus qui fieri ſolet poſt litis cõ
teſtationẽ, vt eſt terminus pro-
bationis,habet vim litis conte-
ſtationis,Bald.in l.nulla,& in l.
nihil,C.de procur.& cuius effe
ctus ſint verba prædicta poſita
7 in hac prag.notatur,in clem.ſę-
pe,& per glo.& DD.ff.de verb.
ſignif. in clem. diſpendioſam,
de iudic.per glo.in c.fin.de hę-
ret.in 6.per Bar.in cõſt.Ad re-

primendum, in ver.ſummariè, in l.nec quicquam, §.de plano, vbi quoq; Bal.ff.de off.proconſ. pap.in ſua praxi in forma libel. actio.real. in ver.ſummariç, Maran.in ſuo Specul.4.par. princ.
9 diſt.car.rit.288.Ozaſ.deci.1. Minſig.cēt. 4.obſ.70. & Flam.
8 cart.deciſ.Ianu.21.Hæc autem ſummaria cognitio tripliciter cōſideratur, vel probationis reſpectu, odio doloſè abſentantis ſe, cum aliqua pars abeſt, nec poteſt eſſe figura iudicij, vt in l. 1.C.quo.appell.non recip. l. 2. C.vbi in rem act.l.properandū, §.ſin autem alterutra, C.de iudic.l.conſentaneum, C.quo. & quan. iud.l.Conſiliarios, C. de aſſeſs. §.neceſſitatem, Aut.vt iudi.ſine quo.ſuff.gl. in §.ſi vero. de req.reis, & Bal.in l.ſi oleum.
9 ff.de dol.mal. Vel quādo eſt alterius iudicij præparatoria, quę etiam probationis reſpectu ſūmaria dicitur vt in actione ad exhibendum, l.3.§.ſciendum, l. theſaurus, C ad exhib. Aut dū venter eſt in poſſeſſionem mittendus, l.1.§.ſi ea, ff.de vent.in poſſ. mitt. Vel ſi negetur filius, qui interim petit alimenta, l. ſi quis à liberis, ff de lib.agnoſc. Aut ſi p legatariū petitur cautio, nam de eius calumnia ſummariè cognoſcitur, l.3.§.1.ff.vt in poſſ. legat. Vel dum bona id exequutione ſententiæ dicūtur aliena, l. à Diuo Pio, §.ſi ſuper
10 rebus, ff.de re iud. quæ ſummaria cognitio, ordinario iudicio præiudicium nō facit, l.ſi Iudex, ff.de his, qui ſunt ſui. & d.§.ſi ſuper, & §.ſi quis. Tertio cognitio ſummaria dicitur, reſpectu ordinis iudiciarij, cum eius ſollēnia omittuntur, ſed legitimæ probationes requiruntur, vt in cauſa, quæ plenum parit præiudicium, vt notat optimè Bar.in l.1.§.quod ſi, ff. de præt. ſtip & in l.3.§.cauſę, ff. de Carb.edict. & inquit Ang. in l. iudices, C. de iudic.quod vbicunq; cauſa committitur ſummariè non re-
11 laxatur, niſi ſollēnitas iudicij, pertinens ad ordinem, non ad probationem, vnde ſemper requiruntur plenæ probationes, Quod dum in aliquibus cauſis erat de iure commu. ſpecialiter cautū, vt in clem.ſæpe, de verb.
12 ſign.in clem.diſpendioſam, de iudic. in conſt. Ad reprimendū, in l.de ſummerſis, C.de nauf. li. 10.in l.fina.C.de agent. in reb. lib.12.in l.nec quicquam, §.de plano, ff.de off.procōſ.in l. 1. ff. de conſt.Princip.& in alijs: Rex Ferdinandus vt quoad poſſet, lites in ſubditorum gratiā breuiori ambitu concluderet, id gene-

generaliter in cauſis ciuilibus, & mixtis ſtatuit, ipſaque quoad procedendi modum ſummarias effecit, ſed circa probationes ni
13 hil innouauit, vt ex vltimis verbis apparet. Quorum effectus cum adnotent præfati DD. Marant. in repetitione, l. is poteſt, ff. de acq. poſſeſſ. And. Gail. lib. 1. obſer. 42. Minſig. cent. 2. obſ. 44. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 1. & Proſp. Farin. de hæret. q. 185. nu. 14 eorum remiſſione cōtentus, amplius nō inſiſto.

SVMMARIVM.

1 *Sollemnia legis libellorum, ff. de accuſat. apponuntur etiam vbi pro delicto agitur ciuiliter.*
2 *Sollemnia, l libellorum an vbi pro delicto ciuiliter agitur, de iure Regni ſunt ſublata.*
3 *Sollemnia, l libellorum, accuſari defenſionem reſpiciunt.*
4 *Author circa prædicta ſollemnia, l. libellorum diſcrepat ab opinione Afflict.*
5 *Defenſio paratur accuſato ex appoſitione loci, & temporis.*
6 *Accuſatus vagaret in ſua defenſione, ex non appoſitione loci, & temporis.*
7 *Accuſatus poteſt cōmodius ſuam detegere innocentiam loci & temporis negatiua.*
8 *Negatiua vnius menſis, aut pluris eſt ſuſpecta.*
9 *Teſtis diſponens negatiuam loco, & tempore non coarctatam, eſt ſuſpectus de falſo.*
10 *Author adhæret opinioni, quòd ſollēnia, l libellorum non ſunt ſublata.*
11 *Deciſio Sacri Concilij in Regno pro lege ſeruatur.*

1 Glossa 6. Quod tamen diximus, vt cum pro delicto & ſi ciuiliter agatur, quòd locus, & tēpus exprimi debent, vt notat Bar. in d. l. prætor ff. de iniur. & in l. 1. ff. de ſuſp. tut. in Regno non eſſe neceſſarium, affirmat Affl dec. 250. & Alex.
2 conſ. 6. vol. 3. Nam, inquit, cùm cauſæ ciuiles in Regno ſint sūmariæ, hæ ſollemnitates loci, & temporis, non ſunt neceſſariæ, cum ſint de iure poſitiuo, & ordinem iudicij reſpiciant, ob qđ dum poſſeſſorio iudicio agitur, etiam vnde vi, quod infamat, locus, & tempus apponi nō debent, & ita affirmat deciſum. Qđ Rom. non probat eius conſ. 191. dicens, loci, & temporis in prædictis appoſitionem eſſe neceſſariam, & ſollemnitates, l. libellorum, non iudicij ordinem, ſed
3 accuſati defenſionem reſpicere, eiuſq; fauore eſſe inductas, vt facilius eorum appoſitione ſuam poſſit fouere innocētiam, nec hac prag. intelligūtur ſublatæ, quę inquiſiti defenſionem reſpiciunt, inquit Bal. in l. cum fratrē, C. de his quib. vt indig.
4 cui magis adhæreo, nam ex loci, & temporis adiectione, reo ſe defendendi via paratur, ita D. de

D.dę Rota.deciſ.349. cum plenius adductis,per Barb.cōſ.44.
5 vol.1.per Boer.opt.deciſ. 165. per Ioan.Gutt. pract.quæſt.98. & plenè per And.Gail.qui etiã *communem dicit,lib.1.obſ.64. per totam. Si enim locus,& tẽpus in accuſatione non expri-
6 merentur,accuſatus incertus in eo crimine,& accuſatione vagaret,cuius multum intereſt, vt in his certus ſit,l.item exigit, vbi gloſ.ff.de dolo malo, & ſollemnia, l.libellorũ accuſato defenſionem parare, aperte affirmat Bart.in l.eius qui, nu.4.ff.de ap
7 pel.recip.Qui poterit cōmodius ſuam fouere innocentiam,loci, & temporis negatiua, l.optimã, C.de contrah.& commit. ſtipu. glo.in l.1.in ver.an non.ff.de itiner.actu.priuat. Bal.in l.cum hi,§.nihil, ff. de tranſact.in l.1. vbi optimè,loquitur,C.de re iudi.& Ang.in l.1.ff. de his qui ſunt ſui,vel alien. iur. & debet, vel magna loci diſtantia, vel alio modo iuuare, quãuis vnius
8 menſis, vel pluris ſuſpecta ſit, Bal.in l.actor,nu.3. C.de prob. Quæ niſi eſſet loco, & tempore coartata, teſtis de ea deponens ſuſpectus eſſet de falſo, gloſ. in
9 c.cum eccleſia ſutrina,vbi Rip. nu.70.de cauſ.poſ.& prop.quæ cum defenſionem accuſati ſollemnia prædicta reſpiciant,non intelliguntur ſublata, quæ nec potuiſſent, clem.paſtoralis, de re iudi.Ob quod veriſſimum cē-
10 ſeo etiam in Regno dum ciuiliter agitur pro delicto quod infamat,loci,& tẽporis expreſſionem eſſe neceſſariam.Hæc tamen opinio Alex.d.conſ.6.cum ſit authoritate Sac. Conc.roborata,in Regno ſeruanda eſt,cu-
11 ius deciſio pro lege ſeruari debet,l.nõ ambigitur,ff.de leg. Afflict.deciſ.190.in fine, Præſ. de Franch.deciſ.81.nu.2.& deciſ. 586. & cauetur diſpoſitione Reg.Prag. incip. & ſi decreta de off.Sacri Concil.& authoritate Senatus multa cõgerit Menoch.de arbit.iud.lib 2.cent.1. caſ.68.nu.31. cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab interloquutoria debet in ſcriptis fieri,& cauſæ grauaminum in ſpecie exprimi de iure communi.*
2 *Appellatio ab interloquutoria in Regno an debeat in ſcriptis fieri, & ſpecialiter cauſæ grauaminum exprimi.*
3 *Authoris opinio,quòd etiam in Regno appellatio ab interloq. ſit in ſcriptis, cum expreſſione cauſæ facienda.*
4 *Appellatio ab interloquutoria eſt odioſa, & à diffinitiua fauorabilis.*
5 *Appellatio ab interloquutoria poteſt ſtatuto tolli, ſed non appellatio à diffinitiua.*
6 *Appellatio ab interloquutoria efficit, vt iudicium alibi finem accipiat, quàm vbi ſumpſit initium.*

7 *Ap;*

Digitized by Google

7 *Appellans ab interloquutoria quarit ex litibus alias lites oriri facere.*
8 *Appellans ab interloquutoria eſt verus contumax, & ante inhibitionem poteſt contra eum, etiam non citatum procedi.*
9 *Appellatio à diffinitiua ſtatim ligat manus Iudicis à quo eſt appellatum, etiã ſi dubitetur an ſit recipienda.*
10 *Appellationis tempore pendente nihil per Iudicem debet innouari.*
11 *Appellans ſi poſt appellationem innouat, cenſetur appellationi renunciare.*
12 *Appellans condemnatus ad rei reſtitutionem, ſi eſt ſuſpectus de dilapidatione, poſſunt fructus ſequeſtrari.*
13 *Res in iudicio petita, ſi tempore eſt peritura, aut deterior euaſura poteſt vendi, & pretium deponi.*
14 *Iudicis factũ pſumitur à iure legitimum.*
15 *Appellatio ab interloquutoria ſemper arguit Iudicis iniquitatem*
16 *Appellatio diffinitiua poterit ex nouiter productis iuſtificari.*
17 *Appellatio ab interloquutoria ideo requirit cauſam, quia Iudicis factum impugnat.*
18 *Regulis iuris contrauenieus non auditur, niſi cauſam alleget.*
19 *Appellare qui non poteſt à ſententia Iudicis, ſi cauſam exprimat poterit appellare.*
20 *Confeſſus, & Conuictis quamuis non appellãt, ſi tamen cauſam exprimat auditur appellans.*
21 *Citatus in cauſa ciuili, vt perſonaliter cõpareat, non tenetur de perſona comparere, niſi cauſam exprimat.*
22 *Citatus qui non eſt de iuriſdictione citantis niſi ex aliqua cauſa, ſi ea cauſa non exprimitur nõ tenetur cõparere.*
23 *Appellantis ab interloquutoria odio factum eſt à iure, vt in appellatione grauaminum cauſæ inſerantur.*
24 *Inducta ad augumentum non debent diminutionem operare.*
25 *Iudex à quo poteſt reuocando grauamen, procedere in cauſa non obſtante appellatione.*
25 *Corrigere ſe ipſum melius eſt, quàm expectare, vt ab alio corrigatur.*
27 *Corrigere ſeipſum in male geſtis non eſt turpe, ſed laudabile.*
28 *Appellatus non diſcuſſa appellatione poteſt coram Iudice appellationis procedere in cauſa principali.*
29 *Vaxalli in præiudicium Baronis non poſſunt in alium iuriſdictionem prorogare.*
30 *Dominus, & vaxallus ad paria iudicantur.*
31 *Vaxallus nõ poteſt inuitus à domino alienari, & quomodo intelligatur.*
32 *Vaxalli etiam inuito Barone poſſunt vti eius priuilegio, vt ad forum ipſius remittantur.*
33 *Minor ſi in cauſa obtinet beneficium ad probandum, poterit eius aduerſarius eo beneficio vti.*
34 *Pœnæ, & mulctæ ſunt iuriſdictionis fructus.*

GLoſſa 7. Dũ ex prædictis, & alijs infert Carau. rit. 288. & alij Doctores etiam hic affirmant, Quod & ſic de iure
1 cõmuni, in appellatione ab interloquutoria debẽt inſeri cauſæ grauaminum, & fieri in ſcriptis, c. 1. de appell. in 6. c. vt debitus, eod. quod etiam de iure ciuili procedere, inquit Bart. in l. 3. §. fin. ff. de appell. quod hodie in Regno ſufficiat, ſi cauſæ
2 grauaminum non exprimãtur, & viua voce interponatur: authoritate Ang. conſ. 267. & Philip. Franc. in d. c. vt debitus cis
3 non aſſentio. Nam inquit Bal. in l. eos, §. 1. C. de appell. quod ſi appel-

quam allegat,& declarat Bal. in l. furti,§.1.nu.5. ff.de infam. & ſi fuerit per Iudicem à quo, aut per appellatum aliquid innouatum, erit per Iudicem ad quem reuocandum, c.non ſolũ, de appellat.in 6.clem. fin.de appel. nedum ad partis inſtãtiam, ſed etiam officio Iudicis,Innoc. in c.bonæ memoriæ,in fine, de
11 appell. Vital.in clau.nil noua. pen.app.nu.9. Sed ſi appellans aliquid innouet pendente appellatione,cenſetur appellationi renũciare, & Iudex à quo poterit ſuam exequi ſententiam, c.an ſit,de appell. gl.in c.ex parte,clem.2.& Inno.nu.1. de reſcrip.Bal.in l.perſcriptione.nu. 24.C.ſi cont.ius vel vtilit.pub. in l.3.C.de appell. Deci.conſil. 103.n.1.& Minſig.cent.2. obſ. 50. Si tamen conuẽtus actione reali eſſet condemnatus, & ſu-
12 ſpectus eſſet de dilapidatione fructuum, poterunt tũc pendẽte appellatione ſequeſtrari per Iudicem appellationis, l. Imperatores,in fine,cum glo.& c. fi. de ſeq. poſſ. & fruct. & Guid. Pap.deciſ. 246. quod fit in appellatione tantum per appellationis Iudicem, ſi id petens obtinuit ſententiam pro ſe, Ioan. Andr.But. & *commu. DD. in d.c.fin.& Salyc. in l. vni. C. de probi.ſeque. Vel ſi eſſet res mo-
13 bilis petita. & cõuentus poſſeſſor eſſet homo malę vitę ,& timor dilapidationis, poterint ẽt tũc ſequeſtrari, l.ab exequutore,C.quo. appel.non recip. l. ſi cum dotem,§.ſi vero dotem, ff. ſolut.mat. Aut res peritura, & tempore deterior euaſura, nec ſeruando ſeruanda, etiam lite pendente poterit vendi, & pretium deponi, l.fi. ff.de req.reis, Bar.in l.intereſſe,ff.de acq.poſſ. Abb.in d.cap.2.Couar.lib.vni. pract.quæſt. c.23. nu.24. Ioan. Gutt. conſ.3.nu.29. & Minſig.
14 cent. 5. obſ. 35. Atq; etiam cũ pro Iudice præſumatur, & eius factum cum ll. iuſtum iudicaat, l.iuſte poſſidet,ff.de acq. poſſ. l. qui Authore,l.factum à Iudice, ff. de reg. iur. & pro eius decreto, gloſ.in l.1.C.de fide inſt. & iure haſt.fiſca.lib.10. quam refert,& dicit peregrinam, Bal.in l.1.in princip.ff.de reb. eor. qui ſub tut.& *communiter approbatam Ferdi. Vaſq; illuſt. contro.lib.1. quæſt.39. in princip. Alexan.conſ. 86.vol.1. & Dec.
15 conſ.86. nu.3. qui ab eius decreto appellat,ſemper arguit iudicis iniquitatem,cum non niſi ex primis actis iuſtificari poterit, & ex cauſis nominatim expreſſis in appellatione, nec ex

alijs

ex alijs forſan apparentibus in actis, etiam ſi adſit clauſula in appellatione, ex his & ex alijs apparentibus in actis, vt pluribus relatis concludit cap. deciſ. 5. in fine, & ob id dum iudex appellationis reuocat interloquutoriam, ſemper poterit dicere omne appellatum, & malè iudicatum, Bal. in l. eos, in prin.
16 C. de appell. ſecus ſi diffinitiuã, quod cum ex nouiter deductis fieri poteſt, l. per hãc C. de appel. nam appellatio ab ea reducit cauſam ad tempus litis conteſtationis, l. ita demum, C. de procur. quam legẽ non eſſe alibi dicit Alex. conſ. 73. vol. 3. nõ poterit dici malè iudicatum, cũ nouiter producta primo iudici nota non fuerunt, vt dicit Bald. in d. l. eos. Ob quod odio appel-
17 lantis ab interloquutoria factũ eſt, dum vult iudicis factum impugnare, quod in ea cauſas grauaminum exprimat, Bart. in l. ab exequutore, ff. de appell. & id quidem generale eſt, vt dum à iuris regula receditur, quòd cauſa exprimatur, alias non au-
18 ditur, vt inquit Innoc. in cap. 2. de dilat. & eius auctoritate Bar. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat & Abb. in cap. prudentiam de leg. & probatur in l. 1. §. 1. cum gloſ. in verbo vendicare, ff. de rei vendi. Et qui non poteſt à ſententia appellare in caſibus, quos adnotant ſpecul. in ritu de appell. §. 2. & plenius Fran. de Corneto in ſua compend. rub.
19 de appell. quæſt. 3. poterit appellare cum expreſſione cauſæ, Bart. in l. fina. ff. de appel. recip. & Ioſ. Ludo. qui hoc pulcrè declarat, deciſ. peruſ. 38. & quamuis confeſſus, & conuictus non appellat, l. 2. vbi omnes DD. C. quo appell. non recip. Bart. in l. in tantum, nu. 2. ff. de appell. in l. conſtitutiones, nu. 3. in l. cre-
20 ditor, §. iuſſus ff. eod. ſi tamen appellans cauſam exprimat, puta confeſſus homicidium, dicat occiſum fuiſſe bannitum, aut aliam cauſam offuſcantem, vel excuſantem delictum, & confeſſionem, auditur appellans, Bal. in d. l. 2. nu. 2. C. quo appel. non glo. in c. romana, §. ſin autem in ver. mandetur de appel. in 6. quam gloſ. vocat inſignem Couar. lib. vni. pract. quæſt. cap. 23. nu. 5. Boſſ. qui * de communi teſtatur de appell. nu. 37. & Iul. Clar. qui alios, congerit recep. ſent. lib. 5. § fin. quæſt. 94. & prædicti Inno. auctoritate infert Bal. in l. 1. §. 1. ff. de procu. quod, & ſi pro cauſa ciuili citatus poteſt per procuratorem comparere, nec tenetur de perſona

ſona

ſona adeſſe, l. fi. C. de proc. ſi tamen aliquo caſu cogi poterit, quos caſus, adnotāt gl. & DD. in l. ſi actor. ff. de pr. gl. in c. quærelā, eod. in c. fi. de maio. & obe. & in c. 1. de iudic. in 6. debet caſus in citatione exprimi, alias
21 non tenetur comparere, cum iuris regula ſibi ſufficiat, d. l. fin. de proc. & arg. l. ab ea parte, ff. de probat. & glo. in l. omnis definitio, ff. de reg. iur. & dicit quoque Innoc. in c. cum ſit generale, de foro cōpet. & refert Ang. in l. fideicommiſſum § 1 ff de iudic. Quod quando agitur coram iudice, qui de iure communi eſt incompetens, ſed competens in certo caſu, quod in libello exprimi debet ille caſus, ad
22 hoc vt iuriſdictio tuta ſit alias libellus nō procederet, ſic quoque inquit Bar. in l. quotiens ff. ſi quis caut. quod nō dicitur eſſe dubium de quo eſt regula, licet ſint aliqui caſus ſpeciales, niſi de caſibus fiat mētio, quod refert Dec. in l. 1. nu. 6. ff. de regul. iur. & Cap. deciſ. 46. nu. 3. qui caſus expreſſus ſi per citatum negetur, poterit actor. in termino probatorio cauſæ probare, Inno. in d. c. cum ſit generale, Affl. ct. deciſ. 297. congerit concord. & cōmunē dicit Min-
23 ſig. cent. 2. obſ. 9. Quare cum odio appellātis ab interloq. factum ſit, vt cauſæ grauaminum inſerantur, vt eius refrenetur audacia; qui cupit lites immortales efficere, & ex eis alias oriri, & alibi finē iudiciū habere, affectans earum diſpendia, quæ optimè perpendit imper. in l. apertiſſimè circa medium, C. de iudic. quare hac diſpoſitione dicūtur eſſe ſublatæ, quæ ideo ædi-
24 ta fuit, vt ex ipſius verbis patet, & cōtrarium operaretur effectum, quod eſſe non debet, l. legata inutiliter, ff. de leg. 3. l. quod fauore, C. de leg. & in proprijs terminis Ripa reſpon. 1. in princip. Demū cauſæ grauaminum expreſſio ideo in appellatione inſeri debet, vt Iudex appellationis videat an cauſa iuſta ſit, & ſic appellantem admittat, vel repellat, vt inquit glo. in c. 1. in ver. interloquutoria, de appell. in 6. Innoc. in c. vt debitus, in fine, de appel. & Andr. Gail. qui hoc optime declarat, lib. 1. obſ. 13. & 144. Atq; etiam
25 vt Iudex à quo expreſſione ipſarum certus, poſſit deliberare an appellantem grauauerit, quod ſi agnouerit, poſſit grauamē reuocare, & in cauſa procedere, c. cum ceſſante de appell. c. nō ſolū, eod. in 6. Bart. in l. quod iuſſit, ff. de re iud. in l. eius qui, ff. de

appell.recip.& cap.deciſ.1. nu. 8.cum multis ſit ſeipſum corri-
26 gere,quàm expectare quod ab alio corrigatur,§.1.aut.de nup. & congerit concord. gloſ. in c. fin.de reſcript. in 6. & ſapientis eſt mutare cōſilium in melius, l.diui fratres, ff.de iure patron. Aut. vt fratrum fi'. in princip.
27 Nec eſt turpe,ſed laudabile, l. nonnumquam,ff de collat.bon. c.magnæ,22.q.4.c.qualiter, & quando, de accuſ.ſed ſi appellans feciſſet aliquas impenſas, tunc non poterit grauamen reuocare, cum eis non reſtitutis, non plenè remoueret grauamina,vt inquit Innoc.cum ceſſante,de appell. quid refert Tranche.de Cor.in ſua cōpend.rub. de appell.q.3. Idq; appellanti valde expedit,nē in appellatione maioribus oneraretur expēſis, & lis breuiori curſu finem acciperet,quæ fuit ratio,& finalis cauſa preſentis diſpoſitionis. Non tamen ommittendum eſt notabile dictum Innoc. in d. c. vt debitus, de appell. quod ap-
28 pellatus in interloquutoria, non diſcuſſa appellatione ſi iuſta,vel iniuſta ſit,etiam contradicente appellante, omiſſo primo iudice, poteſt in cauſa procedere coram iudice appellationis, Congerit concord. & in eam imper. pluries fuiſſe ſeruatū teſtatur And.Gail.lib.1.obſ. 136. dicēs hanc eſſe ſalutarem practicam, & cautelam pro appellato cōtra appellantem, qui plerumq; malitioſè à quocunq; interloquutoria appellat,vt principalem cauſam in infinitū protrahat,& appellatum immenſis laboribus fatiget, & idē firmat
29 Surdus,deci. Mant.175.in fine. Quod tamen fieri non poteſt in præiudicium Baronis habentis iuriſdictionem in ipſos litigantes, etiam ambobus conſentientibus, qui cum in ipſius præiudicium non poſſint in alium iuriſdictionem prorogare, Bar.in l.1.§.& poſt operis, ff de oper. noui nunci.Cap.deci.9.& Præſ. de Franc.deciſ.417.Poterit Baro cōparere corā iudice appellationis, & oſtendere ſuam curiam bene iudicaſſe, & cauſam pro eius intereſſe ad ſe remitti,idem Præſ.de Franch.qui ita ſeruari inquit in Sac.Côc. maximè in cauſis criminalibus,deciſ. 529. ſed ſi conſentiret, aut non contradiceret, procederetur per iudicem appellationis, Affl.deciſ.155.idem dicendum eſt in Barone,vt non poſſit inuitis vaxallis ſuam remittere iu-
30 riſdictionem,cum Dominus,& vaxallus ad imperia non iudi-

can-

cantur, c. 1. de form. fidel. Cap. deciſ. 62. & Menoch. qui alios congerit, de recup. poſſ. remed. 1. nu. 96. & in correlatiuis ſtatutum in vno extẽditur ad aliud, l. fin. C. de indiuidui. tollen. & l. fina. C. de fruct. & lit. exp. Nedũ cum iure communi iuriſdictio competit, quæ firmior eſt, arg. l. eius militis, §. militia miſſus, ff.
31 de milit. teſta. Nam cum vaxallus inuitus alienari non poſſit, glo. in l. inuitus, ff. de fideicom. libert. quam glo. ſine territorio intelligit, Bal. in l. 2. C. de don. Congerit alios Surd. de alim. tit. 9. q. 22. num. 30. & declarat optimè Præſ. de Franch. deciſ. 17. circa princip. Nec partem eius renunciare arg. l. quæ de tota, ff. de rei vendi. l. iuriſgentium, §. adeo. ff. de pact. imò ſi ex priuilegio cõpeteret, vaxalli eo etiã contradicente poterunt vti, vt refert deciſum idẽ Præſ. deciſ 541. quod quamuis ſit Ba
32 roni conceſſum, cum vaxallorũ concernat commodum ipſi eo poterunt vti, l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, vbi Bart. ff. de legat. 1. & Ang. in l. nulla, in princ. ff de leg. quorũ valde intereſt à proprio domicilio ad remotas partes non extrahi, l. plerique. ff de iudic. imò poterit cogi, vt proprio vtatur priuilegio, & inuicto munere fungatur, gloſ. & Iſer. aut. 78. de probi. alien. feu. per Lota. §. penult. ſic etiam cũ actor, & reus ad paria iudicantur. l. fin. C. de fru. & lit. exp. l. nõ debet actori ff. de reg. iu. bene-
33 ficio ad perigius probandũ minori impartito, vtitur etiam eo inuito aduerſarius maior. Bart. in l petende. C. de reſt. in integ. Affl. in Conſt. incip. Obſcuritatem, q. 10. & Præſ. de Franc. deciſ. 141. & deciſ. 269. vbi hoc bene declarat, & refert deciſũ. Et quãuis Baro inuictus ſit, beneficio tamen afficitur, propter cauſæ cognitionem ob pœnas,
34 & pecuniarias mulctas, quę ipſi applicantur, quæ ſunt iuriſdictionis fructus, Bar. in l. fin. ff. ſolut. matrim. & dicuntur eſſe de patrimonio Baronis, ſicuti pene fiſcales de patrimonio Regis, vt inquit Petr. Nuaniæ qui alios congerit de exeq. mand. par. 2. cap. 24. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab interloquutoria quare omni tempore eſt in ſcriptis facienda.*
2 *Grauaminum cauſas ſpecialiter in appellatione oretenus difficile eſt enarrare.*
3 *Scriptura conficitur propter defectum memoriæ*
4 *Locus, & tempus aliquando non patitur plenius deliberandi conſilium.*
5 *Tempore ſegemus, vt aliquid maturius agamus.*

6 *Virtus lenta eſt, & omnia percontatur, iniquitas autem omnia præcipitat.*
7 *Temporis anguſtia, & breuitas ſæpe hominibus periculum parit.*
8 *Conſilia præcipitata neq; reuocari, neq; in integrum reſtitui poſſunt.*
9 *Ea, quæ fuerit calore iracundiæ de iure pro infectis habentur.*
10 *Temporis longinquitas præbet cauſam rem benè explorandi.*
11 *Conſilio cautior fit, qui plurimo tempore cogitauit.*
12 *In ſcriptis redacta magis deliberatè fuerit, quàm ſi verbo eſſent prolata.*
13 *Epiſtolæ graues ſunt, & fortes, præſentia hominis in forma, & ſermo contemptibilis*
14 *Iniuria, quæ fit in ſcriptis, quare grauiori pœna punitur, quàm quæ verbo.*
15 *Pœna l. vni C. de fam. libel. quæ ſit in Regno remiſſiue.*
16 *Appellans grauaminum pluribus cauſis propoſitis an ſufficit vnam probare.*
17 *Proponens plures cauſas, ſe aſtringit ad omnes probandas.*
18 *Appellans, & plures cauſas proponens, ſi quælibet ſufficit, ſat eſt vnam proſequi, & probare.*
19 *Forma recta vbi requiritur in aliquo actu, debet vnico contextu adimpleri.*
20 *Dilationis cauſa ceſſante ceſſat dilatio.*
21 *Iudex ſi alicui impartitur tempus ad cōparendum, & ſtatim comparet, poteſt eo non elapſo in cauſa procedere.*
22 *Statutum mandans quod infra decē dies appelletur, & infra triginta proſequatur, ſi ſtatim appellat, ſtatim currunt triginta ad proſequendum.*
23 *Actus nullus ab initio, poteſt poſtea aliquo interueniente conualidari.*
24 *Dilatio impartita nō ceſſat; quando actus in ea confectus eſt nullus.*
25 *Procurator datus ad appellandum ſi nulliter appellauit, & tempus ſupereſt poterit iterum appellare,*
26 *Eligens nulliter, aut ſi electus mortuus eſt, poterit iterum eligere.*
27 *Sermo prolatus qui de primo actu intelligitur, procedit quando ille actus eſt validus.*
28 *Appellans pluries à ſententia, ſi prima appellatio eſt nulla, poterit poſteriorem proſequi.*
29 *Statutum volens, quòd victus victori condemnetur in expenſis, intelligitur etiā ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi.*
30 *Poſſeſſorij cauſa ſi eſt delegata appellatione remota, nec poterit appellari in eo caſu, vbi de iure communi poterat appellari.*
31 *Statutum volens quid prius excutiatur principalis, quam agatur contra tertium poſſeſſorem, debet intelligi etiam in caſibus, in quibus de iure non debet fieri excuſſio.*
32 *Excuſſionis exceptio in quibus caſibus ceſſat, & de eius materia, remiſſiuè.*
33 *Appellans ab interloquutoria, an per relationem ad acta ſufficit cauſas grauaminum exprimere.*
34 *Scripturæ ſe referens continet ea, quæ in ſcriptura relata continetur.*
35 *Notoria allegatione non probatione egent.*
36 *In appellatione ab interloq. cauſæ grauaminum expreſſio eſt pro forma non pro materia.*
37 *Expreſſio cauſæ grauaminum ſufficit, ſi ad certam partem actorum fiat relatio.*
38 *Reſponſio relatiua ad inſtrumentum dicitur certa, ſi ex inſtrumento certum appareat.*
39 *Confitens poſitionem, & inſtrumentum ſe referens, ſi in eo aliud apparet, confeſſio ei non nocet.*
40 *Dictio prout in diſpoſitione appoſita, ſi reſpicit præteritum, & de eo conſtat, intelligitur limitatiuè adiecta.*
41 *Appellatio ab interloquutoria nō requirit cauſam, quando interloquutoria eſt contra ius.*
42 *Lite pendente nihil debet innouari.*
43 *Allegari debent, quæ à iure præſumuntur, alias non proſunt.*

Gloſ-

GLoſſa 8. Nec eius ſum ſententiæ, vt neceſſe non ſit, in ſcriptis fieri,ſed ſat ſit viua voce interponi, ſiquidē impoſſibile eſſet,vnicuiq;, & perito aduocato difficile, & eā verbo interponere, & grauaminū cauſas inſerere. Ob quod tam variè conſtitutum eſt, vt quæ à diffinitiua interponitur incontinenti,ſufficiat viua voce, quæ vero ab interloquutoria, omni
2 tempore ſit in ſcriptis faciēda, cum illa vti cauſſæ expreſſionē non requirens, l. 2.ff.de appell. comode verbo exprimitur,hæc cum grauaminum cauſas expoſtulat,c.vt debitus,de appell.c. 1.eod. in 6. ſemper ſcripturam requirit, eaſq; cauſas memoria mandare, & verbo apud acta referre, nimis eſſet difficile, &
3 periculoſū,l.peregre, ff.de acq. poſſ.in ſcriptis autem redigere, & ita iudici aſſignare neceſſariū puto omnis obliuio ceſſet, l.cōtrahitur,ff.de pign. Atq; vt litigantes à calumnioſis appellationibus temperent, in ſcriptis eā eſſe faciēdā leges ſtatuerunt. Si enim poſſent eam verbo interponere, quaſi decreto lato laceſſiti,illico loci, & temporis
4 anguſtia,Nam locus,& tempus interdum non patitur plenius deliberandi conſilium, l. 1.ff.de exercit.actio.c.baptizati, 5. diſtin.c.his qui.26.q.6. & calore iracundię impulſi,appellationē interponerent, quæ dum calūnioſa detegeretur, in longius cauſas protraherent,& maioribus eſſent onerati expēſis, quā dum ſtatim non poſſunt, habito deinde colloquio,& matura deliberatione cum eorum aduoca
5 to,perlectis actis, ac re maturè digeſta,nam tempore ægemus, vt aliquid maturius agamus, c. ponderet,50.diſt. vbi ait Gemi. quod non debemus præcipitare opera noſtra, ne eorum ordinē corrumpamus,& dicit Card. in clem. paſtoralis.§.verum, de re iudic.Quod præcipitata voluntas,nouerca eſt iuſtitiæ,Nā vir-
6 tus lenta eſt, & omnia percontatur,iniquitas aūt omnia præcipitat,vt dicitur in c.inter hæc, de pœnit. diſt. 3. facit tex. in l. 2.C.de ſent.ex breui.recit.& in l. 1.C.de exeq.rei iudi. Nā breuitas temporis ſæpe hominibus periculum parat. Aut.de appel. in princip.& inquit Bal. in l. 2. in 2.lect.in fine, C.de ſec.ſupt. quod nimia feſtinantia, eſt euidens malorum motum argumētum, & multa cōgerunt ad hoc
7 Marſ.conſ.48 Afſl.in conſt. iudicis,rubr.94.nume.8.& Deci. conſ.

Digitized by Google

conſ.296.& Tit.Liui.dec.4.lib. 1.inquit his verbis, itaq; fit, vt celeritatem pœnitentia, ſed eaſera,& inutilis ſequatur. Cum præcipitata raptim conſilia, ne-
8 que reuocari, neq; in integrum reſtitui poſſunt. Hinc Cæſar Auguſt. in ſuis ſermonibus dicere ſolebat, feſtina lentè, & pulchrè Bouad.in Polit.lib.3.c.7. n.48. & temporis breuitas multa facit irrita, quæ cõgerit Surd. deciſ.Mantua.334. Nam quæ ca-
9 lore iracundię fiunt pro infectis haberi deberet, l. licitatio, in princip.ff.de public. & vectig.l. 3.ff.de diuort.l.quod calore, ff. de reg.iur.l.2.C.ad leg.iul.Maieſt.& plura adducunt Menoch. de arb.iudi.lib.1.q.42. & Proſ. Far.de pen.temp.q.91.quę vero deliberate magnum iuris ſortiuntur effectum, l.cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. l. magis puto, §.ne paſſim, ff. de reb. eor.qui ſub.tut.l.dubium, C.de repud.l.fin.C.de ſent.ex breui. recit. & temporis longinquitas præbet cauſam rem ipſam bene
10 explorandi, l. ſi mulier, C. ad Velleian. & dicitur in Aut. vt immob. ante nup. donat in §. ſi conſentiat. Qui plurimo tempore cogitauerit fiet pro conſilio
11 cautior, & multa de celeritate euitanda congerint Viui.deciſ. prou.375.lib.2. & Bouad.in Polit.lib.3.c.7.nu 41.42.& 43. ſi grauaminum cauſæ ſubſiſtunt, in ſcriptis appellationẽ, & cauſas ſollemniter inſerant, eamq; deinde iudici tradant, appellationis cauſam proſequantur, & illatum grauamen euadant, & dum iudicis factum legitimum agnoſcant temperent ſe ab appellatione, & ceptam cauſam proſequantur, eamq; ad finẽ citius perducant, quod appellationi, quæ in ſcriptis fieri debet
12 tribuendum eſt, Nam quæ in ſcriptura rediguntur. Conſultò, & magis deliberatè fiunt, quàm quæ verbo dicuntur, l.2.C.de ſent.& breuil.recitan, Bart.in l. gerit, nu.18.ff. de acq. hæredit. & plenè Menoc. de præſumpt. lib.2. præſ.61. quæ autem verbo, ſæpe inconſultè dicta, in melius reuocantur, l. ſi vendicari, C. de pœn. c. cum apud Teſſaloniam, 11.q.3.& pulcrè Vant. qui prędicta benè perpendit, de nullit. cap. de nullit. ex defect. proceſſ.nu.70.& quæ in ſcriptis proferũtur, cõtinua patefactione omnibus innoteſcunt, l. ſed & ſi.§.1.ff de inſti.actio.quæ vero verbo, paucis innoteſcunt, aut.qui ſemel, C.quo.& quan. iudex. Hinc D.u Paul.2.ad Corint.cap.10.quem allegat L.c.

de

de Pen. in l. 3. præſump. C. de apo. pub. lib. 10. epiſtolę, inquit, graues ſunt, & fortes, præſentia autem hominis infirma, & ſermo contemptibilis, quare maior pœna punitur inuenta, quę in ſcriptis profertur, l. vni. C. de
24 famoſ. libell. quàm quæ verbo, § fin. inſt. de iniuer. cum illa ex animo inferatur, & ſcriptura ſemper manet, ſemperq; loquitur, vt inquit Andr. Gail. lib. 1. obſ. 104. ſed quæ verbo, ſæpe calore iracundiæ prænotatoriè, & paucis innoteſcit ad cuius l. vni. intellectum, vide plenißime Menoc. de arb. iud. lib. 2. cẽt. 3. caſ. 263. nu. 34. Proſp. Far. de v. r. & diuer. crimin. q. 105. inſp. 10. & conſ. crim. 30. vol. 1. & cõſ. 145. vol. 2. qui illam copioſiſſime
25 exornat, Præſ. de Franc. qui ẽt pœnam, quæ in Concilio ſeruatur refert deci. 533. Quęro quid ſi appellans ab interloquutoria plures grauaminum cauſas pro-
26 poſuit, an omnes teneatur proſequi, & probare, quod videtur, clem. appellãti, de appell. ibi nõ liceat alias cauſas proſequi, q̃ in appellatione nominatim dũtaxat contentas, & cum plures
27 propoſuit, ad omnes probãdas ſe aſtrinxiſſe videtur, l. qui habebat, ff de inſtit. actione, ſed cõtrarium firmat Bal. in l. minoribus, C. de his qui. vt indig. dicens qđ ex pluribus cauſis prępoſitis ſufficit vnam probare, nec neceſſe habeat, ſe proteſtari, & dicere illa verba non ſe aſtringens. Tamen eius dictum
28 intelligendũ eſt, quando quælibet cauſa eſt ſufficiens, & ad idem tenderet, ſecus ſi non ſufficeret, & ad diuerſum tenderet, nam omnia debet proſequi, & probare, glo. in c. ex parte, el pri mo de reſcrip. in c. exhibita, in fine, de iudic. & Guid. Pap. deci. 436. q. 24. Quæro iterum an appellans ſine expreſſione cauſæ poterit deinde ſi ſupereſt tẽpus appellandi ipſam apponere, vt valida ſit appellatio ab interloquutoria, quòd non videtur poſſe, Nam propoſitio cauſæ videtur in ea appellatione facienda, clem. præd. appel. ãti, de appell. & in actibus in quibus, certa for
29 ma requiritur, debet vnico contextu adimpleri, c. vt circa, de electio. in 6. quæ cum ab initio ſine cauſæ expreſſione ſit nulla, non debet poſtea ex adiectione cauſæ validari, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff de verb. oblig, l. ſicut, C. de falſ. l. quod ab initio, ff de reg. iur. & quãuis ante interpoſitam appellationem ſuberat tempus appellandi, ea interpoſita ceſſat, nec amplius,

ſubeſſe

20 ſubeſt, Nam ceſſante cauſa di-
tionis ceſſat dilatio, l. liberto. §.
fin. & ibi DD. ff. de annu. legat.
l. 3. §. ſi ſticus, ff. de ſtat. lib. & di
cit Bar. in l. à filia, §. alumno, ff.
ad Trebell. Quòd ſi Iudex ſta-
tuit terminum dierum ſex ad
comparendum; qui ſtatim com-
21 paruit, quod per ipſius compa-
ritionem finita eſt cauſa dila-
tionis, & poteſt etiã non elapſis
ſex diebus in cauſa procedere,
& idẽ dicunt Bar. in l. ſiue pars,
C. de dilat. & Bal. in l. ſi quis hæ
res. ff. de acq. hęred. & ex eodẽ,
§. alumno, inquit Caſt. in l. fi. §.
eo addito, C. qui admit. ſi ſtatu
tum dicat, quòd quis debet ap-
22 pellare infra decẽ dies, & poſt
decem dies habeat triginta ad
proſequendum, quòd ſi prima
die appellauit, ſtatim incipit
currere tempus ad proſequen-
dum, ea ratione, quem ſequitur
pluribus congeſtis, dicens hanc
opinionem veriorem, & * com
munem, atq; in practica per ma
gnos aduocatos ſeruari. Ioan.
Gutt. pract. quæſt. lib. 1. q. 168.
per totam, & congerunt alios,
Anna pater, & filius, ſing. 227.
Tamen contrarium dicit Bald.
in l. 2. nu. 23. C. de epiſcop. aud.
& Filip. Fran. in c. vt debitus, n.
15. de appell. & Bart. in l. edita.
nu. 4. C. de edendo, per tex. in
l. accuſaturus, ff. de accuſ. & in
l. bonorum, ff. rem rat. haberi,
Ideoq; ex appoſitione cauſæ in-
fra tempus ad appellandum, in-
terpoſita appellatio conualida-
tur. Nec obſtant obiecta, quod
eodem contextu debeat inſeri
cauſa, cum id procederet cum
tempus non ſuperet ad appellã
dem, ſecus ſi ſupereſt, DD. ll. ac-
cuſaturus, & l. bonorũ, & q̃uis
ab initio ob cauſam ommiſſam
non valuit appellatio, poterit ta
men ea interueniente conuali-
dari, l. 1. C. de cont. Iudi. tut. l.
1. & 2. C. ſi mino. maio. fac. rat.
hab. glo. in c. 1. de ſpon. impub.
& plura ad hoc notabilia con-
gerit Fran. de Corneto in ſua
compend. rub. de ſen. & exeq.
24 quæſt. pen. Nec etiam dici po-
terit ob interpoſitam appella-
tionem fuiſſe finitũ tempus ap-
pellandi, cum id procederet, ſi
valida fuiſſet appellatio, quæ
cum nulla ſit nõ poteſt dici ap-
pellatum, l. 4. §. condemnatum,
ff. de re iudic. l. qui per ſalutem,
ff. de iureiurando, l. quotiens, ff.
qui ſatiſd. cogant. l. hæc condi-
tio, l. 1. ff. de condi. & demonſt.
Inde dicitur, quòd non præſtat
impedimentum, quòd de iure
non ſortitur effectum, c. nõ præ-
25 ſtat. de reg. iur. in 6. ex quibus
infert Bal. in l. inuitus, C. de pa.

Quod

Quod ſi procurator conſtitutus ad appellandum nulliter appellauit, poterit ex eodem mandato ſi tempus ſupereſt appellare, ſic etiam dicunt, DD. in l.2.ff. de opr. leg. & in d.l. qui perſalutem, ff. de iure iur. quòd per electionem nulliter factam non conſumitur ius eligendi, aut
26 quia electio effectum non habuit, quia perſona electa mortua eſt, cum iterum poterit eligere, c. ſi electio, de elect.in 6. *quod plenè declarant Fran. de Corneto in ſua compend.q vlt. Menoch.de arb.iudic.lib.2.cēt. 6. caſ. 511. & Conſ. Maſt. de mag.par.1.lib.1.cap.28.nu.41. cum ſeq. Atq; etiam quòd quā-
27 uis ſermo ſimpliciter prolatus intelligatur de primo actu, l.bones, §.hoc ſermone, ff. de verb. ſign. pulchrè Rom. cōſ.9. quod declarat Felyn. in c.2. de tranſact. id tamen intelligendū eſt, ſi primus actus validus extat, alias intelligitur de vlteriori valido, Bal. Alex. & cæteri DD. in l.veluti, ff. de ædendo, Feli.in c.innouamus, de treg.& pace, Viui.deciſ.Prou.37.Ioan.Gutt. pract quæſt.lib.5 q.48. nu.11. & declarat optimè Ferdi. Vaſq; illu.controu.lib.1.cap.30.n.16.
28 cū ſeq. Proinde ſi quis pluries à ſententia appellauerit, ſi prima inualida ſit, puta quia ab interloquutoria appellauit viua voce, poterit poſteriorē validam proſequi, Bart.& cæteri, in l.cum procurator, § ſi dominus, ff.de operis noui nunciat. Deci.in c.tua nobis, de appell. * & communem dicit Minſig. cent.1.obſer.7.& quamuis Theſaur. deciſ. pedam.54. affirmet deciſum, appellationem non eſſe validam, niſi cauſæ inſimul apponantur intelligendum eſt, aut quia elapſo tempore ad appellandum fuerunt adiectæ, vel ex decreto Subaudiæ debent in appellatione exprimi, vt ibidē dicitur, quod vt addat iuri communi intelligitur, vt in eadem appellatione inſerantur, ne ſuperfluum ſit & eluſorium, ſed aliquid operetur, l.ſi quando, ff. de leg.1.l.1. ff. ad municip.c.ſi Papa, de priuileg.in 6. Sic ſtatu-
29 tum mandans quod Victus Victori condemnetur in expenſis, vt iuri communi addat, intelligitur etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi, gloſ.& Ang. in Auth.de exhib.reis, in princ. Alex. Iaſ. & cæteri, in l.properandum, §. ſinautem alterutra, C.de iudicijs,& inquit Bal.quoque, in l.2.in princip. C. de appell. Quòd quando cauſa poſſeſſorij eſt delegata appellatione re-

remota tunc nec poterit appel-
30 lari, etiã vbi in aliquo caſu poterat ſpecialiter de iure communi appellari, & hoc vt clauſula appellatione remota aliquid operetur, & ſequitur Aret. conſ. 106. nu. 7. loquens in ſtatuto, & plurima congerit more ſuo Marſ. in rub. de fideiuſ. nu. 301. cum pluribus ſequent. Sic quoq; cũ in obligatione bonorum facta per debitorem adeſt conſtitutũ, ſi creditor agit contra tertium poſſeſſorem bonorũ ſibi obligatorum non eſt neceſſaria excuſſio, vt inquit Bald. in princ. & Ang. in l. fin. C. de acq. poſſ. in l. exitus, vbi etiam Alex. ff. eod. vero. caut. Guid. Pap. deciſ. 432. Affl. deciſ. 40. & deciſ. 139. nu. 6. quod etiam cautum Regni diſpoſitione eſt, vt in regia prag. Incip. aſſiſtentiam, & appretiũ. tit. de aſſiſt. bono. pſt.
31 Tamen ſi ſtatutum mandaret fieri excuſſionem debitoris, antequam poſſit agi contra tertiũ poſſeſſorem nam licet ſtatutum non exprimat etiam ſi adſit cõſtitutum, tamen, vt aliquid operetur, & addat iuri cõmuni, intelligi debet non obſtante conſtituto, & precario quòd excuſſio fieri debeat, & debet ad vnguem ſeruari. Alexan. conſ. 83. propè finem. lib. 6. quem refert & ſequitur dicens ipſum ſolum omnium, quorum tunc memor erat dixiſſe Andr. Tiraq. de iure conſt. par. 1. n. 67. & Menoc.
32 recup. poſſeſſ. quinto remed. n. 62. In quibus autem caſibus nõ eſt de iure facienda excuſſio. Vide Dec. in l. fin. in princip. ff ſi cert. pet. Ant. Gab. recep. ſent. lib. 3. tit. de fideiuſſ. concluſ. 1. Ferd. Vaſq. Illu. controuer. lib. 1. cap. 33. per totum. Ioſ. Ludo. deciſ. Peru. 5. & Andr. Gail. lib. 2. obſ. 27. vbi excuſſionis materiam pleniſsimè abſoluit, & plures cõgerit caſus, in quibus ex-
33 cuſsio locum non habet, Quæro vlterius quid ſi cauſæ grauaminũ in appellatione ab interloquutoria nõ ſunt nominatim expreſſæ, vt dicitur in dicta clemen. appellanti, ſed per relationem ad acta, an ſufficiat, & vi-
34 detur ſufficere. Nam ſi in appellationis libello non ſunt appoſitæ, ſed per relationem ad acta, ex quibus cũ appareant, videntur ineſſe in appellatione referente. l. aſſe toto. ff. de hær. inſti. l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demõſt. quæ cum notorium inducant, c. quoniam contra. de
35 prob. ſufficit allegatio, glo. in clem. appellanti. in ver. cauſam. de appel. & quamuis cauſa non ſit nominatim expreſſa id ſatiſ-

factum

factum videtur ex relatione ad acta, ex quibus apparet, l. nominatim, ff. de condit. & demo. l. certum, ff. ſi cert. pet. Quod tamē negat Bal. in d. l minoribus, C. de his, qui. vt indi. ita per relationem ad acta cauſas exprimendas, ſed ſignanter, & clarè.
36 Et in l. eos, §. fina. C. de appell. etiam inquit, quòd cauſarum expreſſio eſt pro forma, & non pro materia, & ait quoq; in l. ædita. in reper. padu. n. 6. C. de edendo, quòd cauſa clarius debet exprimi. Quod vtiq; procedere videtur, dum generaliter fit relatio ad acta, ex quibus poterit oriri incertitudo, in qua parte actorum grauatus ſit; & ita intelligenda ſunt, quæ dicūt DD. in appellatione cauſas grauaminum expreſsè, & non relatiuè ad acta eſſe exprimēdas,
37 cæterum ſi referret ad certam partem actorum, ex qua parte apparerent, nam ſufficeret, vt dicit idem Bald. in d. l. minoribus, quem refert, & ſequitur Meno. qui ad hoc plura notabilia congerit de arb. iudi. lib. 1 quæſt. 68. num. 52. cum plur. ſequent. quam etiam vocat ſingularem doctrinam And. Gail. lib. 1. obſer. 130. num. 2. eamque eſſe * communem opinionem teſtatur. Ita Gutt. pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 41. nu. 3. cum ita nominatim dicitur exprimi, l. 1. reſp. 1. ff de lib. & poſt. Et per relationem ad certam partem, dicitur certa cauſa adiecta, l. vbi aūt §. illud ff. de verb. oblig. l. fina. cum ibi notatis, per glo.. & D D. C. de falſ. cauſa leg. adie. Et proinde ea cauſa, quæ in certa parte actorum relata adeſt, videtur ineſſe in appellatione referente d. l. aſſe toto, ff. de hærc. inſtit. l. ſi ita ſcriptero, ff. de cond. & demo. & l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudi. Sic etiam quamuis poſitionibus ſit ſimpliciter reſpondendum, tamen
38 ſufficit reſponſio, quæ ſe refert certo inſtrumēto, inquit Guid. Pap. deciſ. 334. eamq; reſponſionem eſſe certam, ipſamque * quotidianam praxim admittere, & obſeruare tam Cam. imper. quam aliorum iudicum teſtatur. Minſig. pluribus adductis cent. 1. obſer. 86. & cent. 6. obſ. 81. eamq; etiam opinionē fatetur * communem Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ. 11. & inquit quoq; & refert deciſum Teſau. deciſ. Pedam. 135. Quod ſi emptor promiſit ſoluere pretiū rei emptæ cum expenſis, & intereſſe in inſtrumento, & deinde per iudicem fuit condemnatus ad prætium cum expenſis juxta

formam inſtrumenti, & de intereſſe nihil dictum eſt in ſententia, quod etiam videtur cõdemnatus ad intereſſe, cum ſententia fuit relatiua ad inſtrumentum, vt relatum ineſt in referente, quod nedum facit certam reſponſionem, immò etiam
39 ipſam limitat, & reſtringit, ita vt confitens poſitionem, ſi addat prout continetur in inſtrumento, ſi in inſtrumento aliud appareat, poſitio non habetur pro confeſſata, & ea confeſſio eſt inefficax, Bald. in l. 2. num. 4. C. de erro. aduo. Alex. conſ. 9. volu. 5. Rom. conſ. 293. Gram. deciſ. 59. num. 8. Dec. in l. edita, num. 86. C. de edendo, & Surd.
40 deciſ. Mantu. 291. nu. 16. Cum dictio prout in aliqua diſpoſitione adiecta, ſi reſpicit præteritũ, & de illo conſtat, intelligitur limitatiuè poſita, Bart. in conſt. ad reprimendum in ver. prout, Bald. in l. ædita in repet. Padu. nu. 110. C. de eden. Alex. conſ. 66. vol. 1. & plenè Bolog. in d. l. ædita nu. 139. & nu. 140. id tamen, quod dictum eſt, in appellatione ab interloquutoria cauſas grauaminum eſſe nominatim exprimendas, procedere, dum facti probationem requi-
41 runt, cæterum ſi in iure conſiſtant, nam tunc cauſarũ expreſſio non eſt neceſſario, veluti ſi quis appellat a decreto de torquendo, nam cum torturæ illatio ſit contrarius, aut a decreto ſequeſtrationis, quæ etiam eſt prohibita, l. vni. C. de proh. ſeque. & cum ea in iure conſiſtãt, quod certum eſt l. 3. ff. de aur. & arg. leg propoſitione non ægẽt ita Bal. in d. l. minoribus, C. de his qui, vt indig. aut ſi fuerit
42 facta innouatio lite pendente quæ quoq; a iure prohibetur, l. 1. C. vt lite pendente ab eius decreto tamquam contra ius, dum ab eius decreto appellatur, nec requiritur cauſæ grauaminum expreſſio, ex præalleg. Bal. autorit. in d. l. minoribus, & congerit alios Minſig. cent. 6. obſ. 15. nu. 6. Hæ tamen cauſæ, quæ in iure conſiſtunt,
44 & probatione facti non ægent nec expreſſione cum appellatur, debẽt tamen in proſequutione appellationis allegari, aliàs ſola iuris præſumptio non ſufficeret, Bart. in l. rem alienam ff. de pigno. actio. Bald. in l. etiã colu. 2. C. de exeq. rei iudi. in l. quicunque, C. de ſerui fug. & plura congerit Ia[ſ]. in l. cum quid num. 25. cum ſequent. ff. ſi cert. petat. & declarat optimè Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 48.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſolus poteſt cauſas ſummariè delegare.*
2 *Legatus de latere non poteſt cauſas ſummariè delegare, niſi ex cauſa aut conſuetudine.*
3 *Legatus de latere in ſua prouincia poſt Principem maius imperium habet.*
4 *Barones, & alij vtiles domini an poſſint cauſas ſummariè delegare.*
5 *Barones ſuis ſubditis poſſunt priuilegia concedere, ſicuti Rex, & Imperator.*
6 *Delegatus, vt de veritate cognoſcat, quam poteſtatem habet.*
7 *Delegatus, vt de veritate, & iuſtitia procedat, cuius ſit authoritatis.*
8 *Delegatus etiam Principis vt iuſtitiam faciat, debet procedere, & diffinire quid iuris eſt.*
9 *Principis reſcriptum cum de eius intereſſe agitur latè interpetratur.*
10 *Principis reſcriptum in alterius iniuriam non extenditur.*
11 *Principis reſcriptum, quod iuſtitiam faciat. non reuocat rem iudicatam.*
12 *Princeps poteſt vnico verbo caſſare ſententias Iudicum ritè, & rectè latas.*
13 *Principis reſcriptum quod iuſtitiam faciat, ſi pendet conſultatio non poteſt procedi.*
14 *Principis reſcriptum, quòd faciat iuſtitiam, ſi inſtantia eſt perempta, non dicitur reſtaurata.*
15 *Princeps ſupplicatus pro reuocatione rei iudicatæ, ſi dixerit talis iuſtitiam faciat, & reuideat videtur ſententiam reuocare.*
16 *Delegatus quod iuſtitiam faciat, poteſt cauſam cognoſcere, & diffinire.*
17 *Delegatus quòd procedat de bona æquitate, quæ erunt partes ipſius.*
18 *Æquitatis forus non differt à foro conſcientiæ.*
19 *Delegatus ſecundum conſcientiam, quomodo poterit procedere.*
20 *Conſcientiæ forus eſt tribunal veritatis, & non fictionis.*
21 *Conſcientiæ forus non ſeruat ſollemnitatis iuris ciuilis ſed tantum iurisgentium.*
22 *Lex ciuilis requirens ſollemnitatem in aliquo actu non procedit in foro conſcientiæ ſi tenet de iuregentium.*
23 *Delegatio ſecundum conſcientiam, non ſubiſt appellationi.*
24 *Conſcientiæ cui aliquid eſt commiſſum debet id cum iuramento declarare.*
25 *Delegatus, vt iudicet ſecundum conſcientiam non poteſt ſubdelegare.*
26 *Teſtis eius conſcientiæ eſt aliquid commiſſum debet cum iuramēto deponere.*
27 *Delegatus, vt procedat quomodocunque voluerit, an debet ordinem iuris ſeruare.*
28 *Delegatus non obſtante iuris ſollemnitate, poteſt die feriato procedere, & teſtium depoſitiones in ſcriptis traditas, & ſine iuramento recipere.*
29 *Delegatus quid procedat de iure, & de facto, poteſt depoſitiones teſtium in ſcriptis datas, & ſine iuramento recipere.*
30 *Delegatus cum libera poteſtate quantæ erit authoritatis.*
31 *Princeps poteſt puberem habilitare ad iudicandum.*
32 *Ferijs inductis ad hominum neceſſitatem poteſt renunciari.*
33 *Hoſtica exceptio quibus, & quomodo competat.*
34 *Hoſtica exceptio eſt fauorabilis, & prodit in cauſa dotis.*
35 *Hoſtica exceptio comperit etiam fideiuſſoribus, & inſolidum obligatis, ſiue ſint actores, ſiue rei, & in cauſa incboata, & incboanda.*
36 *Hoſtica exceptio comperit vocatis ad parlamentum generale, ad inſtar vocationis pro ſeruitio militari, qui tunc dicuntur Regi inſeruire.*
37 *Hoſtica exceptione non vtitur vxor, quæ non ſequitur virum in caſtris, nec contra vtentem retorquetur.*
38 *Hoſticæ exceptioni renunciari poteſt, & quæ*

quæ pacto fieri poſſunt, poterit & lege

39 *Delegatus, vt liberè procedat, ſi maior eſt, ſunt feriæ remiſſæ.*

40 *Delegatus vt liberè procedat, ſi eſt maior, & feriæ non obſtant, videtur ordo iudicij remiſſus.*

41 *Verbum, & ſyllaba debent eſſe appoſita, cum miſterio operandi.*

42 *Reſcriptum obſcurum ex præcedenti ſupplicatione declaratur.*

43 *Quæ in præfationibus dicuntur in reſponſionibus repetita creduntur.*

44 *Pacto id fieri poteſt, quod fit lege, aut ſtatuto.*

45 *Cauſa principalis non mutat naturam in appellatione, qui ſi eſt ſummaria ita cauſa appellationis.*

46 *Mag.Cur.Vic. quando in delictis procedit ex diſpenſatione per horas, ſi appellatur etiam Sacrum Concilium procedit per horas.*

47 *Sententia aſſiſtentiæ ſicut in prima inſtantia exequutioni mandatur, ita ſi in appellatione reuocatur exequitur.*

48 *Statutum, ſi vult quod à ſententia ſuper exequutione inſtrumenti non poſſit appellari, ita etiam appellatio non admittitur ſi reus fuit liberatus.*

49 *Incidentia, & emergentia in cauſa ſunt ſunt eiuſdem conditionis, cuius eſt cauſa principalis.*

50 *Appellatio cum non admittatur à ſententia lata in poſſeſſorio, nec admittitur ab interloq. in eo lata.*

51 *Cauſa quamuis ſit criminalis, aliquando articuli incidentes poſſunt eſſe ciuiles.*

52 *Cauſa appellationis aliquando eſt diuerſa à cauſa principali.*

53 *Aduocatus, qui fouit actorem in cauſa principali, poteſt in appellatione fouere reum.*

54 *Cauſa principalis quñ eadem ſit vel diuerſa, à cauſa appellationis, remiſſiuè.*

GLoſſa 9. Quis poſſit cauſas ſummariè, ſimpliciter, & de plano delegare? & id quidem ſolus princeps efficere poteſt,
1 inquit ſpecu.tit. de legat.§. ſupereſt, verſ. ſed numquid gloſſ. in cap.fin. de heret.in 6. Iſer.in proœ conſt. & Afflict. qui alios congerit titu. quæ ſint reg. in princip.qui in procedendo non tenetur ordinem iuris ſeruare,
2 Inno.& Abb.in cap.in cauſis de re iudi.& Bal.in l.fin.C.de leg. Nec id agere poterit legatus de latere,glo.in d.cap.fin.Bald. in l.1.ff de fer.in l. necquicquã §. de plano, ff.de offi. pro Abb. in cap.dilecti.de iudic.& plenè, Feli.in cap.1. de reſcrip. niſi ex magna cauſa,aut conſuetudine Alex & Iaſ.in l.nemo poteſt,ff. de leg.1.Ant.de But.& Imol.in cap.fin.de tranſac. Iaſ.in l. omnes populi in 1.lect.num.32.ff. de iuſt.& iur.& Ferd.Vaſq; qui alios congerit.Illu.concl.lib.1. cap.31.nu.aut ex conſuetudine
3 Guid.Pap.deciſ.194. Quamuis legatus de latere poſt principẽ in decreta ſibi prouincia omnibus maius imperium habet,qui etiam princeps dicitur, & venit illius, & Sedis Apoſtolicæ appellatione, cap. ſi Abbatem, §. fin. de electione in 6. & plenè Conſ.Maſt.qui concord. adducit de mag.lib.5.cap.6. nu.31. Quod etiam videtur poſſe Duces,

ces, Marchiones, & Barones,
4 qui habent dignitatem, & perpetuam adminiſtrationem, vt inquit Rip. in d. l. nemo poteſt, num. 17. de leg. 1. dicens in ipſis procedere, vt quæ in eorum iuriſdictione ſtatuuntur habeant vim iuris ciuilis, vt dicit gl. in l. 1. in ver. magiſtratus, ff. quod
5 quis iur. Et Ang. quoq; affirmat conſ. 170. quod ipſi poſſunt in eorum terris id agere, quod poteſt Rex, & Imp. & in Regno, & idem dicunt Gram. cõſ. ciuil. 95. Maranta diſp. 6. num. 4. & And. Gail. de pace pub. lib. 1. cap. 6. num. 10. & inquit quoq; Guid. Pap. deciſ. 354. quòd Barones reſpectu ſuorum ſubditorũ poſſunt priuilegium concedere, ſicuti Papa, & Rex Francorum, id quidem ſi omnimodam, & abſolutam habeant iuriſdictionem ex plurium ſententia concludit, Ant. Gab. recep. ſent. lib. 6. titu. de clau. conclu. 6. Iaſ. in §. ſed iſte iuſt. de actio. & nouiſſime Conſ. Maſt. de magiſtrat. part. 2. lib. 4. cap. 16. nu. 185. cum plur. ſequent. & Pet. Nũnez. de exeq. mand. par. 1. cap. 5. nu. 6. & cum de prædictorum verborum effectu aliqua dicta ſint, & multa relatiue per doctores. Vtile putaui aliqua ſimilia ſubijcere, quæ
6 ſolent in reſcriptis apponi, & earum vires enarrare, ideoque primo quæro, quid ſi princeps cauſam demãdauit, vt iudex de veritate cognoſcat, & vtiq. is poterit ommiſſis ſollemnibus ſummariè procedere ſeruata forma clement. ſæpe de verb. ſignif. ita Ant. de But. in cap. 2. de iur. calumn. Quid ſi fuerit dictũ quod
7 procedat de veritate, & iuſtitia, & intelligitur de veritate cui vis patrocinatur, Bal. in l. nemo C. de ſentent. & Deci. conſ. 233. idem ſi eſſet dictum de iuſtitia, iure, & æquitate, nam iuris ſollemnitates non videntur remiſſæ, Bal. in d. l. nemo, & in l. iuſtitia, vbi etiã Iaſ. ff de iuſt. & iur. Aret. in §. 1. inſt. eod. & Bellon. conſ. 18. & poterit in petitorio, & poſſeſſorio procedere, Afflict. deciſ. 239. ſic etiam ſi fuerit di-
8 ctum, quòd iuſtitiam faciat, vel de iuſtitia prouideat, tunc nihil noui delegatum videtur, niſi quod in procedendo ordinem iuris ſeruet, & quod iuris eſt decernat, glo. in §. exheredatos in ver. iuſte, & ibi Ang. Aret. de her. & ſal. Bal. Caſt. & Iaſ. in l. iuſtitia, ff. de iuſt. & iur. Bal. in c. cum veniſſent de teſt. Guid. Pap. dec. 410. Amo. comm 81. Bello. cõſ. 18. nu. 4. & Io. Vincen. de Anna alleg. 74. & ſing. 448. & quamuis Bal. in cap. 2. de off. deleg. &

Menoc.

Menoc. qui hoc plenè declarat, de arb. iud. lib. 1. quæſt. 52. dicant, quòd ſi principi in ſupplicatione narrantur obſtantia, & delegat cauſam de iuſtitia, videatur ea tollere, & iudex datus procedat eis non obſtantibus, vbi etiam Abb. Sicul. dicit ſe ita intrepidè tenere, id tamen diſtinguendo declarat Ioa. Vincen. de Anna alleg. 49. vt dictum Bald. in d. cap. 2. procedat, quando in ſupplicatione agitur de intereſ-
9 ſe principis, cuius reſcriptũ tunc plenius intelligitur l. fin. ff. de conſt. princip. Bart. in l. ſi quando, C. de bon. vac. lib. 10. & pulcrè Bal. in l. 4. C. de emancip. liber. immò dubium largius interpretratur contra concedentem, l. veteribus, ff. de pact. l. labeo, ff. de cont. emp. ſecus vero ſi de tertij præiudicio agatur, nam tunc non ita interpretratur, vt
10 illi præiudicet, cum princeps nõ præſumantur velle tertio præiudicare, l. 2. §. ſi quis a principe, ff. ne quid in loc. pub. l. aſſiduis, C. qui pot. in pig. nec in cuiuſq; iniuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri, inquit, imper. in l. nec auus, C. de eman. lib. & congerit alios Bello. d. conſil. 18. Proinde Iaſ. in l. cauſas, vel lites, C. de tranſ. & in l. iuſtitia, ff. de iuſt. & iure ex multis concludit.

11 Quòd ſi quis principi ſupplicat contra ſententiam, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, vt ipſam tamquam iniuſtam remittat, & princeps iudicibus delegauit, & iuſtitiam faciant, quòd non intelligitur derogare ſentẽtiæ, ſed cauſa remiſſa, vt prouideãt quod iuris, & ſequitur Viui. qui ita refert deciſum deciſ. prou. 205. quamuis princeps nẽ
12 dum poſſit reſtituere ad appellandum, aduerſus ſententiam, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam, vt dicit Innoc. in cap. ex literis, vlt. not. de reſtit. in integ. immo extraordinem procedendo vnico verbo caſſare ſententias iudicum, ritè, & rectè latas, vt dicit Ang. in l. 1. C. de ſenten. paſſ. & reſt. idq; ex plenitudine poteſtatis, & adiecta clauſula nõ obſtante tali lege, Bal. in l. 2. nu. 5. C. vt lite pen. Boer. qui hoc benè declarat deciſ. 247. nu. 12. Dom. Conſ. Rouit. in pragm. 1. nu. 23. de appell. ex quib. infert, & refert deciſum Præſ. de Fran.
13 deciſ. 700. lib. 4. quod ſi cauſa de qua pendet conſultatio eſt remiſſa per Excellentiſſ. Proreg. Sac. Conſ. quòd in ea iuſtitiam faciat, in qua pendente conſultatione non poteſt de iure procedi, quod Sac. Conſ. in ea procedere non poteſt, quia intelligatur

figitur commiſſa prout iuris,idque etiam regia declaratione prouiſum teſtatur. Conſ. Maſt. de mag.lib.5.cap.6.n.87.& di-
14 cit etiam Laur.deciſ.Auen.61. quòd ſi ſupplicatur Principi p reſtauratione inſtantiæ,& facta ſit decretatio, quòd partes audiat,& iuſtitiā faciat,quod non propterea inſtantia erit reſtaurata,refert,& ſequitur D.Conſ. Rouit.hactenus primarius cauſarum patronus,nunc Reg.Cōſil. meritiſſimus in prag. vni. de inſt.cauſ. non reſtit. & refert ēt deciſum Surd. deciſ.170. ſecus
15 tamen ſi Princeps dixerit talis reuideat, & iuſtitiam faciat,nā ex conceſſione reuiſionis, nulla eſt habenda ratio rei iudicatæ, vt concludit. Men. de arb. iud. lib.1.q.52.nu.14. Sed tamē ita delegatus quòd iuſtitiā faciat,
16 poterat cauſam cognoſcere, & diffinire,c.quoniam. Vbi Gem. de immun.eccleſ. in 6. Alex. & Iaſ.in l.à diuo Pio, in prin.ff.de re iudi. deciſ.in c.1.& in cap.ſignificaſti, de off.deleg. Affl. & Vrſil.deci.239.Minſig.qui optimè declarat cent.4.obſ.93.idq; vno ore omnes Doctores affirmare pluribus congeſtis inquit Menoch.de arbit.iudi.lib. 1.q. 37.nu. 36. Sed ſi fuerit dictum,
17 quòd procedat de bona æquitate, poterit omittere eas ſollēnitates, quæ veritatem negotii non attingunt, & proinde nihil refert,an directa actio,vel vtilis præpoſita fuerit, vel interuenit ſtipulatio,aut nudum pactum, Bal.in l.ſi pro ea,n.14.C.mand. Bar.in l.quintus,ff.mādati.Oſaſc.deci.2.plenè Menoc.de arb. iudic.lib.1.q.51.& poterit perſcriptionē reicere,Cott.in verb. perſcriptio.conſ.86. Vrſil.deci. 52.& plenè declarat Iord.Vaſque illu. contro. lib.2.c.52.nu. 20.vſq; ad finem, & forus æqui
18 tatis non differt à foro cōſcientiæ Bal.in l.1.n.3. C.de confeſ. & Rip.in l.1.C.de ędendo.Si tamen fuerint oppoſita Verba, q procedat ſecundum conſcientiā, poterit vtriq; ommiſſa omni iuris ſollemnitate attenta veri-
19 tate procedere,& ideo hæredē ad legatum in minus ſollemni teſtamento relictum cōdemnare,l.2.vbi Bal.C.de fideic. Rip. qui multa congerit, in l.nemo poteſt,nu.97.ff.de leg. 1. Forus conſcientię eſt Tribunal veritatis,& non fictionis, Bal.in l.1.n. 3.C.de confeſ.& ad ius natura-
20 le reducitur,vt quem natura obligat conſcientia ligat,Bal.in l.2.C.de pœna iudic.Cagno.in l.quod à quocūq;.ff.de reg.iur.
21 in qua non iuris ciuilis ſollēni-

H tates,

nitates,ſed ius gentium ſeruandum,& in ea hæc traditur regula,per Abb.in c.1.in fine,de reſtit.in integ.& in c.relatum, de teſtam. Quòd lex canonica,vel ciuilis requirens certam ſollẽnitatem in aliquo actu, non ha-
22 bet locum in foro conſcientiæ, ſi actus ſit ſine illa ſollemnitate,ſed valet de iuregentium,ad quod multa congerunt. Alex. Iaſ.& Ripa,in l.nemo poteſt, ff. de leg.1.pulchrè.Boer. deciſ.1. nu.19.cum ſeq.& plenè.Mant. de coniect. vlt.vol.lib.2.tit.14. per totum,& ſi is, cui ita demádatum eſt,dum aliquid agit ip-
23 ſius ſolus Deus,& nullus alius Iudex,vel cognitor eſt,glo.in c. ſtatutum, §.aſſeſſorem.in verb. relinquere,de reſcript.in 6.quã gloſ. optimè declarat Menoch. de arb.iud.lib.1.q.70.n.8.& 9. Nec ab eo poterit appellare, vt dicit glo.prædicta,& in clem.1. in ver. oneramus de iure patro. quam glo.in d.§.aſſeſſorem,dicit ſingularem Caſt.in l.de pupillo,§.ſi opus nouũ, ff.de oper. noui nunciat. & Iaſ. in l. quod quis,C.de procur.ſed quod poterit.vide Alex.conſ. 208. vol. 2.& Par. de ſind. in verb. An ſi Iudex,& in diffiniẽdo ſequi debet iusgentium. Bald. in l.1.C. qui accuſ.non poſſ.& gl.in c.iu dicet. in fine, 3.q.7.& non poteſt leges tranſgredi, quia intelligitur de coniect.legum ſaltem iuregentium munita,& nõ de ea quam ſibi pars fabricauit,Bal.in ſua diſput.incip.ſtatuto cauetur: in fine comprobat. Alex.d.conſ.208. vol. 2. refert Iaſ.in l.certum,nu.12.cum ſeq. C.vnde lib.in §. ſed iſte,n.146. inſt. de actio. & congerit alios, & declarat Mant.de coniec.vlt. volunt.lib.9.tit.8.nu.44.cum
24 ſeq. Dum tamen is cuius conſcientiæ eſt aliquid demandatum,id cum iuramẽto declarat, vt dicunt gl.Ang.Caſt.& Alex. in l.de pupillo, §. qui opus nouum, ff de oper.noui nunciat. & in l.apertiſſimi,in ver.ſeculare, C.de iudic.plenè Couar.var.reſol.lib.2.c.13.& de eius veritate Menoch.de arb. iud.lib.1.q. 58. & delegatus in aliqua cauſa, his verbis conſcientiam tuã oneramus,cum ſit electa perſonæ induſtria.Menoch.qui alios congerit de arb.iud.lib.1.q.68.
25 & ſi Principis ſit nõ poteſt ſubdelegare,Bal.in l.& in epiſtola, nu.5.C.de fideic. Abb.in c.fin. de offic.deleg.in c.cum in veteri.de elect. Alex. & Iaſ.in l.more maiorum, ff.de iuriſd.om.iudic.in l.à Iudice,C.de iudi.pulchrè. Andr. Gail. lib.1.obſ.97.

nu.

nu. 5. & 6. & plene Per. Tiunnez de exeq mand. par. 1. c. 4. n. 43. cum ſeq. vbi ponit plures caſus in quibus Iudex per ſeipſum, & non per ſubſtitutum debet aliqua agere. Imò teſtis cuius conſcientiæ eſt aliquid commiſſum
26 debet etiam dum deponit iurare, Iaſ. in d. l. optatiſſimi, vbi plura congerit, C. de iudic. Verum ſi appoſita ſint illa verba, vt procedat quomodocunq; voluerit, debet tamen iuris ordinẽ
27 ſeruare, Bar. in l. dotalem, ff. de milit. teſtam. & Bal. in l. 3. C. de dot. promiſ. Sed ſi ſint adiecta ea verba, quòd procedat nõ obſtante iuris ſollemnitate, vel q̃d non ſeruet iuris ſollemnitatem,
28 ita delegatus poterit teſtes ſine iuramento, & die feriato recipere, Bar. in l. 1. in l. neq; ff. de milit. teſtam. & Abb. in c. dilecti. de iudic. & an poſſit probationes à iure prohibitus admittere, notat in l. filiusfamilias, ff. de donat. Idem dicendum eſt, ſi dictum fuerit, quòd procedat de iure, & de facto, nam etiam
29 poterit teſtes die feriata, & ſine ſollemnitate recipere, Bal in l. ſolam, in fine, C. de teſti. & & ſine iuramento. Minſig. cent. 3 obſ 80. & Proſp. Far. de oppoſ. cent. exam. teſt. q. 74. nu. 63. & corã eo admittitur teſtimoniũ traditam in ſcriptis, Far. loco 1 q. 8. oppoſ. 35. nu. 52. Felin. qui alios caſus cõgerit, de teſtibus, num. 7. in c. de teſt. Idq; generaliter ſeruari in Regno Boem. in Duc. Auſtriæ & Baroniæ potiſſimũ nobilibus teſtatur. And. Gail. lib. 1. obſ. 101. & ſeq. Conar. qui hoc pulchrè declarat var. reſol. lib. 2. cap. 13. nu. 6. & Cõſ. Maſt. lib. 6. c. 2. n. 9. cũ ſeq.
30 Demum ſi quis ita delegatus eſt, vt in cauſa liberè procedat, & quàmuis Abb. in c. 1. de off. ordin. in c. de multa. de præb. & deci. 131. in princip. aſſerunt, q contra ius nihil agere poterit, ſed tãtum procedendi poteſtas ſine impedimento tributa eſt. Tamen ita mihi de iure dicendum videtur. Vt primo delegati perſona inſpicienda ſit, de cuius qualitate prius agendũ eſt, l. ſi quæramus. ff. de teſta. l. quidam, ver. eſſe enim debet, ff. de iure codicill. nam ſi minori puberi tamen ita eſt delegatio facta, cum quo Princeps poteſt di
31 ſpenſare, l. quidã conſulebant, ff. de re iudi. ſi ſciebat illum minorem, ita delegando videtur habilitare, & eum idoneum ad iudicandum efficere, gl. & DD. in l. ſi quando, in princ. C. de inoff. teſt. in auth. omnes peregrini. in ver. liberam, vbi etiam

Digitized by Google

Ang.C.cõmu.de ſucceſſ.& in l. ſi mutus, ff. de teſtam. Si vero
32 maiori, & extat impedimentũ feriarum ad hominum neceſſitem, quibus renunciari poteſt, l.1.ff. de fer. aut obſtat aliqua alia exceptio, puta hoſtica, vult ire ad bellum, vel eſt ſub-
33 monitus, quod eat, quæ facit differre iudicium tempore, quo eſt in bello,& per dies 15.ante, & poſtquam eſt reuerſus, vt in conſt.hoſtici exceptionem,de qua plenè per Præſ.de Franch.
34 deciſ.286.dicens etiam procedere in cauſa dotis, & etiã per Ioan. Vinc. de Anna alleg.75. & ſing. 177. & pleniſsime per Conſ.Maſt. qui alios congerit, eáq; ampliat in fideiuſsoribus, & inſolidum obligatis,ac etiam ſi ſeruiunt per ſubſtitutum, ſiue
35 ſint actores,ſiue rei,& cauſa ſit incoata,ſiue incoanda,de mag. lib.3.c.10.nu.447.cum ſeq. de qua etiam plura congerit Frec. de ſubſe.li.1.c.de off.ord.iniur. Mar.nu.16.cum ſeq. Quę etiam competit vocatis ad parlamentum generale per Excellentiſs. Proreg.eorum procuratoribus, & rerum detemptoribus,ad inſtar vacationis pro ſeruitio militari,vt inquit idem Cõſ.Maſt. Sydus fulgentiſſimum Siciliæ cod.lib. de Mag.lib.5.c.15.nu.
63. qui euntes ad parlamẽtum dicuntur Regi inſeruire, vt inquit Frec.de ſu bfeu.li.1.c.1.n.
37 5.Qua exceptione non vtitur vxor ſi virum conſequitur in caſtris,Capic.dec.76.nec prodeſt reo conuento,& ſi competat autori laudato, Io.Vinc.de Anna ſing.177. Nec contra vtentem ea exceptione, fit retorquutio, vt nõ poſſit conueniri ſuos debitores,ex tit.quo. quiſq.iuris, cum ea exceptio ſit iuris priuilegium,vt inquit idem Io.Vinc.
6 & prog. Quod iudicium ſimile eſt duello, in quo quis victoriæ palmã reportat, eo quod aduerſariũ ſuperauit, & Bar. in l. 1. nu. 2. C. de lit. cont. etiã dicit, quod poſt litis conteſtationem, quis dicitur eſſe in prælio, ſic quoq; Iſer. de forma fide. num. 4. etiam teſtatur, quod iudicium prælia habet, & qui contra aliquẽ agit dicitur ipſum agredi, l. 1. §. ſi inter. & ibi Bal. ff. de mag conuet & inter actorem & reum ciuile bellum induci, aſſerit And. Gail. lib. 1. cam. imper. obſ. 73. nu. 4. & plura ſimilia inter iudicium & duellum congerit Proſp. Far.
7 conſ. 9. circa princip. Sic militia dicitur terreſtris, celeſtis, & legalis. glo. in l. pen. ff. de militari teſta. & ab armato milite ad celeſtem, arguit Summ. Põtif. in c. degradatio, de pęn. in 6. & Grat. in c. militare, vbi glo. 23. q. 1. & etiam gl. in l. milites, C. locat. & probatur in l. ſacroſanctæ, & in in auth. ſeq. C. de epiſc & cleric.
8 Quo nil dignius, ſi probè exercetur, gloſ. in l. 1. in princip ff. ſi menſ. fall. mod. dixer. & Luc de Pen. in l. 1. C. de aduo. ſucr. lib. 12 & inquit variar. Caſſ. lib. 1. epiſt. 12. Quid enim aduocationis officio ſi per eum impendatur, ornatius? qui peregrinum negotium ad ſuas moleſtias tra hit, vt laboribus ſubueniat alie-

nis.

nis. Eiſq; vtile & fructuoſum; cū iuſtum patrocinium licitè vendunt, c.non licet 11.q.1.c.non
9 ſane, 14.q.5.in maioribus potiſſimum Ciuitatibus, in quibus nedum ditiſſimi efficiuntur, ſed ad ſupremos honores, & dignitates perueniunt. Caueāt tamē in eo munere abutātur, & quod inuentum eſt ad ſalutem, & hominum conſeruationem, ad bonorum peſtem, & perniciem cōuertant, vt inquit his verbis, lo-
10 quendo de Oratore Cicer. off. lib.2. nam ſi quoad mundum eſt laudabile, & lucroſum, animæ tamen ſolet eſſe damnoſum, vt dicit Alb.in procem. C. & qui deceptatorijs vtūtur cautelis, quāuis videantur quoad mundum magnum honorem adipiſci, ædificant ad gehennam, vt inquit cart.in l.ſi per errorem ff de iuriſd.omn.iud. & in l.ædita, C.de
11 ædendo. Quos parum conſētiatiatos vocat, Bal.in l.ab Anaſtaſio, C.mand.& ait gl.in l. fin. C. eod. qui circa lites verſātur, om-
12 nia mala nouerunt, & impij aduocati ſæpe mortis tēpore amittunt loquelam, vt teſtari non poſſint, glo.in §.item Surdus, inſtit.qui.non eſt per.fac.teſta. & Bal.in l.ita vulneratus, ff ad leg. Aquil.inuehit contra quemdam
13 aduocatum inique conſulentē, dicens, quod pro eius malo cōſilio mereretur laqueo ſuſpendi, & Galeatius Dux Mediol. vt refert Iuſt.Lipſ.in monit. & exēp. polit.lib.2. cap.10. cum cogno-
14 uiſſet quendam aduocatū, qui lites ſerere, & ſatas producere, & alere etiam iure aperto non poſſet, dum hoc eſſet expertus, ſimulans in cauſa propria patrocinium quærere, ipſum puplice laqueo ſuſpendi iuſſit, ius autem ciuile calumniari nō debet, nec eius verba captari, l.penul ff. ad exhib. & dicit Cicer. in orat. pro Milo: licet præclare multa ſint legibus conſtituta, ea tamen Iuriſconſ. ingenijs cor
15 rumpi, & deprauari. Quos congruenti nomine canes curiarum appellat, Bart.in l.omnes populi, q.5 ff.de iuſt. & iur. & latrones, Viui.deciſ. Prou.123.nu.3. & inquit, Sene.de ira. lib.2. c 7. in fine. Inter iſtos quos togatos vides, nulla pax eſt, alter in alterius exitium leui compendio ducitur nulli niſi ex alterius damno quæſtus eſt. De quibus ita etiā ſcrib. Ambia. Mar.rer.geſt. lib.30.pag 5. Florebant, inquit,
16 elegantiæ priſcæ patrocinijs tribunalia, cum oratores conditæ facundię, attentis ſtudijs doctrinarum, ingenio, fide, copijs, ornamentiſq; dicendi pluribus eminebant,

Digitized by Google

nebāt,& paulo poſt; At nunc videre eſt, per eos omnes tractus violenta, & rapaciſſima hominū genera,per fora omnia volitantium,& ſubſidentium diuitum domos, vt ſpartanos canes, aut cretas, veſtigia ſagacius colligē
17 do, ad illa ipſa cubilia peruenire cauſarum,& ſæpius bonorum ſubeunt iacturam, dum pro alio patrocinium præſtant. Ita vt ex teſtamento agere nequeant,cuius accuſatori aduocatus extitit l.poſt legatum,§.ſunt qui, ff de his quib. vt indig. & qui ſuffragio fouit teſtamēto, ab eius accuſatione repellitur, l.fina.ff.de
18 inoffic.teſtam. vbi dicit Bal.aduocati officium periculoſum, cū tex.ad multa expēdens,& Aret. in §.ſi tutor,inſt eod.& id generaliter procedere dicunt Bar.& Aret.in l.inter officium,ff. de rei vend. Vt quicquid operatur cōſenſus, id etiam patrocinium efficiat, cæterum ſi voluntas non ſufficiat,& ita procedit tex.in d. l.inter officium, Niſi aduocatus
19 ex officij neceſſitate id agat,vt ſi tutor,aut fiſci patronus eſſet,l. aduerſus,§.tutores,l.filius, ff.de inoff.teſtam. l.cum quædam mulier,vbi glo.allegat concord.C. de admin.tut. Hi ſunt,qui mundi honorem proſequētes,deſpiciūt celeſtia,quos arguit, Euāg. dicens, Dilatant autem filacte-
20 ria ſua,& magnificant fimbrias, amant primos recubitus in cænis, & primas catedras in ſinagogis, & ab hominibus vocari Rabbi. Aduerſus quos exclamat Beat.Bernard.de conſ.lib.j. quem refert, Rip.de Peſte, c.5. nu.218.& Viui.deciſ. Pro. 123.
21 nu.15. dicens. Miror quemadmodum aures Diuinæ audire poſsūt huiuſmodi diſputationes aduocatorum,& pugnas verborum, corrige Deus paruum morem,præcide linguas ſuas loqui mēdacium,diſcreti aduerſus iuſtitiam,eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt, vt faciant malum eloquentes ſunt, vt impugnent verum.Ob quod vt recte inquit Luc.de Pen.in l.1. C.de luc.aduo.lib.12.Aduocati plus ad ſū-
22 merſionem veritatis, quam ad indaginem iuſtitię exerceantur. Idq; potiſſimum eloquentia, fucatis verbis, & venuſtate verborum,de quibus ita inquit Petrus Greg.Toloſ. de Repub. lib. 17.cap.2.nu.13. Sed & in cauſis perorandis, quid magis officere Reipub: aut reprehenſibile videatur ipſis aduocatis diſertis,qui mutant quadrata rotundis qui Iudici ita fucant veritatem, vt videantur inſidiari, & Cicero quoq; lib:4:de Repub:ait

vt

Digitized by Google

vt ref. rt Fran. Patri. de rep. lib. 3. tit. 6. Nihil enim in Reip. tam incorruptum eſſe debet, quàm iudicium, quod quidem ſæpius largitate, quàm pecunia corrũ-
23 pitur. Vnde eleganter ſe non intelligere Cicero dicebat, cur qui ſententiam corrumpit, pena dignus eſt, qui vero eloquentia laudem ferat, mihi quidem inquit, hoc plus mali facere videtur, qui oratione, quàm qui pretio iudicem concipit, quia pecunia prudẽtem nemo poteſt, dicendo autem poteſt. Proinde apud Areopag. teſte Budeo: in annot. ad l. fina. ff. de ſenat. lege cautum erat, vt qui cauſas dice-
24 rent procemio non vterẽtur, ne ad commiſerationem, & inuidiam adducerent, quippe per præconem prohibebantur oratores, ne cui plus miſericordiæ, quàm in cauſa ſpei eſſet, Ob ꝙ D. Sancius Arag. Rex exulati à
25 Regno ſuo iuſſit quemdam diſertiſſimum aduocatum tãquam Republica pniciosũ, vt refert Bouadil. in ſua polit. lib. 3. c. 14. nu. 64. quod à Iac. Rege Arag. actum inquit Iuſt. Lipſ. in monit. & exemp. polit. lib. 2. c. 10. qui ſemerum radã inſignem, & primarium ea ætate iuriſconſultũ, ſui Regni finibus circit. Sophy-
26 ſtas. Ideſt fallaces, & cauilloſas, cum ſophyſticum idem ſit ꝙ cauilloſum, Bal. in l. manumiſſiones, nu. 3. ff. de iuſt. & iure cuius hæc eſt natura, vt ab auidenter terris per bruiſſimas mutationes ad ea quę falſa ſunt inducamur, l. ea eſt natura, ff. de reg. iur. l. natura cauillationis, ff. de verb. ſignif. gloſ. in l. 1. ff. de reg. caton. Bal. in d. l. manumiſſiones, facit tex. in l. pen. ff. ad exhib. in l. diuortio, in princip. in ratione ſui, ff. ſolut. matrim. pulchra Cicer. officio. lib. 1. & Petr. Grego. Toloſ. de repub. lib. 17. cap. 3. num. 10. cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Verſutus homo dicitur qui deceptionibus intendit.*
2 *Aduocati cauilloſi qui iniuſtas fouent cauſas tenentur in foro animæ.*
3 *Plat. locus pulcherrimus aduerſus cauilloſos, & calumnioſos aduocatos.*
4 *Aduocati debent dicere clientibus, vt dicant veritatem ne perdant animam.*
5 *Aduocati proſequentes cauſam ſi vident iniuſtam debent ipſam deſerere.*
6 *Prag mandat aduocatis eos debere iurare, non aſſumere cauſam iniuſtam.*
7 *Aduocatus deſerens cauſam iniuſtam conſequitur integrum ſalarium.*
8 *Vaſſallus non tenetur iuuare dominum iniuſtum prælíantem.*
9 *Promittens cum iuramento non reuelare ſecreta poterit inlicita, & turpia pandere.*
10 *Aduocati non lucro ſed iuſtitiæ debent intendere.*
11 *Demoſtenes, vt contra Mileſios legatos nõ oraret finxit pati morbum gutturis.*

Digitized by Google

12 *D moſtenes fuit præuaricatione accuſatus, & in quinquaginta talentis damnatus.*

13 *Aduocati qui plena fide clientes non defendunt, perfidi dicuntur.*

14 *Aduocati fouentes iuſtam cauſam, poterunt vti cauillationibus.*

15 *Dolus an virtus quis in hoſte requirat.*

16 *Dolum non committit qui fraudem excludit.*

17 *Vulpinandum eſt cum vulpibus, & fallaciam trucidat.*

18 *Cautela vti poſſumus, vt noſtra voluntas ſortiatur effectum.*

19 *Cautela qua poteſt vti venditor rei ſtabilis, ad excludendum vicinum à iure congrui.*

20 *Mercatores inlicitum vectigal licite fraudare poſſunt.*

21 *A primordio mundi poſterior formatur euentus.*

22 *Aduocatus pro cauſa etiam iuſta non debet periurium committere.*

23 *Falſitas etiam ex humilitate dicenda non eſt.*

24 *Verbum idem relatum ad diuerſas perſonas, diuerſam habet ſignificationes.*

25 *Altitudo relata ad ædificia, dicitur ſupremitas, ad aquas dicitur profunditas.*

26 *Bonus dolus quis ſit, & quid malus.*

27 *Sertorius peritus Dux exercitus ſemper aliquid ſimulabat, vt milites audaciores efficeret.*

28 *Papirij prætextati pueri pulchrum mendacium ad matrem, nec arcam Senatus panderet.*

29 *Venenum bonum quid ſit & quid malum.*

30 *Verba ratione materiæ mutant propriam naturam.*

31 *Dictio vna exponitur pro alia ratione ſubiectæ materiæ.*

1 GLoſa 3. Aduocatorum verſutias.
1 ſcilicet deceptiones, inde verſutus homo qui deceptionibus intendit, glo. in l. ita nobis, in fine, C. de adult. & Bal. in l. nullum, C. de teſtib. qui autem diſperatas ſuſcipiunt cauſas, non ipſarum Iuſtitia confiſi, ſed dilationibus, & cauillationibus, ſæpè cogunt aduerſarios laboribus, & expenſarum tædio fatigatos, ad iuſtam deſerendam cauſam, vel ad concordandam, in magnam ipſorum iacturam, & iuſtitiæ detrimentum. Nam tenetur
2 rationem reddere apud Tribunal altiſſimi, Specu. tit. de except. & replicat, §. viſo, num. 50. cum ſeq. & Cag. in l. ea eſt natura, ff. de reg. iur. Aduerſus quod his verbis loquitur Plato, de opt. Ciue. lib. 3. quia ex equo, &
3 bono plerumq; iudicare in ciuitatibus neceſſe eſt, compeſcenda erit audacia cauſidicorum, qui iudicijs cauillationes interponunt, quo diutius lucri gratia cauſæ ipſe protrahuntur, tanta enim illorum eſt audacia, vt cauſas iniquas ſuſcipiant, eaſq; magis acclamationibus defendunt, quo enim quiſq; maximè clamat, ſapientior in cauſa putatur, Qui cõcinatores dicũtur, vt declarat Alex. ab Ales. Dier. Genial. lib. 4. cap. 15. de quibus loquitur Vulp. in l. nec quicque

§. 1.

Digitized by Google

§.1.ver.circa aduocatos,ff.de offic.proc.Et aduocati nedum non debent cauſas iniuſtas ſuſcipere,l.rem non nouam, C.de
4 iudi. Imò nec dicere clientibus, ſi dicis hoc perdis cauſam, ſed dicere debent, ſi dicis mendacium, amittis animam, vt dicit gl.in c.1.in glo.magna.de conf. in 6.Quę ſi in principio apparebit iuſta, & in proſequutione iniuſta, debent illam deſerere,
5 vel clientem ad ſe damnum inducere,d.l.rem non nouã, alias peccãt, & ad damni extimationem tenentur,ita S.Tho.2.2.q. 71.art.30.& Fab.Quint.lib.12. cap. 7. ita etiam loquitur, Neque vero pudor obſtet, quominus inſcriptam cum melior videretur litem, cognita inter diſceptrandum iniquitate dimittat, cum prius litigatori dixerit verum, nam & in hoc maximũ ſi equi Iudices ſumus beneficiũ eſt,vt non fallamus vana ſpe litigantiũ,neq; enim dignus opera patroni eſt, qui non vtitur cõſilio,eaq;aduocatos ſeruare debere, ac proprio iuramento ta-
6 ctis ſacroſanct. Euang. promittere,mandat.Prag.21.incip.Tenor conſtitutionis, de offic.Sac. Conc. Et aduocatus ſi bonam fide ſuſcepit, credẽs dictis clientis,vel erat in veritate iuſta,ſed ſed cliens contra ſe aliquid confeſſus eſt, vel aliter ex noua cauſa in proſequutione appareat iniuſta ſi eam deſerit,tamẽ promiſſum conſequetur ſalarium*,
7 Spec.tit.de ſal. aduo.ver.ſequitur,nu.23.Immo ſi iurauit Eccleſiam defendere,& cauſa eſt notoriè iniuſta,non debet eam aſſumere,nec eſt periurus,Hoſt.& Abb.in c.breui, de iureiur.ple-
8 nè Menoc.qui alios congerit de arb. iudi. lib.2.cent.5.caſ.494. nu.13.Sic etiam vaxallus non tenetur iuuare dominum iniuſtè prælianterm,glo.& DD.quibus mod.feu.amit.in princ.Bar. & Bald.in l.ſi quis in graui. §.ſi maritus,ff.ad Sylleia. gl.in cap. de forma. 22.q.5. Rip.de poſt. cap.5.nu.250.cum ſeq.Miſing. cẽt.2.obſer.19. & optimè And. Gail.aſſerens ita * communiter tenere Doct. de pace pub.lib.1. cap.4.nu.10.cum ſeq.Ita quoq;
9 promittens cum iuramento nõ reuelare ſecreta, poterit ſine metu periurij inlicita,& turpia pandere, glo.in c.ego enim,in verb.nonnulli, vbi Felyn.plura congruit, de iure iur.quam glo. vti ſingularem cõmendat Rom. ſing.506. Idq; tantum non omnibus, ſed ei cui obeſſe, & prodeſſe poteſt,gloſ.in cap.nerui.in verb. Tranſgreſſionis,13.diſtin.

O 2 cap.

cap. Tol.& optima addit. deciſ.
240.& declarat Menoch. de arbit.
iudic. lib. 2. cent. 6. caſ. 537.
nu. 27. cum ſeq. Ioan. Gut. cano.
quæſt. lib. 1. cap. 11. nu. 48. cum
10 ſeq.& Io. Vinc. de Anna alleg.
132. nu. 14.& 15. Aduocati au-
tem iuſtitiæ, & non lucro debēt
intendere, c. infames, §. apud vr-
bem, 3. q. 7. qui aliquando pro-
pria ſectantes commoda multa
pro defenſione proprie cauſæ
fingunt, tacitam ineuntes cum
aduerſario ſocietatem,& narrat
And. Gelli. lib. 11. nou. attic. c. 9.
Quod dum legati Mileti Romā
veniſſent auxilium petituri, con
tra eos loquutus eſt Demoſte-
nes,& nil obtinentes clam ad eū
11 acceſſerunt, dantes pecuniam
ne contra eos loqueretur, & dū
cauſa ageretur, venit Demoſt.
habens in collo lanam, tāquā
morbo impeditus dicens Sina-
chen pati, hoc eſt morbum gut-
turis,& ita loqui non poſſe, ta-
citam cum is habens ſocietatē,
ſed quidam de populo eſclama-
uit, ipſum non ſinachen pati, ſed
agonoſchen, quod non eſt mor-
bum gutturis, ſed argenti, vt in-
quit Epiſc. Sipont. in comment.
epigra. 6. epigra.& refert etiam
Menoc. de arb. iud lib. 2. cent. 4.
caſ. 323. n. 6. vbi poſt alios quos
allegat teſtator, eundē Demoſt.
12 hoc preuaricationis crimine nō
tatum à populo in carcerem du-
ci iuſſum, & in quinquaginta ta
lentis damnatum, quod etiam
refert Proſp. Far. de inq. q. 4. nu.
15. quo etiam crimine fuit ac-
cuſatus Oldradus Doctor anti-
quus, qui ob id animi dolore pe-
tijt, vt dicit Paul. de Caſt. in l. 1.
13 C. de aduo. diuer. iudic. Quos
perfidos aduocatos, qui plena
fide clientes non defendunt, vo
cat gl. in c. inreligioſum, 87. di-
14 ſtin. Sed qui iuſtas tuentur cau
ſas poſſunt verſutijs, & cauilla-
tionibus aduerſarium ſuperare,
nec fraudem faciunt, ſed eam re
pellunt, glo. in c. pen. 23. q. 2. in
c. cupientes, in ver. maligantiū,
de elect. in 6. Innoc. in c. olim, el
primo de reſt. ſpoliat. Alex. in l.
qui totam, ff. ad Trebell. Iaſ. in
l. vlt. §. pen. ff. de eo per quo. fac.
eſt,& in §. in bonæfidei, nu. 8. in-
ſtit. de actio. & ita tenetur DD.
* communiter Theologos, dicit
Ant. de Butr. in c. per tuas, qui
15 ſint legit.& dicitur in c. penult.
23. q. 2. quod nihil ad iuſtitiam
intereſt, dum iuſtum bellū eſt,
aperte, an ex inſidijs pugnet, fa-
cit tex. in l. nihil intereſt, ff. de
cap.& poſtlim. reuer. & tex. in l.
cum pater, §. Titio, ff. de leg. 2.
16 ibi nec videtur fraudem feciſſe,
cum fraudem excluſerit, & in l.
ſi pu-

Digitized by Google

ſi pupillus;in princip.ff. de acq.
hæredit.ibi etiam.Nec videtur
voluiſſe fraudare ædictum, qui
ſibi proſpexit , ne omnibus pa-
tris pupilli hæreditas ſubijcere-
tur, & tex.in l.4.§.ab ignito,ff.
de manumiſſ. & in l. atqui na-
tura § cum me abſente, ff.de
neg.geſt.in l.Papinianus,§ quā
ta,ver.cum igitur, cum gl.ff.de
inoff.teſta. & in l.ſed & partus,
§.1.ff.quod met.cauſ. & inquit
And.Gail.de arreſt.imper.cap.
11.in fine,quod cautelis ſine
captionibus ad mala auertēda,
17 non autem facienda vtendum
eſt.Et cum Vulpibus vulpinan-
dum,& fallacia fallaciam truci-
dat,& Tranche. de Corneto in
ſua comp.vlt.rub. admonet ad
uocatos,vt in ſuis clientibus de
bitis cautelis precaueant,vbi in
principio d.rub.& in q.vlt.enar
rat aliquas cautelas, quæ fue-
runt innocentium præſidia . Et
18 proinde licet vti cautela,vt no
ſtra iuſta voluntas debitum iu-
ris ſortiatur effectum, l. ſi vſuſ-
fructus,ff.de iur.dot.§.pen.inſt.
de adopt.Proinde infert.Petra-
ſanc.ſing.26.&Cap.deciſ.38.ꝙ
licet vti cautelis ad proprium
commodum.Ita vt ad euitandū
ius congrui,quod vicino poſſet
competere,ex Reg.Conſt.pote
rit venditor ſi vult fundum ven
19 dere,retinere aliquam partem,
quæ cohæret vicino , vnus vel
duorum paſſuum latitudinis, &
reliquum vēdere, & ita vicinum
à iure congrui eſcludere, quod
refert,& plura ad hoc congerit
Menoch.de præſump.lib.6.præ
ſump.29.nu.17. Et mercatores
20 inlicitum vectical licite frauda
re poſſunt,Bar.in l.vectigalia,
ff.de pub.& vect.Bal.in l.vni.in
princ.C.de cad.toll.in l.pen.in
fine,ff.de naut.feno.gloſ.not.in
l.1.in ver.ſeruāt, ff.de dol.mal.
& plene Proſp.Far. qui de * cō-
muni teſtatur , & declarat qui-
bus modis gabella dicatur illi-
cita de furt.par.1.q. 172.nu.6.
& 7.cum ſeq.& cum iuſte cau-
ſæ tutelam ſuſcipiunt,quicquid
in ea agunt licitum extimatur,
arg.l.qua actione.§. ſiquis in
colluctatione, ff. ad leg.Aquil.
21 & à primordio tituli poſterior
formatur euentus, l. 1.C.de im-
po.luc.deſcr.lib. 10.& facit tex.
in l.cum filius , §.cum hæres,ff.
de leg.2.Dicit tamen. S.Tho.2
2.q.71. art.30. quod ita aduo-
cato licet pro auxilio iuſtæ cau
ſæ aduerſarium ſuperare,ſi ali-
qua occultet,quæ impediūt cur
ſum ipſius, vel alia agat præter
22 periurium,vt etiam dicit Bald.
optime in rub. C,de fide inſt.n.
30.& Cag.in l.ea eſt natura,ff.
de

Digitized by Google

de reg.iur.aſſerẽtes quod quã-uis liceat aduocato cauſam iuſtam etiam cauillationibus adiuuare,id tamen fieri debet,dũ abſit falſitas, quæ etiam nec ex humilitate dicenda eſt,c.humilitatis,22.q.2.& ita Alex.in d.l.
23 qui totam,& Affl.in conſt.Aduocatos,nu.5.Couar.uar.reſol. lib.1.cap.2 & Io. Gutt.pract.q. lib.1.q.60.Et dum verſutiæ iuſtam reſpiciunt cauſam,ille permittuntur, cum vero iniuſtam reprobantur, ſicuti idem verbũ
24 ad perſonas diuerſi generis relatum diuerſam habet ſignificationem, glo.in l.2.ff.de inoff teſtam.in l.2.ff. de offic.procõſ.in l.fin.C.de ſer.fugit.in §.fin inſt. de leg.fal.in l.1.C.de pen.iudi. in l.1.C.de neg.geſt.& in Aut. vt null.Fab.orat.in ver.ipſe,Io. Fab.in proœ.inſt.in fine,&Ripa in l.furioſo,ff.de re iudi.& dicit Bal.in l.1.nu.9.C.de ſeru.fugit quod ſæpè vnum, & idem verbum habet diuerſa nomina in diuerſis perſonis,& probat tex. in l.poteſtatis verbum,ff.de ver. ſignif.& inquit etiam Bal.ex eo tex.in l.fluminum,§.fina.ff.de
25 damno infec.Quod altitudo relata ad ędificia,dicitur ſupremitas, & relata ad aquas dicitur profunditas, ſic ẽt poteſt quis eſſe minor, & maior altero diuerſo reſpectu, c.fin.95.diſt: & gl.in ſumma eiuſdem,in c.quæritur,12.q.7.Frecc.de ſuff.lib. 1 cap.12.nu.12.& D.Cõſ.Rouit. in prag.1.nu.13.ſeq.de tit.abuſu,& pena impoſita liberto vocãti patronum in ius ſine venia ex parte patroni eſt fauorabilis ex parte liberti odioſa.gloſa in l.2.C.de in ius voc.eamq; dicitur * cõmuniter appbatã,Præſ. de Frãc.deci.405.circa fin. Sic etiã idẽ verbũ ad diuerſa relatũ ꝑpriè,& imꝓpriè exponitur glo.in l.1.ff.de ſer.ruſt.præd.& in c.capitulum S.Crucis,de re-
26 ſcrip.Inde bonũ dolũ dicimus, ꝙ aduerſus hoſtes ꝓ pſonæ uel bonorũ defenſione paramus,cæterũ ſi alterius decipiẽdi cauſa, cũ malũ dicitur, l.1.§.nõ fuit,vbi glo.& §. dolũ,ff.de dol. mal. ſic etiã bonũ mẽdaciũ dicimus, ꝙ iuuat mentiẽtes, & nõ lædit audiẽtes,iuxta illud dictũ Charic.apud Stob.de quo intelligit Herod.lib. 3.dicens,cum expedit mendacium dici dicatur, & inquit Aul.Gelli. not.att.l.15.
27 cap.22. Quod Sertorius peritus, & egregius Dux exercitus, in temporibus difficillimis mentiebatur ad milites, vt ipſorum animos audaciores efficeret,literas compoſitas prò veris le-
28 gendo,& ſomnia ſimulãdo, ſic etiam

Digitized by Google

etiã Papirius prætextatus puer cum eſſet à patre in Senatu ductus, ibiq; quædam arcana intellexiſſet, domum reuerſus, & à matre interrogatus, quid nam in Senatu egiſſent patres, ad qđ cum ipſum valde vrgeret, lepidi & feſtiui mendacij conſilium cæpit, & actum in Senatu dixit, quod vtilius in Repub. videretur, an vt vnus duas vxores haberet, vel vt vna apud duos nupta eſſet, vt ait idem Gelli. eod. lib. 1. notti. Atti. cap. 23. & refert, e noſtris fol. de cẽſi. in ver. Nicolaus Epiſ. nu 116. Theſau. deciſ. 1. & Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. cent. 5. caſ. 420. nu. 61. ſic bonum dolum inquit glo. in l. 2. C. de commer. & merc. dum ſubtili ingenio aurum à Barbaris aufertur, quod autem ſit vtile, & bonum mẽdacium, & quot ſint mendacij ſpecies, declarat optimè Iuſt. Lipſ. in monit. & exemp. polit. lib. 4. c. 4. ad quod etiam vidde Affl. in conſtitut. in
29 quæſtionib. nu. 7. Ita quoq; venenũ malum, quod nocendi cauſa paratum eſt, quod autem nõ ad nocendũ, ſed ad ſalutem bonum exiſtimamus, l. qui venenũ, ff. de vera. ſigni. l. eiuſdem legis, ff. de Sicar. l. cætera, §. mala, ff. famil. herciſ. hæc autem venena alijs mixta materijs adeo nocẽdi naturam deponunt, vt ex his antidota, & alia quædam ſalubria medicamenta conficiuntur vt inquit Iuriſconſ. in l. quod ſępe, §. 1. ff. de contrah. emptio. ſic
30 ratione materiæ verbum mutat propriam naturam, l. ſi inſulam, ff. de per. verb. l. ſi vno, ff. locat. l. ſi ſtipulatus, in princ. ff. de verb. oblig. gl. in l. 1. ff. de iur. pat. Bar. in l. cotẽ ferro, §. qui maximos, ff. de pub. & vect. & plura congerit, deci. conſ. 164. 1. vol. & quãplurima Ioan. Lop. in rub. de donat. §. 7. per totũ, & Andr. Gail. lib. 2. Cam. Imper. obſer. 63. nu.
31 Sicuti ob eam cauſam vna dictio exponitur pro altera, glo. in l. penul. ff. de mort. infer. in l. eas cauſas, ff. de condi. & demonſtr. quam glo. in d. l. eas cauſas, dicit * communiter approbatam, Rip. in l. re coniuncti, num. 50. ff. de leg. 3. Ita quoq; in materia præcepti. Verba rogatiua ſtant præceptiuè, gloſ. in c. vni. §. porro, de ſtat. reg. in 6. in c. ad aures, de ætat. & qualit. in clem. 1. in rubr. exhortamur, de teſtam. & in c. rogo, 11. q. 3. Atq; etiam ratione adiuncti, l. ſi mandato Titij, §. fina. ff. mand. l. ſancimus, C. de verb. ſignif.

SVMMARIVM.

1 *Veritas triplex eſt, alia iuſtitiæ, alia diſciplinæ, alia bonæ vitæ.*

2 Veri;

Digitized by Google

2 *Veritas iuſtitiæ eſt ipſa iuſtitia, quæ eſt conſtans, & perpetua voluntas, &c.*

3 *Veritas exagitata magis ſplendeſcit in lucem.*

4 *Veritas eſt ſicut aromata, quæ quanto magis redolent.*

5 *Veritatem omnia tremunt, & res magna, & fortior præ cæteris.*

6 *Veritas eſt res firmiſſima, & incomputabilis præpoſitio in re in qua ineſt.*

7 *Melius eſt pro veritate habere ſuppliciũ, quam pro adulatione beneficium.*

8 *Matres bonæ tres generant peſſimos filios, veritas odium familiaritas contemptũ, & pax otium.*

9 *Veritatis ſectatores Deo, & hominibus placent.*

10 *Veritatem negantes vel celantes cupidine lucri aut timore, iram Dei in ipſos prouocant.*

11 *Conſiliarij muneribus excæcati, dicunt malum bonum, & bonum malum.*

12 *Conſiliarij pauci in conſulendo quid ſentiunt, & multi quid cupiunt loquuntur.*

13 *Conſiliarij plures fuerũt diuinitus, à principibus puniti propter mala conſilia.*

14 *Principes omnia quæ gerunt eorum miniſtris imputantur.*

15 *Principes debent amare veritatem, & abbominari conſiliarios qui eam omittunt, qui deceptatores dicuntur.*

16 *Tutor qui pupillum ſpoliat, tutor non eſt, ſed prædo.*

17 *Princeps vt bene poſſit regnare multos debet honorare, & paucis credere.*

18 *Adulator amicus non eſt, ſed ſuum quærit commodum.*

19 *Regna ſæpius ab adulatoribus, quam ab hoſtibus euertuntur.*

20 *Melius eſt in coruos quàm in adulatores incidere, nam corui mortuos adulatores viuos deuorant.*

21 *Principes hoc ſolo priuantur, quia non eſt qui eis veritatem dicant.*

22 *Ludouici XI. Regis Galliæ notabile dictum de veritate.*

23 *Veritas iuſtitiæ omittitur, vbi multorum ſtrages imminet.*

24 *Excommunicationis ſententia contra vniuerſitatẽ regulariter non profertur.*

25 *Excommunicari poteſt conſilium vniuerſitatis.*

26 *Excommunicationis ſententia quãdo poſſit contra Vniuerſitatem proferri.*

27 *Caporales, & Capitanei factionem præ cæteris delinquentibus grauiſſima ſunt pœna afficiendi, & ſententia exequitur contra eos non obſtante appellatione.*

28 *Rebellium memoria damnanda ædificia ſolo æquanda, & inſignia tollenda, & delenda ſunt.*

29 *Rebellium inſignia priuato delere aut tollere non licet, & delendo punitur pœna arbitraria.*

30 *Condemnatum ad ſupplicium ducentes ſi occidunt timentes in itinere eripi, puniuntur capitaliter.*

31 *Arma & inſignia alicuius delens à cappellis punitur pœna arbitraria.*

32 *Occultans probationes alicuius tenetur pœna falſi.*

33 *Arma Principis delens, vel frangens, punitur tamquam rebellis.*

34 *Caporales factionum tenetur nedum de eo quod ipſi faciunt, ſed alij conuocati.*

35 *Caporales & principales factionum ſunt qui faciunt vel fieri faciunt.*

36 *Indulgentia generalis bannitorum, non comprehendit Caporales, niſi expreſſe nominentur.*

37 *Ciuitas ob delictum læſæ Maieſtatis diuinæ vel humanæ priuatur omnibus priuilegijs, & prærogatiuis, & mœnia ſolo æquantur.*

38 *Imp. Henricus damnauit Ciuitatem Brixiæ rebellem, vt ſubijceretur anno, & deinde propter miſericordiam pœnam remiſit.*

39 *Ciuitas propter homicidium Epiſcopi conſecrati, priuatur dignitate Epiſcopatus.*

40 *Officialis non gaudet auctoritate officij, niſi capta poſſeſſione ipſius.*

41 *Prag. denegans indultum bannitis, qui offenderunt officiales, intelligitur de his qui cœperunt poſſeſſionem officij.*

42 *Officij ſine adminiſtratione dignitas, à die*

Digitized by Google

die collationis ſine poſſeſſione acquiritur.

43 *Ciuitatis muri ob delictum deſtructi, perpetuo debent remanere deſtructi.*

44 *Ciuitas ob delictum deſtructa ſi redificatur, non recuperat priora iura ſecus ſi de facto.*

45 *Ciuitas de facto deſtructa ſi eſt ſpes redificationis retinet priora iura.*

46 *Eccleſia deſtructa auctoritate ſuperioris, amittit priuilegia, ſecus ſi terremotu, aut vi hoſtium.*

47 *Rex de facto à Regno expulſus propter ſpem poteſt vocari Rex, & retinet regiam dignitatem.*

48 *Regnum Hieruſalem cum per hoſtes poſſideatur, quare Rex noſter inuictiſſimus vocatur Rex Hieruſalem.*

49 *Ciuitates duæ ſi habent communionem iuris paſcendi, ſi altera efficitur inhabitata communio ſoluitur.*

50 *Cõmunitas diſſoluta inhabitatione vnius, ea rehabitata communio reintegratur.*

51 *Priuilegium perſonale propter æqualitatem ad alterum extenditur.*

52 *Legis diſpoſitio reſtringitur ſecundum rationem præcedentem.*

53 *Veritas maximè in occultis diligenter eſt inquirenda.*

54 *Iudicis cuiuſdam diligentia ad detegendum furem.*

55 *Simulatio licita eſt ob bonum publicum, & veritatem inueniendam.*

56 *Caroli Primi Regis prudens ſimulatio, vt homicidam cognoſceret.*

57 *Imp. Conſtant. notabile exemplum, vt bonos à malis probaret.*

58 *Iudex poteſt reo impunitatem promittere, vt delictum confiteatur.*

59 *Alexander Papa Sextus cuidam Epiſcopo Simoniaco impunitatem promiſit, vt verũ diceret, quod poſtea non ſeruauit.*

60 *Iudex an teneatur reo promiſſam impunitatem ſeruare.*

61 *Iudex põt teſtes ſuſpectus de falſo ſubtiliter interrogare, & capere in ſermone:*

62 *Subtilitas ingenioſa, & fructuoſa, eſt amplectanda.*

63 *Subtilitas vana, & captioſa eſt repellenda.*

64 *Subtilitate nimia res ſubuerti non debet.*

65 *Veritas ex tempore detegitur, & ideo dicitur filia temporis.*

66 *Romani qua ratione Saturno capite aperto & Herculi aperto, ſacra faciebant.*

67 *Tempus pro veritate habetur.*

68 *Tempus eſt omnium rerum prudentiſſimum.*

69 *Iſaiæ Profetæ locus aduerſus Iudices in iudicando veritatem non ſeruantes.*

GLoſa 4. Veritas iuſtitię lateat, & cet. De hac veritate plura dicũt Carau. in hoc cap. inter Rit. M. C. & Moderni Grauin. in precedẽti Pragm. 1. de ordin. iudit. quæ
1 triplex eſt, alia iuſtitiæ, alia diſciplinæ, alia bonæ vitæ, vt dicit glo. in c. 2. de temp. ordi. & in c. qui ſcandalizauerit, de regul.
2 iur. Hæc tamen iuſtitiæ veritas eſt ipſa iuſtitia, quæ eſt coſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuiq; tribuens, vt inquit Bal. l. 1. n. 2. ff. de noui oper. nunciat. immo & veritatem eſſe matrem iuſtitiæ affirmat, idem Bald. in l. libertini, ff de ſtat. homin. Quæ
3 exagitata magis ſplendeſcit in lucem, c. graue, 35. q. 9. & Spec. tit. de aduoc. §. 3. Nam veritas eſt ſicut aromata, quæ quanto magis conteruntur tanto magis
4 redolent, vt inquit Caſt. cõſ. 28.

l.b.1. & refert Rol. à Val.cõſ.5.
vol.4. quæ etiam dicitur lux, l.
ob carmen, in fine, ff.de teſtib.c.
cauſam, ver.ex præmiſſis, de pro
bat.& dicitur, in c.pen.8.diſtin.
Veritas valet, & inualeſcit, &
obtinet in ſæcula ſæculorum, &
dicitur Exod. c.3. Omnis terra
veritatem inuocat, cœlũ etiam
5 ipſam benedicit, & omnia ope-
ra mouerunt, & tremunt eã nec
eſt cum ea quicunq; iniquum, &
veritas magna eſt, & fortior præ
cæteris, & Iſid.de ſum.bono.quẽ
allegat Affl. deciſ. 253. ita ex-
clamat magna eſt vis veritatis,
quæ omnia ingenia, & callidi-
tates ſuperat, quæ contra ficta
ſimulataq; figmenta ſe ipſam
defendit, & dicit etiam deciſ.
299.ver.dicunt Doctores, alle-
6 gando tex.in l.2. ff. de vſuf.ear.
rer.Quod veritas eſt res fortiſſi-
ma, & incommutabilis præpoſi-
tio in re in qua ineſt, & qui eam
non defendit proditor eſt ipſius,
c.nolite, 11.q.3. Pro qua me-
7 lius eſt habere ſupplicium, quã
pro adulatione beneficium, c.
nemo peritorum, ead.q.& Cau.
& Seneca ad Neronem lib. 1. c.
2.de clem.Non vt blandiar (in-
quit) auribus tuis, nec eſt mihi
hic mos, maluerim veris offen-
dere quàm placere adulando.
inde illud communiter dicitur,
teſte Caſſan. in Catal. gloſ.mũ.
par.5.curſ.16. Quod tres bonæ
8 matres generant tres peſſimos
filios, Veritas odium parit, ni-
mia familiaritas contemptum,
& pax otium. Et iram Dei ſuper
ſe ipſam prouocat, qui verita-
tem non defendit, cap.quiſquis,
10. q. 3. Et veritatis ſectatores
9 Deo, & hominibus placent, glo.
in l.3.C.ſi cert.ius vel vtil.pub.
quæ gratiæ, & potentatui præ-
ponenda eſt, vt dicit Bal. in l.4.
C.de teſtib & dicit Diuus Aug.
de Ciuit.Dei lib.1.cap.9.Quiſ-
10 quis metu cuiuſlibet poteſtatis,
vel lucri cupiditate ductus, veri-
tatem occultat, iram Dei ſuper
ſe prouocat, quia magis timet
hominem, vel caducas res ma-
gis amat, quàm Deum, ſed Cõſi-
liarij ſæpe vt principibus cõpla
ceant veritatem omittunt, c. ſi
quis dixerit, 11.q. 3. & Mant.
antiquæ gl. vt principi compla-
ceret dixit, omnia eſſe ipſius, &
quoad dominium.vt refert glo.
11 in l.fin. C.de quat.præſcript. Et
muneribus excæcati, dicunt bo
num malum, & malum bonum,
c.ſunt nonnulli, 46.diſtin. & in-
quit Laur.Val.hiſt.lib.3.coram
regibus pauci in conſulendo
12 quid ſentiunt, plerique quod cu-
piunt loquuntur, vt non ſine cau
ſa Regis prudentia præ cæteris

Digitized by Google

præſtare debet, cui non ſatis ſit deſpicere,quę dicantur,niſi etiã quo animo dicantur, Nam frequenter cõſilium quod alioqui optimum videtur, deprehenſa conſulentis obliqua voluntate, auctoritatẽ perdit, & velut inane diſpicitur, & plura alia ad hoc notabilia cõgerit Pet.Gregor.Tol.de rep.lib.8.c.7.& lib. 24.c.2.per totum. Et quidam propter malum cõſilium Bonif. Pontif.datum,fuit in inferno da
13 mnatus, Cagno.in l.conſilij,ff. de reg.iur. Atq; plures Cõſiliarios ob id fuiſſe diuinitus punitos,refert Bellug.in Spec.princ. in præfat.nu.5. Alioſq; ab eiſdẽ principibus poſt detectas fraudes,& mala conſilia,fuiſſe ligno ſuſpenſos,& grauiſſimo mulctatos, recẽſet quoq; Illuſtriſſimus Card.Bellar.de off. Princ.lib.1. cap.13.in fine.Nam omnia quæ à Principibus geruntur, eorum
14 miniſtris imputantur qui pro poſſe curare debent,vt omnia iuſte & ſine alicuius iniuria procedãt vt inquit Io.Andr.in c.quanto, de iureiur.& Dec.cõſ.197.quos refert D.Conſ.Rouit.in Prag.1. nu.22.de reuo.Grat. quam veritatem debẽt ſummopere Prin
15 cipes amare,& abhominari cõſiliarios, qui ſecundum veritatem non conſulũt, qui non Conſiliarij, ſed deceptatores dicuntur,c.quanto,de iureiur. ſic nec tutor dicitur, qui pupillum ſpoliat,& eius bonam diſſipat, ſed
16 prædo,l.qui fundum.§.ſi tutor, ff.pro empt.l.tutor ad vtilitatẽ, ff.de admin.tut.& Io. Gutti. de tut.& cur. par.3.c.14.nu.18.ita quoq; Epiſcopus qui crimina nõ corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus,quàm Epiſcopus, c. nemo quippe,83.diſtinc. inde dicebat, Filoſtrat.lib.1.de vita Apol.interrogãti Regi quæ
17 pacto ſtabiliter tuteq; regnare poſſet, reſpondit Apollonius, ſi multos honoraueris, paucis vero credideris, & dicitur Eccleſ. c.7. melius eſt quidem à ſapiente corripi,quàm ſtultorum adulatione decipi,& plura congerit capib.de Baron. in proœ nu.7.
18 Nam adulator amicus non eſt, ſed ſuum quærit commodum,teſte Ariſto. Ethic.4. quod refert Vacon.à Vac. declar. iur. lib.2. declar. 42.nu. 1. & dicit Valer. Max.lib.1. grãde periculum eſt aures adulatoribus præbere, & Curt.de geſt.Alex. lib.7. etiam
19 inquit,regna ſæpius ab aſſentatoribus,quàm ab hoſtibus euerti, & dicit Diu.Hier.lib. aduer. Pelag. quod apud Philoſophos adulator diffinitur Blandus inimicus, qui etiam proditor dici

Digitized by Google

poterit,cum aliud verbis exprimit,quàm in mente gerat,Bart. in l.reſpiciendum, §.deliquit,in princip. ff.de pœnis, & Pau.de Caſt.in l.1.in fine, C.de ſtat. & imag.& Ioan.Mag lib.2.Hiſto. Gotti.cap.32.ait,pereant improbi Conſiliarij, qui aures Principum adulationibus mendacijs milliſq; alijs fraudibus in perniciem ſubditorum ſubducunt, & pulchrè Ferdi.Vaſq; Illuſt.controu.in prœ.in princip.& Diog. appellat adulationem laqueum Mellitũ,& ait Senec. ad Hecul. hominem blande loquentem agnoſce tuum laqueum eſſe. Et inquit etiam Illuſtriſs.Card.Bellar.de offic.princ.lib.1.c.20.vbi vero venenũ aſſecutationis animum Principis occupauerit, incredibile dictum eſt,quàm multa, & quàm grauia detrimenta inde oriuntur. Hinc Antiſtenes dicebat, quod adulatio eſt ma-
20 lum tam ingens, quod longe melius eſt in coruos incidere, quã in aſſentatore, qui illi mortuos, in vero viuentes deuorãt, quod refert & plura ad hoc notabilia congerit Mar.Mant.ver. ſing.lib.13.c.304.& dicit etiam
21 Bal.conſ.vlt. lib.1. quem refert Dec.conſ.189. in fine,quod hoc ſolo priuãtur magni Principes, quia non eſt eis qui veritatem dicat, Proinde Ludou. XI. Rex Galli. teſte Philip. Comin. dice
22 ſolebat,ſe in Regno ſuo, & in aula potiſſimum cunctis abundare, excepta veritate,idq; etiam Caro.8.eius filio,eodem teſte à ſuo picerna iocoſe dictũ fuit, à quodum familiariter quęreret,quid cauſę eſſet,cur tam pauci Reges poſt hanc lucem cœlum peterent,reſpõdit eo frui,quia Principes coram ſe habent pauciſſimos, verum & honeſti monitores,& inquit Iul.Capitol. in gordimiter eſt Imper.apud quem vera reticentur, qui cum publice ambulare non poſſit, neceſſe eſt vt audiat,& vel audita, vel à
23 pluribus roborata confirmat,ab hac tamen iuſtitiæ veritate quæ in iudicando ſeruãda eſt,& eius ſeueritate aliquando receditur, propter multitudinẽ delinquentium, & vbi multorum ſtrages Iacit.c.Latores,de cler.excom.c. fina.de tranſ.c.ordinationes,9. q.1.c.quotiens,1.q.7. Bart.in l. aut facta,§.fin.ff.de pen.Bald.in certa forma,C.de iur.fiſ.lib.10.
24 & plene And.Gail.de pac.pub. lib.2.c.9. Nec contra vniuerſitatem profertur ſententia excõmunicationis, c. Romana,§.vlt. de ſent.excom.in 6.Innoc. in c. graue,de ſent.excom. Ang. in l. pen.ff.de ſica.quæ magis docendo,

do, quàm iubendo, magis monendo, quam minãdo, ſic etiam cum multitudine peccantium agendum eſt, c. commeſſationes, 44. diſt. & ita quod propter multitudinem delinquentium pœna minuatur, quotidie ſeruari inquit Iul. Clar. lib. 5. recep. ſenten. §. fi. q. 60. ver. allegatur. Sed conſilium Vniuerſitatis poteſt excommunicari, gloſ. in c. epiſco
25 pus, 12. q. 2. in c. ſicut vir, 7. q. 1. & qualiter & quando puniri poteſt, declarat idem Clar. d. §. fin. q. 16. Si tamẽ Vniuerſitatis omnes conſentirent, aut committerent delictum excommunicatione dignum, tunc poterit etiam
26 vniuerſitas excommunicari, ſicut etiam poterit contra omnes illos vniuerſitatis, qui culpabiles, & contumaces ſunt ſententia excommunicationis proferri, Abba. in cap. in gen. de elect. Couar. qui ipſum refert & ſequitur, var. reſol. lib. 2. cap. 8. nu. 9. & Archid. Saler. olim, in hoc Regno Viſit. in propug. eccleſ. lib. aſſert. 2. §. 3. nu. 74.
27 Sed in grauiſſimis delictis puta læſæ Maieſtatis, Authores, & Capitanei factionum grauiſſima ſunt afficiendi pœna, Innoc. in d. c. grauem, de ſent. excomm. & Ang. in eadem l. penult. ff. de ſicar. & in l. is qui opem, nu. 4. ff. de furt. Imò contra eos exequitur ſententia, appellatione non obſtante, l. conſtitutiones, ff. de appel. c. latores, de ſent. excom. & ſumpto de ipſis ſupplicio, & eorum memoria damnata, ædi
28 ficia ſolo æquantur, & inſignia familiæ, & gentilitaris ſplendore ſuſpenſa, perpetuæ ignominiæ cauſa tolluntur, & delentur, vt inquit Andr. Gail. de pac. pub. lib. 2. c. 9. nu. 34. & Menoc. de arbit. iud. lib. 2. cent. 6. caſ. 598. facit tex. in l. ſi is cum quo, ff cõmun. diuid. & in l. eorum, & ibi Bar. ff. de pœn. & Iſern. in c. 1. §. receptatores, in addit. de par. iu. firma. Quod poteſt facere quilibet iudex, habens merũ, & mixtum imperium, vt dicit ibidem Iſer. & Boer. deciſ. 230. & Capi. deciſ. 130. Nõ tamen liceret pri
29 uato, lata ſententia inſigna proditoris delere, & tollere ſine iudicis commiſſione, & faciens pũnitur pœna arbitraria, vt pluribus relatis concludit Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 281. n. 9. & 10. & congerit alios Fab. de Anna, in nouiſs. addit. n. 496. cui conuenit pulchrè Bal. doctrina in l. addictos, C. de epiſc. audien. quod ſi aliqui Berruarij de mandato iudicis, ducunt conde-
30 mnatum ad ſupplicium, ad locũ delicti, forſan propter immunitatem

tatem criminis,vt in l.capitaliũ, §. famoſos, ff. de pœn. quod ſi oritur aliqua ſuſpitio ne in itinere à conſanguineis, aut bannitis auferatur, & ipſum gladijs occidunt, quod capitaliter puniuntur niſi ſuper hoc haberetur ſpecialem commiſſionem, & congerit alios Ferd. Vaſq; illuſt. contro.lib.1.c.18.nu.23. & 24.

31 Sic etiam delens inſignia à domibus, & cappellis alicuius familiæ ſine iuſta cauſa punitur, Bart.in l.2.§.2. ff. de oper.publ. Cœpol.de ſeruit.vrban. præd.c.71.Menoc.de recup.poſ.remed.15.nu.48.Per.Monez. de exeq.mand.par.2.c.13.n.4. cum ſeq. & Iaſ.in l.ſi quis id quod,nu.41. ff.de iuriſd.om.iud. & ob id fuit in exilium cõdemnatus Comes Galatię, qui deleuerat inſignia domus Carrafæ ab Eccleſia baronia formiculæ,vt inquit Ioan. Vinc.de Anna ſing. 382. nam delens arma alicuius,videtur eũ in poſſeſſione turbare, Gemi. in c.quicunq;.30. diſtin. imò cum ex inſignibus in antiquis fiat plena probatio, glo.in c.cauſam,de probat. in c. fin.24.q.2.gloſſ. & DD.in l.monumentorum,C.de relig.& ſumpt.fune.ea tollendo & delendo, cum videatur alte-
32 rius probationes celare, & occultare,etiam puniri debet pęna falſi,l.paulus, ff. de falſ. Quæ ſi eſſent inſignia,& arma Regis,ea delenda aut francendo,punien-
33 dus eſſet vti rebellis, Afflict. in conſtit.incip.priuilegia,rub.27. nu.1.& Felin.in c.tertio loco, in princip.de prob.& redeundo ad ſemitam, id Autores,& Capita-
34 nei factionum in delictis grauiſſimis puta læſæ Maieſtatis diuinæ,& humanæ, ſunt pœnis prædictis puniendi, quia nedum tenentur,& puniuntur de eo,quid ipſi fecerunt,ſed etiam de eo q̃d alii cannocari, & aſſociantes, l. quoniam multa facinora, cũ gl. C.ad leg.Iul.de vi.& glo. in l.in hoc iudicium,ff.de ſer. corrupt.
35 & Alex.conſ.103. vol.1. Eoſq; Authores,& Capitaneos factionũ dicimus,qui faciunt, aut fieri faciunt,Bar.in d.l.in hoc iudicium,Bal.in l.1.nu.14.C.de ſer.fug.in l.principaliorem, C.de lib.cauſ.& in d.l.quoniam multa. Proinde inquit Freccia de ſubfeud.lib.2. c.quis dicat,com. nu.43.in fine. Quid in generali
36 indulgentia bannitorum non veniunt caporalis ipſorum, niſi de eis in ſpecie fiat expreſſa mẽtio, quia principales, & caporales plus delinquunt,& per ſeipſos,& quia alios ducunt ad delictum, & alii minus, cum per ſe ipſos tantum,vbi plura alia notabilia con-

Digitized by Google

congerit circa capita dignitatum, & aliarum rerum.

Verum in hoc crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ nedum authores principales, & ciues ita grauiſſime puniendi sũt, ſed Ciuitas ipſa priuatur pri
37 uilegijs, dignitatibus, prorogatiuis, & iuribus ipſius, ac punitur euerſione, & diruptione murorũ & ciuitatis, & ſubijcitur aratro, & proijcitur ſal, in perpetuam damnationem, prout fuit Carrago & Troia, l. ſi vſuſructus, la 2. ff. quib. mod. vſuf. amit. Innoc. in d. c. grauem. & Clar. qui alios
39 congerit, d. q. 16. in fine. & ita fecit Henri. Imp. quando dãnauit Ciuitates rebelles tuſcè, vt inquit Bar. in l. hæreditatum, ff. ad leg. Fal. in l. eius qui, §. celſus, ff. ad municip. & in cõſt. Qui ſint rebell. in ver. rebellando, & dicit Bar. in l. aut facta, §. nonnũquam, ff. de pœn. ſe vidiſſe ſententiam Herric. Imp. quam protulit cõtra Ciuitatem Brixiæ, quæ fuit rebellis, qua dicebat prædictam Ciuitatem eſſe ſubijciendam aratro, quam pœnã ex miſericordia relaxauit, & plene Menoc. qui plura congerit exẽpla de arbitr. iudi. lib. 2. cent. 6. caſ. 598. And. Gail. de pac. pub. lib. 2. cap 9. per totum, & Proſp. Fa. de delict. & pœn. q. 24. num. 120. cum ſeq. Proinde dicit Bal. in auth. habita, nu. 7. C. ne fil. p pat. quod ſtudentes in Ciuitate damnata propter rebellionẽ nõ habent priuilegia, quia pro mortua habetur. Sic etiam Ciuitas
39 propter homicidium ſui Epiſcopi, priuatur dignitate epiſcopatus, c. fin. de pœn. in 6. c. ita nos, 25. q. 2. dum conſecratus eſt, cęterum ſi eſſet tantum electus, cũ non ita puniretur, Bal. in l. ſi nõdum, C. de furt. Iaſ. in l. 2. C. de inoff. teſt. quos refert, & ſequitur Conar. var. reſol. lib. 2. c. 8. in fine, & optimè declarat Bello: conſ. 84. nu. 9. cum ſeq. Sic quo-
40 que officialis quamuis Grattus, non gaudet authoritate officij, niſi capta poſſeſſione ipſius, Bal. & Caſt. in l. 1. C. vt lit. pend. Bal. in l. ea quæ, nu. 2. C. de temp. in integ. reſt. & in l. ſed & milites, §. quæſitum, ff. de excuſ. tut. & optimè Boer. deci. 150. Proinde Pragm. quæ denegat indultum
41 bannitis, qui offenderunt officiales iuſtitiæ, non comprehẽdit officiales, qui non cæperunt poſſeſſionem officij, vt inquit deciſũ Fran. deciſ. 326. & vide eundem deciſ. 393. & deci. 403. & Guid. Pap. deciſ. 286. & planè Conſ. Maſt. qui ita aſſerit etiã ſpecialiter exprimi in priuilegio, per Regem Oſcial. conceſſo, de Magiſtr.

giſtr.lib.5.cap.6.n.108.& de indul.c.36.nu,22.vſq; ad finem, & Io.Vinc. de Anna alleg.143.
42 Secus ſi eſſet officium ſine adminiſtratione, veluti Comitatus, Marchionatus, aut alia dignitas, cum ea perfecta ſit à die conlate dignitatis, vt adeptio poſſeſſionis neceſſaria non ſit, c. capitalum S.Crucis, de reſcrip. c.cui, de præb.in 6. Io.Gutti.alleg.3.Freccia de ſuff.lib.2. cap. quis dicatur Comes, nu.35.congerit alios Conſ. Maſt. de mag. lib.4.c.14.nu.43.cum ſeq.& iu-
43 dicatum refert, Præſ.de Franc. deciſ.62.Quæ ciuitas ita damnata ad diruptionem murorum, non poterit amplius illos reficere, ſed perpetuo debent remanere deſtructi, Bar. in l.in numerationibus, ff.de ſol.Bar.in l.ſi quis adulterium, ff.de adul.& Meno.
44 de arbit.iudic.lib.2.cent.6.caſ. 598.nu.1.Nec ſi eſſet redificata recuperaret priora iura, ſecus ſi eſſet deſtructa vi hoſtium, aut mortalitate, nam iterum ſi redificaretur, priora iura reuiuiſcerent, Innoc.in c.cum ex inuicto, de oper.nou.nunc.Bar.& Bal.in l.ſicut, §.in decurionibus, ff.quo. cuiuſq; vni.Bal.in l proponebatur, vbi etiam Angel. ff de iudic. Ang. in l. qui res, §.arcam, ff.de ſolut.Alex.cóſ.193.vol.2. Abb. in c.Abbate, de verb.ſign. Sfort. Oddo.de reſti. in integ.par.1.q. q.1.art.1.& par.2.q.98.artic.2. pleniſſime, And.Gail.lib.2.obſ. 61. & hanc diſtinctionẽ ab omnibus communiter approbari inquit Bello conſ.1.nu.8. immò
45 ſi de facto eſſet deſtructa, & ſpes eſſet reædificationis, adhuc durarent ſua iura, Bar.& Bal.in l.fi. in fine, ff.de colleg. inlicit. Ang. in l.non ambigitur, ff. de leg.& in rub.ff.de colle.inli. Sic etiam
46 eccleſia deſtructa auctoritate Epiſcopi amittit priuilegia, glo. in c.& hoc diximus, 17. q.7.in c.ſtatutum, in ver. collegiatas, de elect. in 6. in c. priuilegium, de reg.iur.in 6.& Ang.in d.rub. de colleg. inlicit. Secus ſi eſſet deſtructa de facto, veluti ab hoſtibus aut terremotu, quia priuilegia durant inter. l. æde ſacra, ff.de cont.empt. Ang.in l.ſeruitutes, §. ſi ſublatum, ff.de ſeruit. vrb.præd. in l. proponebatur, ff. de iudic.& in dicta rub. & Alex. in l.inter ſtipulantem, §.ſacram,
47 ff.de verb.obl. Ita quoq; Rex, Dux, aut Marchio a Regno, & Ducatu, de facto expulſi, propter ſpem retinent dignitatem, & ſedere debẽt in loco Regum, & Marchionum; Bal.& Cardin. Alexan. in c. quis dicatur Dux. Iac.de S. Georg.in tract.feu. in

ver.

ver.Comes,Caſſan.in Catal.gl. mundi,par.5.conſ.49.& congerit alios D.Conſ.Rouit.in Prag. vni.nu.32. d.titu. abus.Proinde
48 cum Regnum Hieruſ. de facto per hoſtes detineatur,potuit de iure per Papam concedi Regi Carolo,&ſucceſſoribus,propter vis & ſpem poſtliminij, ex quo fuit Regnum Criſtianorum, & ab eiſdem poſſeſſum,& ſucceſſores ipſius Regis Caroli propter ſpem poſtliminij poſſunt vocari Reges Hieruſalem, Bar.& Iaſ.in l.liber homo,la prima,ff.de ver. oblig.Bar.in l.fin.ff.de act.emp. & in l. id quod apud hoſtes, vbi dicit,Iaſ.ita *communiter tenere Doct.ff.de leg.1. & etiam vide Affl.in Conſt.non ſine grandi, & Innoc. de hoc notabiliter, in c.quod ſuper, de vot. & vot. redempt.

Ex quibus dicẽdum eſt,quod ſi inter duas Ciuitates, aut oppida, adſit communio iuris paſcendi,& aquãdi, quarum dum
49 vna efficitur inhabitata, & ſi communio ſoluatur, nec altera habitata ea vti poterit,ex diſpoſitione cap.Regni incip. pondus & equm, nu. 271. Prout euenit in Terra Pantoliani, quæ cum habuiſſet prædictã communionem iuris paſcendi cum Vniuerſitate terræ optati,& ad preſens ſit de facto inhabitata, D.Dux Aquatiæ vtilis dominus dictæ Terræ Pantoliani exigit fidam ab animalibus Ciuiũ Terrę optati ſumentibus paſcua in territorio Pantoliani, ob diſſolutam ſocietatem,& communionem,autoritate dicti cap. Pondus & equm,tamen ſi iterum homines redirent ad habitandum in eadem Terra Pantoliani, & iterũ
50 rehabitarent in ea, cum ex ſupradictis recuperaret ſua prima iura, & vti poterit ſua communione antiqua iuris paſcendi, quam habebat cum Vniuerſitate optati,vtiq; Vniuerſitas optati eadem foui poterit, ad quam cum legis beneficio Vniuerſitas rehabitata reſtituitur, ad eandẽ altera Vniuerſitas habitata reſtitui debet ob æqualitatem ſeruandam,l.quod ſi minor,§.pen. ff.de minor.l.2.ff.ſi ex nox.cauſa, l. alterius, ff.de tut.& ratio. diſt.l.vbi pactum,C.de tranſact. & plene Sfor.Oddo.de reſtit. in integ par.1.q.47.art.1. vbi plura infert exempla.Sic etiam pri
51 uilegium perſonale pp æqualitatem ſeruandam ad alterũ extenditur,l.fin.vbi oẽs,C.de fruc. & lit.expen. Dyn. in c.quod ob gratiam,de reg.iur. in 6.& Bar. in l.petendo,C.de reſt.in integ. cuius ſeruandæ æqualitatis, ra-

giſtr.lib.5.cap.6.n.108.& de indul.c.36.nu,22.vſq; ad finem, & Io.Vinc. de Anna alleg.143.
41 Secus ſi eſſet officium ſine administratione, veluti Comitatus, Marchionatus, aut alia dignitas,cum ea perfecta ſit à die conlate dignitatis, vt adeptio poſſeſſionis neceſſaria non ſit, c. capitalum S.Crucis, de reſcrip. c.cui,de præb.in 6. Io.Gutti.alleg.3.Freccia de ſuff.lib.2. cap. quis dicatur Comes,nu.35.congerit alios Conſ. Maſt. de mag. lib.4.c.14.nu.43.cum ſeq.& iu-
43 dicatum refert, Præſ.de Franc. deciſ.62.Quæ ciuitas ita damnata ad diruptionem murorum, non poterit amplius illos reficere,ſed perpetuo debent remanere deſtructi,Bar. in l.in numerationibus,ff.de ſol.Bar.in l.ſi quis adulterium, ff.de adul.& Meno.
44 de arbit.iudic.lib.2.cent.6.caſ. 598.nu.1.Nec ſi eſſet redificata recuperaret priora iura, ſecus ſi eſſet deſtructa vi hoſtium, aut mortalitate, nam iterum ſi redificaretur, priora iura reuiuiſcerent, Innoc.in c.cum ex inuicto, de oper.nou.nunc.Bar.& Bal.in l.ſicut,§.in decurionibus,ff.quo. cuiuſq; vni.Bal.in l proponebatur,vbi etiam Angel. ff de iudit. Ang. in l. qui res, §.arcam,ff.de ſolut.Alex.cóſ.193.vol.2. Abb. in c.Abbate,de verb.ſign. Sfort. Oddo.de reſti. in integ.par.1.q. q.1.art.1.& par.2.q.98.artic.2. pleniſſime, And.Gail.lib.2.obſ. 61. & hanc diſtinctionē ab omnibus * communiter approbari inquit Bello conſ.1.nu.8. immò
45 ſi de facto eſſet deſtructa,& ſpes eſſet reædificationis, adhuc durarent ſua iura,Bar.& Bal.in l.ſi. in fine,ff.de colleg. inlicit. Ang. in l.non ambigitur, ff. de leg.& in rub.ff.de colle.inli. Sic etiam
45 eccleſia deſtructa auctoritate Epiſcopi amittit priuilegia, glo. in c.& hoc diximus, 17. q.7.in c.ſtatutum, in ver. collegiatas, de elect. in 6. in c. priuilegium, de reg.iur.in 6.& Ang.in d.rub. de colleg. inlicit. Secus ſi eſſet deſtructa de facto, veluti ab hoſtibus aut terremotu,quia priuilegia durant inter. l. æde ſacra, ff.de cont.empt. Ang.in l.ſeruitutes,§. ſi ſublatum, ff. de ſeruit. vrb.præd. in l. proponebatur,ff. de iudic.& in dicta rub. & Alex. in l.inter ſtipulantem, §.ſacram,
47 ff.de verb.obl., Ita quoq; Rex, Dux, aut Marchio à Regno, & Ducatu, de facto expulſi, propter ſpem retinent dignitatem, & ſedere debēt in loco Regum, & Marchionum; Bal.& Cardin. Alexan. in c. quis dicatur Dux. Iac.de S. Georg.in tract.feu. in

ver.

ver.Comes,Caſſan.in Catal.gl. mundi,par.5.conſ.49.& congerit alios D.Conſ.Rouit.in Prag. vni.nu.32.d.titu. abus.Proinde
48 cum Regnum Hieruſ. de facto per hoſtes detineatur,potuit de iure per Papam concedi Regi Carolo,&ſucceſſoribus,propter vis & ſpem poſtliminij, ex quo fuit Regnum Criſtianorum, & ab eiſdem poſſeſſum,& ſucceſſores ipſius Regis Caroli propter ſpem poſtliminij poſſunt vocari Reges Hieruſalem, Bar.& Iaſ.in l.liber homo,la prima,ff.de ver. oblig. Bar.in l.fin.ff.de act.emp. & in l. id quod apud hoſtes, vbi dicit,Iaſ.ita *communiter teneve Doct.ff.de leg.1. & etiam vide Affl.in Conſt.non ſine grandi, & Innoc. de hoc notabiliter, in c.quod ſuper, de vot. & vot. redempt.

Ex quibus dicẽdum eſt,quod ſi inter duas Ciuitates, aut oppida, adſit communio iuris paſcendi,& aquãdi, quarum dum
49 vna efficitur inhabitata, & ſi communio ſoluatur, nec altera habitata ea vti poterit,ex diſpoſitione cap.Regni incip. pondus & equum, nu. 271. Prout euenit in Terra Pantoliani, quæ cum habuiſſet prædictã communionem iuris paſcendi cum Vniuerſitate terræ optati,& ad preſens ſit de facto inhabitata, D.Dux Aquatiæ vtilis dominus dictæ Terræ Pantoliani, exigit fidam ab animalibus Ciuiũ Terræ optati ſumentibus paſcua in territorio Pantoliani, ob diſſolutam ſocietatem,& communionem,authoritate dicti cap. Pondus & equum,tamen ſi iterum homines redirent ad habitandum in eadem Terra Pantoliani, & iterũ
50 rehabitarent in ea, cum ex ſupradictis recuperaret ſua prima iura, & vti poterit ſua communione antiqua iuris paſcendi, quam habebat cum Vniuerſitate optati,vtiq; Vniuerſitas optati eadem foui poterit, ad quam cum legis beneficio Vniuerſitas rehabitata reſtituitur, ad eandẽ altera Vniuerſitas habitata reſtitui debet ob æqualitatem ſeruandam,l.quod ſi minor,§.pen. ff.de minor. l.2.ff.ſi ex nox.cauſa, l. alterius, ff.de tut.& ratio. diſt.l.vbi pactum,C.de tranſact. & plene Sfor.Oddo. de reſtit. in integ par.1.q.47.art.1. vbi plura inferit exempla.Sic etiam pri
51 uilegium perſonale pp æqualitatem ſeruandam ad alterũ extenditur,l.fin.vbi oẽs,C.de fruc. & lit.expen. Dyn. in c.quod ob gratiam,de reg.iur. in 6.& Bar. in l.petendo,C.de reſt.in integ. cuius ſeruandæ æqualitatis, ratio

tio fuit dicti capituli, vt ex fina-
libus ipſius verbis colligitur,ob
quod ipſius diſpoſitio intelli-
gitur ſecundum rationem præ-
52 cedentem,hoc eſt durante tan-
tum tempore quo altera extat
inhabitata,nam diſpoſitio legis
intelligitur ſecundum rationem
ipſius,l.cum pater,§.dulciſſimis,
ff.de legat.2.l. milites agrum,in
princip. ff. de re militari, l. adi-
gere, §. quamuis, ff.de iure pa-
tronatus.

Hæc eſt iuſtitia veritas in iudi-
cando ſeruanda, Altera quæ fa-
cta dicitur in procedendo dilige-
53 ter inquirenda, potiſſimum in
occultis, in quibus iudex debet
eſſe ſubtilis inueſtigator, c.iudi-
cantem, 30. quæſt.1.cap cum
Ioannes, in fine,de fide inſtrum.
capit. præſens, 20. quæſt. 2. l.is
apud quem,C.de ædend.l.iudi-
ces,C.de iudic.l.ſinguli, C.de
accuſ. & probat tex. in cap. tua
nos, de homi. Quod propter ſo-
lulares,& cultrum per furem di
miſſum in domo furtum paſſi,iu-
dex ad furis cognitionem de-
uenit, & inquit Bald. in l. ver-
bum, C. de his qui not. infam.
quod iudex facere poteſt quaſ-
dam experientias pro intentio-
ne maleficij, vbi dicit etiam Ca
ſtrenſ. quod ad conueniendum
aliquem de periurio, poteſt ip-
ſum cogere ad ſcribendum, vt
deinde fiat comparatio, ſic Al-
ber.in l.inditia.C.de rei vendic.
etiam affirmat ſe vidiſſe quem-
dam iudicem maleficiorum in-
ueſtigantem furtum vuæ, de
54 quo erat quidam inculpatus,
in loco vbi erat terra humida,&
balneata, vbi forma pedis appa
rebat,qui inculpatum ibi addu-
xit, & dum reperit formam pe-
dis ipſius cum illa concordare,
ex eo inditio vti indubitato ip-
ſum condemnauit, immo poteſt
vt veritatem detegat,aliud age-
55 re aliud ſimulare,quæ ſimulatio
licita eſt cum fiat ad bonum pu-
blicum,cap.vtilem,22.quæſt.2.
& Rex Salamon, vt matrem co-
gnoſceret, ſimulauit velle pue-
rum diuidere, cap.afferte, de
præſumpt. & iudex ita ſe gere-
re debet, vt animi motum,vul-
tus non detegat,l.vbi falſi,C.de
falſ. l. obſeruandum, in fine, ff.
offic. præſid. & ideo dum pater,
& filius eſſent inquiſiti de gra-
ui ſcelere, quod vnus tantum
ipſorum patrauerat, qui erat in-
56 certus. Carolus Rex primus vt
veritatem cognoſceret,iuſſit am
bos laqueo ſuſpendi, & dum ad
ſupplicium ducerentur, putans
pater ambos morituros,qui ma-
gis in filio quam in ſe ipſo cru-
ciebatur,Bald. in l. iſti quidem,

§.fina.per eum tex.ff.quo.nat. cau.veritatem confeſſus eſt,& ſe num fecit, & filius liberatus eſt ipſe laqueo ſuſpenſus. Vt inquit Iſern.in cap.1.§.publici latrones, de pac.tenen. Iaſ.in l. ſi quis pro emptore, colum. 42. ff.de vſucap. Felin. in cap. accedens, el ſecondo vt lite non conteſt. Cagno.in l.ea eſt, natura,ff.de reg.iur.clem.de patr.poteſt. cap.4. Menoch.de præſumpt.lib.6. præſumpt.56. num.8.& de arbit. iudic.lib.2. cent.3.caſ.170. num.15. Proſper. Far.de reo confeſſ.quæſt. 81.nume. 304. cum ſeq. quod & ſi aliqui dicant, hoc fuiſſe actum à Carolo Secundo tamen pluribus probat id egiſſe Carolum Primum Couar. var.
57 reſol.lib.1.cap.2.num.16.Sic etiam Imper. Conſtant. pater magni Conſtant. vt legitur Hiſtor.trip.lib.1.cap.7.quod etiā refert Illuſtriſſimus Card. Bellarmin.de offic. Princip. cap.8. in fine,lib.1. tempore quo Eccleſia perſequtionem patiebatur, conceſſit licentiam criſtianis in eorum religione permanere, & vt bonos probaret, & fideles, ſimulando dixit, vt ſi qui ſuis dijs ſacrificarent, hi in palatio manerent, qui nollent ſacrificare ab eo exirent,& dū aliqui vt Conſt.Imperat.complacerent ſacrificaſſent, alij non,proponētes fidem promiſſis Imperat.Conſtant. ipſe cognoſcens eos, qui idolis ſacrificauerunt, parum eorum religioni fuiſſe coſtantes, expulit vti fallaces & retinuit eos qui Chriſto fideles coſtanteſque fuerunt, Dicens nolle in Conſiliarios,nec ſibi deuotos futuros, qui Dei ſui fuerunt leuiſſimi proditores, prout etiam dicit tex.in cap. non poteſt, 2.q. 7.de quo etiam refert pulchrū exemplum Theod. aſe. Ioann. Gutt.can.quæſt.lib.1. capit.1.
58 num.71. Poterit etiam Iudex qui non poteſt delicti veritatē habere, ſimulationibus vti, & multa reo promittere, & deinde non ſeruare, vt dicunt Archi. & alij Doctor.in capit.vtilem,22.quæſt. 2. & Proſp. Farin. qui alios congerit, & declarat,conſil.83.nume.7.Atq; confiteatur delictum ipſius impunitatem promittere, Vt di-
59 citur feciſſe Alexand. Sext. Pontif.cuidam epiſcopo inquiſito de ſimonia, quod deinde non ſeruauit,& ſequitur Felin.

in dicto capit. afferte, de præſumpt. & in accedens, vt lit. nō
60 conteſt. Et quamuis ex ea confeſſione ita extorta poſſe reum condemnari dicat, & communem affirmat Iul. Clar. lib. 5. receptarum ſent. §. fin. quæſt. 55. tamen Imol conſ. 109. Hyppo. in practic. crimin. §. poſtque, & ſing. 201. & alij quos allegat & ſequitur Nig. in capit. incip. multorum tenent ex hac confeſſione vti per dolum extorta confeſſum non poſſe condemnari, quam etiam opinionem dicunt communem, Dec. & Cagno. in l. ea eſt natura, ff. de reg. iuris, pro quarum concordia plene diſtinguit, Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. cent. 4. caſ. 367. Nouiſſime tamen Imol. Hyppol. & aliorum opinionem magis * communem, & à bonis iudicibus ſeruatam, & in conſulendo, & iudicando ſequendam ampliationibus, & limitationibus allatis plene defendit Proſp. Farin. de reo confeſſ.
61 quæſt. 81. cap. 8. Sic etiam dum Iudex de veritate teſtium dubitat poterit eos de multis circumſtantijs ſubtiliter interrogare, vt veritatem percipiat, vt in Hiſtoria Suſan. & eius authoritate, gloſ. in l. teſtium, C. de teſti. & Bartol. in l. 2. § item labeo. ff. de aqua plu. arcen. & dicit Specul. titul. de teſt. ver. iam de interrogatorijs, nume. 14. quod ſi teſtis iudici ſuſpectus eſt, poterit interrogari de fortius hominum, & circumſtantijs, & modo loquendi, & quæ verba dicta fuerunt, an ſimul vel ſeparatim peruenerūt ad locum, & quis primo, vel poſterius receſſit, & de alijs quibuſdam, vt proprio ſermone capiantur, & ore proprio conuincantur, & inquit quoque Bal. in l. 1. §. editiones, num. 2. ff de edend. quod teſtes qui iudici ſunt ſuſpecti, ad vnguem examinandi ſunt, & eos iudex ſi poteſt, debet intercipere, ſeu
62 inuoluere. Nam ſubtilitas quę vtilis eſt, & fructuoſa debet amplecti, l. 2. C. de comm. & mercat. & Iſern. in tit. de nat. feud. in fine, & quæ ingenioſa eſt, & veritatis demoſtratiua, l. cum acutiſſimi, C. de fideicōmiſ. l. vni. C. de prof. qui in vrb. lib. 11. cap. cappellanus, de fer. Quæ autem vana, & captioſa reſpuenda eſt, l. fina. C. de com
63 penſ. l. fina. C. de leg. l. 1. C. de nud. iur. qui. tolle. l. 1. C. vt actio.

actio. ab hære.& cont. hære. l. actio.ff.de negot.geſt. l. ſi ſeruum,§.ſequitur, ff. de verborũ oblig.l.ſicut.§.pen.ff.qui.mod. pign.vel hyp.ſol.l.fideiuſſor,§. quædam, ff.mand.l.penult. C. de leg.hæred.c.dilecti, de iudi.
64 Et ob id dicitur quod nimia ſubtilitate res ſubuerti non debet, l. ſi quis hæredem, in fine, C.de inſtit. & ſubſtit. l. penult. C.ad Trebell. de qua amplectenda aut vitanda plura congerunt Mar.Mant.rer.ſing.lib. 6.cap.133.& Viui.deciſ.Prou. 140. Hæc tamen facti veritas, nedum iudicis diligenti inquiſitione , & ſimulatis actibus percipitur, ſed ex tempore potiſſimum detegitur, quæ ſi aliquando latet, temporis tamen proceſſum tenebris in lucem
65 prodit , quam veteres Poetæ temporis filiam dixerunt,vt autor eſt Aul.Gelli.not.atti. lib. 12. cap.11. & à Plut. ſcriptum eſt in poblem.Rom.c.11. Ideo
66 antiquitus Romani aperto capite ſacra Saturno faciebant, qui cum tempus dicebatur, ea potiſsimum ratione , quoniam veritas, & ſi plerumque tecta, & incognita ſit , tempore tamẽ detegitur , & palã fit, & inquit Senec. lib. 2. de ira, quem refert Bouadil.in pol. lib. 3. c.7. nu.41.l. c. dandum ſemper eſt tempus , veritatem enim dies aperit , & pulchre de hoc Ferdin.Vaſq; illu.cont.in procem. num.39.& Aſini.in l.cum in diuerſis,nu. 17.& 20.ff. de relig. & ſumpt. funer. vbi etiam rationem reddit , quare antiquitus herculi ſacra faciẽtes,o perto capite extabant . Quam veritatem adeo ex tempore apparere certe putant,vt DD .noſtri affirmẽt,quod tempus pro veritate habetur,& inter ceteros Bal.in l.1.num.21. C.de fideicom.& in l.de quibus,num. 28.ff.de leg.& in l.1.C.de ſer-
68 uit.Immo tempus omnium rerum eſſe prudentiſsimum inquit auctorit.Thol. Mileſij Menoch.de arbi iudic. in procem. lib.2.
69 Quam veritatem vtinam iudices pro viribus inquirerent, & in iudicando ſeruarẽt, ſed hodie dici poteſt (prout doleo) illud Matt.cap.7. Non eſt in eis veritas,nec iudicium , ingreſsi enim ſunt conſtitutum,& iuramentum quod iurauerunt , & Iſay. cap.58. conuerſus eſt iudicium retrorſum , & iuſtitia longe

longe ſtetit, quia corruit in platea veritas, & equitas non potuit ingredi.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile, & Pontif. quærunt celerem finem litibus imponere, & in hoc publica vtilitas verſatur.*

2 *Inſtantia de iure ciuili triennij in ciuilibus, biennij in criminalibus impoſita eſt.*

3 *Sententia lata poſt inſtantiam peremptã eſt ipſo iure nulla.*

4 *Inſtantia in cauſa criminaliter perempta, nec poſt confeſſum poteſt condemnari, nec cauſa noua accuſatione reuiuiſci.*

5 *Inſtantia an procedat in Sacro Concilio, & circa eam quid ſeruatur hodie.*

6 *Inſtantia non ſeruatur in Reg. Cam. quia ibi agũtur cauſæ fiſcales.*

7 *Inſtantia de iure cano. in cauſis ciuilibus non eſt ſtatuta, ſed in criminalib. ſeruatur.*

8 *Inſtantia tempus conſenſu partium etiam cum iuramento non poteſt prorogari, aut ſi eſſet oppoſita pœna.*

9 *Inſtantia iudicij per ſtatutum breuiata, poteſt partium voluntate prorogari.*

10 *Appellãdi tempus conſenſu partium, nec compromiſſo poteſt differri.*

11 *Appellationis proſequendæ tempus, nec partium conſenſu differtur.*

12 *Perſcriptiones cum inuentæ ſint vt ſit litium finis pacto priuatorum, nec voluntate teſtatoris impediuntur.*

13 *Sentẽtia eſt ipſo iure nulla, quæ prorogat tẽpora appellationis.*

14 *Opinio communis Doctorum in conſulendo, & iudicando ſeruanda eſt.*

15 *Opinio cõmunis non eſt ſeruanda quando validiores rationes ſunt contra ipſam.*

16 *Appellationis proſequendæ tempus poteſt cõpromiſſo ſuſpẽdi.*

17 *Cõpromiſſum ante acceptationem non ſuſpendit tempus appellationis proſequendæ.*

18 *Compromiſſum factum in arbitrũ ſine tempore durat triennio in arbitratorem eſt perpetuum.*

19 *Appellationis proſequendæ tempus quare compromiſſo, & nõ partiũ voluntate ſuſpẽditur.*

20 *Voluntas & non euentus inſpicienda eſt.*

21 *Appellandi tẽpus, & proſequendi*

di poteſt cōſuetudine differri.

22 *Probationes ſi ſunt admiſſæ cō-tra rem iudicatam, & appa-rebit iniuſta poterit reuocari.*

23 *Inſtantia iudicij an curat im-pedito facto iudicis remiſſiue.*

24 *Prag. in hoc edita eſt, quæ pro-uidet quando inſtantia pe-tit, & quando non petit.*

25 *Verbum ipſo iure poſitum in le-gibus, producit effectum ſine iudicis miniſterio.*

2 *Pœna quæ infertur ipſo iure, tranſit ad hæredes.*

27 *Hæredes quomodo condemnan-tur, quándo pœna ad ipſos tranſit remiſſiue.*

28 *Hæredes in ſolutione pœnarum quæ ad ipſos trāſeunt, etiam nō confecto inuentario non te-nentur vltra vires hæredita-rias.*

29 *Pœna pecuniaria quæ pro deli-cto infertur, pertinet ad do-minum tempore delicti non ſententiæ.*

GLoſa 5. & cellerem exequutionem eius, &c.

1 Vt lites breuiores fierent fa-tis vtrūq; ius laborauit, l. pro-perandum, in princip. C. de iu-dit. l. quidam eximauerunt, ff. ſi certum petat. l. 2. in princip. ff. de aqua plu. arcen. l. fratris, C. de tranſact. l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. l. litibus, C. de agri. & cenſ. lib. 11. capit. finem litibus, de dolo, & cont. & cap. venerabilis, eod. cap. iur-gantium, & cap. conſtitutus, de re iudic. In quo publicam vtili-tatem verſari dixerunt Bartol. & Bald. in 1. conſtit. C. & Bald. in addi. Specul. tit. de appellat.

2 Ideo ius ciuile in cauſis crimi-nalibus finiendis biennij me-tam, in ciuilibus triennij præfi-xit, l. properandum, in princip. C. de iudit. l. fina. C. vt infra cert. temp. Idque etiam de Iu-re Regni, vt in Ritu Magnæ Curiæ 248. incip. item ſeruat ipſa curia. Quo tempore elap-ſo ſi fertur ſententia, eſt ipſo iure nulla, DD. in d. l. properan-

3 dum, & * communem teſtatur Iaſ. in §. rurſus, inſtit. de actio. & Vant. de nullit. cap. de nul-lit. ſenten. ex defect. iuris, num. 115. vbi ampliat etiam ſi per ſtatutum eſſet breuiata, quem ſequitur Ioan. Gutti. de iuram. confirm. par. 3. cap. 5. num. 12.

quam

quam iuditij inſtantiam dixe-
4 rũt, quo tempore elapſo omne
ius proſequendi perit. maxime
in criminalibus odio pęnarum,
ita vt poſtea confeſſus liberan
dus ſit. Præſ. de Franch. qui ita
iudicatum refert, deciſ. 653. &
ſequent. immo nec cauſa cri-
minalis perempta inſtantia, no
ua inquiſitione aut accuſatio-
ne inſtaurari poterit, capit. ple-
ne deciſ. 106. hodie tamen in
criminalibus numquam perit
inſtantia, & ſemper intelligitur
renouata quotiens opus fue-
rit, ex diſpoſ. nouiſſ. Pragmat.
ædite die 24. Octobr. 1605. in
tribunalibus exiſtentib. Neap.
quæ eſt vltima de offic. magiſt.
5 Iuſtit. Quod etiam in Sacro
Conſilio procedere dicit gloſ.
in §. hoc quoque aut vt ſponſ.
larg. & in §. ad hæc. auth. de
appell. & Afflict. deciſ. 283. ver
ſicu. ſecunda nullitas, ſeruatur
tamen hodie, quod ſi fuerit op
poſita hæc exceptio ante ſen-
tentiam, vel id aduerterent
Regius Conſiliarus non proce
dunt ad prolationem ipſius,
niſi facta prius inſufflatione
ſpiritus vitæ inſtantiæ peremp-
te, ſi vero non eſt oppoſita, nec
animaduertunt, & profertur
ſententia, & poſtea ſi obijcerē-
tur nulla habetur ratio, & ita
in pluribus cauſis ſeruatum, &
deciſum refert, Præſ. de Fran-
chis deciſ. 643. 4. part. Sed in
Reg. Cam. Summ. in cauſis pe-
ragendis nullum tempus ſtatu
tum eſt, cum ibi tractentur cau
ſæ fiſcales, in quibus non ſer-
uatur inſtantia iudicij, l. prope-
randum, circa princip. C. de iu
dit. & ideo in ea non datur lap-
ſus inſtantiæ, vt inquit Ioann.
Vincen. de Anna qui alios con
gerit ſing. 243. & ita ſeruari de
antiqua conſuetudine, teſtatur
Afflict. in conſtitut. Accuſato-
rem, in princip.

7 Sed lex pontificia in cauſis,
& litibus nullum tempus præ-
fixit, cap. venerabilis, vbi gloſſ.
& Doct. de iudic. in cap. vene-
rabilis, de dolo, & contum. &
* communem teſtantur Iaſ. in
dicta l. properandum, & Felin.
in cap. de cauſis, de off. deleg.
Verum in cauſis criminalibus
ſicuti de iure ciuili, ita etiam
perit inſtantia, & in hoc omnes
Doctores concordare inquit
Clar. recep. ſent. lib. 5. §. fin. q.
51. ver. alia etiam. Sed in ciui-
libus ex diſpoſitione Sac. Con
cil. Trident. ſeſſio. 24. cap. 20.
de

Digitized by Google

de reformat.præcipitur,vt omnes cauſæ ad forum eccleſiaſticum pertinentes quomodolibet.etiam ſi beneficiales ſint, omninò ſaltem infra biennium à die mote litis terminentur, alio qui poſt id ſpatium, liberum ſit partibus,vel alteri illarum Iudices ſuperiores, alias tamen competentes,adire, qui cauſam in eo ſtatu, quo fuerit aſſumat,& quam primum terminari curent, nec antea alijs committatur, nec auocetur,
8 quod etiam refert Ioan. Gutt. de iuramen. confirmat. part.3. capit.5. num. 6. Et ideo cum publica verſetur vtilitas, tempus inſtantiæ partium conſenſu prorogari non poteſt, gloſſ. & DD.communiter in d. l.properandum,gloſſ.in l. conſenſiſſe,in ver.inhabita, ff. de iudic. Bald.in l.quod ſi nolit, §.fin.ff. de ædilit.ædict. Alexand. conſ. 24 & conſ.137.volum.2.etiam cum iuramento Par. de ſindic. verſic.reſtat vnum, & Van. de nullit. cap.de nullit. ex defect. iuriſdict.nume.127. eamque opinionem teſtatur * communem, Couar. de pact.par.2.§.1. num.4. vel ſi eſſet appoſita pœna,Bart.in l.ſeius, & augerius, ff.ad leg.falcid. Felyn. in c.venerabilis, de re iudic. & Andr. Gail.lib.2.cam.imper. obſ.145.
9 num.7. Sed ſi eſſet breuiata per ſtatutum, tunc poterit vſque ad triennium prorogari,Saly.Alex. & Iaſ.in d.l.properandum, Canon.in c.de cauſis,de offi.deleg. & Minſing.cent.3.Cam.Imper. obſ.48.Nec appellandi tempus ea ratione,Bal.in aut.hodie,nu. 4.C.de appell.in auth.ei qui,C.
10 C.de temp.appel.in l.centurio, in fine,ff. de vulg.& pupill.Bart. in auth.ſi tamen, C.de temp.appel.Rom.in l.2.ff.de re iud.gloſ. in extrauag.ſuſcepti in ver. decem,de electio.neq; etiam com promiſſo, Guid.Pap.deciſ.115.
11 Item nec tempus ad proſequendam appellationem, gloſſ. in d.extrauaganti ſuſcepti, Bar. in auth. ſi tamen, C. de appell. Bald.in l.eos,in princip.C.eod. & * communem dicit, Viui.cõmu.opin.25.opin. & ea quoque ratione, cum perſcriptiones vi-
12 uente ſint,vt finis ſit litium, & in hoc publica verſatur vtilitas, partium conſenſu, nec diſpoſitione teſtatoris poſſunt impediri,Ferdin. Vaſq; illu. contro.lib. 2,capit.52. nume. 12. & Ioann. Gutti.qui hoc optime declarat, in l.nemo poteſt,num.468.ff.de leg.1.& dicit Ioan. Andr.in addit.Specul.tit, de appellat.verſ.
13 nunc breuiter,quod ſententia

quæ prorogat tempora appellationis, eſt ipſo iure nulla, & quamuis contrarium dicant Salyc.& Bald.in dicta auth.ei qui, & Guid. Pap.deciſ. 436. quæſt. 38.dicens ita etiam ſeruari in ea curia,& deciſum referat Theſaur. deciſ. pedam. 98. & deciſ. 244. Prima tamen opinio cum ſit communis, vt tempus ad proſequendam appellationem prorogari non poſſit, in iudicando
14 eſt conſulendo ſeruanda eſt, l. vni.ver.& ſanè,& ibi Bal.ff.de offic. quæſt.Innoc. in cap.ne initaris,de conſtitut. Bart.in l.fina. C.de pœna iudic.qui male iudi. & Bald.in l.1.ff.de ſenat.quamuis hæc opinio ſecunda pro qua iudicauit Senat.Pedam.magnæ ſit authoritatis Bald.in l.humanum,C.de leg. Abb.in cap.prudentiam,de offic. deleg. & Ripa reſpon.50.in fine, & plenè congerit de authoritate ſententiæ à collegio aut à pluribus DD.latè Menoch.de præſumpt.lib. 2.
15 præſumpt.71.num.9.Sed quando validiores ſunt rationes contra communem opinionem, cũ ſententiæ ponderandæ ſunt,potius quam numerandæ, l. 1. §. ſed neque,ff.de vet.iure connubia.quem tex.dicit ſingularem, Abb.in cap.capellanus, vbi optime.addit. de fer. poterit contra communem iudicari Bello cõſ. 70.nume.10. Menoch. de præſumpt. lib. 2.præſumpt.71.vbi num.24.& ſequen.congerit plures caſus in quibus poteſt à communi recedi,& nume.39.declarat quæ dicatur communis opinio.Gaſp.Theſaur.in conſil.poſt deciſ. Anton. Theſauri pat.57. num.10. & in conc.fuiſſe ſeruatum teſtatur Præſ.de Franc.deciſ. 30. Hoc tamen tempus appellationis proſequendæ,poteſt
16 compromiſſo ſuſpendi, auth. ſi tamen, & ibi Bald. C. de temp. appell.clem.quandiu,de appell. Ang.in l.3.§ geſta.ff.de his quæ in fraud.credit.Guid.Pap.d deciſ.11.in fine, & * communem eſſe DD.ſententiam partes non poſſe prorogare, ſed ſuſpendere per compromiſſum inſtantiam appellationis affirmat Io.Gutti, de iur.confirm.par.3. nume.15. & congerit alios Bouad. in polit.lib.3.cap.8.nume.198. lit.L, & quando incipiat currere compromiſſum declarat Præſ. de Franch.deciſ.354.& deciſ.626. & plene Sfo.Oddo. de reſtitu.in integ.par.2.q.71.artic.4.Quod
17 tamen non procedit ante acceptationem arbitrorum, cum eo tempore non ſuſpendit tempus proſequendi,Rom.ſing.679.Decius in c.ex ratione,de appellat.

Natta

Natta in clem.ſæpe, de verb.ſignif. Ioan.Vinc. de Anna ſing. 117.& * communem dicit Ant. Gab.recept.ſent.lib.2.tit.de arbitr.concluſ.4.num.2. & ita ſuſpendit, quod ſi fuerit factum
18 compromiſſum in arbitrum, ſine temporis præfinitione, quod niſi triennio elapſo, quo durat compromiſſum, Bal.in l.2.C.de diuer.reſcrip. Alexand. & Iaſ.in l.properandum, in princip.C.de iudic.& Ant. Gabr. loco prædicto num.14.tempus proſequendi non incipit, Guid.Pap deciſ. 240.Theſ. qui alios cōgerit deciſ.10.nume.4.& deciſ.244.nu. 6. Secus ſi eſt factam in arbitratorem cuius poteſtas cum triennio non pereat,ſed perpetua ſit, vt inquit Boer.qui concord.adducit deciſ.283.num.6.& *communem dicit Iaſ. in l. ſi quis arbitratu,num.24.ff.de verborum oblig.& Menoch.qui id optime declarat,de arbit.iudic. libro 1. quæſt.44. tempus proſequendi non ſuſpendit, Anch.conſ.284. vbi rationē reddit, & Menoch. de arbitr.iudic.lib.1. quæſt.22.
19 Nec tamen eam poſſint tacite partes compromiſſo differre, ita videatur poſſe expreſſe prorogare tempus proſequēdi,ſi quidem appellationis proſequendæ tempus expreſſe prorogātes, nil aliud efficiunt quàm tempus à iure ſtatutum in longius differunt,lites longiores,& expenſas maiores reddunt, contra iuris diſpoſitionem, qui vero compromittunt,hoc agunt, vt citius cauſam peragant, expenſis parcant, & appellationis cauſa ſublato odio amicorum opera fine m ſortiatur, quæ ſi iterum
20 curſu temporis, aut facto arbitri,ad iudicem redit, non euentus ſed partium voluntas ſpectanda eſt,l.1. l. ſi non conuitij, C.de iureiur. cum potuit etiam arbitri laudo terminari, ob qđ propter incertitudinem magis poteſt compromiſſum differre, argum.l.de fideicōmiſſo, C. de tranſact.& l. ſi pater puelle, C. de inoffi. teſtam. res autem non ab euentu, ſed ab initio ſpectanda eſt, l. ſed an vltro.in princip. ff.de neg.geſt. Nec quod euenit, ſed quid euenire poteſt intuendum eſt,l.ſi ea lege,C.de vſur.c.
21 in ciuitate, eod. Bene tamen vtrumque tempus appellandi, & proſequendi,poteſt conſuetudine differri, gloſ. in l. perſcriptione, quam ibi Bald.nume.16. dicit alibi non reperiri, C.ſi cōtra ius vel vtil. eamque etiam ſequuntur,& ſingularem dicũt, Angel. & Imol. in l.2. ff.de re iudic.& Angel. in l.diuina.in

ſiae, ff. de leg. Quæ appellationis fatalia ſeruantur etiam in Sacro Concilio, & in Reg. Collater. in cauſis reclamationum, vt affirmant, Pręſ. de Franch. deciſ. 646. part. 4. & Conſiliarius Rouit. in Pragmat. 1. num. 3. de appellat.

22 Id tamen quod dictum eſt tẽpus appellationis proſequendæ prorogari non poſſe; intelligendum eſt, ſi is qui ſententiæ executionem petit, excipiat de lapſu fatalium, cæterum ſi nihil obijciat, ſed patiatur apud iudicem appellationis procedi, & in appellatione probationes recipi. Nam iudex appellationis poterit de ea cognoſcere, & ſi ex probatis apparebit de iniuſtitia ſententiæ, etiam lapſis fatalibus poterit ipſam reuocare, ita notab. inquit Innoc. in cap. cum Bertoldus, nume. 4. ver. vel die quod licet, de ſent. & re iudic. in capit. cum dilectus, ver. ſi tamen, nume. 3. de reſcript. Bal. authoritate Innocent. in l. inlicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſ. Alb. in cap. cum contingat, nu. 9. de offic. deleg. Iaſ. in l. patre furioſo, nu. 22. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. vbi plura congerit, Afflict. in conſti. de defen. imponen. rubr. 15. num. 11. Decius in l. in ambiguis, §. non eſt nouum, ff. de regul. iur. Anton. Gabr. recept. ſentent. lib. 5. tit. de reſtitut. ſpol. concluſ. 1. num. 61. Miſing. cent. 6 obſeru. 49. & optimè declarat cent. 2. obſeru. 59. & Menoch. de præſump. lib. 2. præſumpt. 67. num. 53. Quod ita verum eſt, ſi non contradicendo tacitè conſentijt, ſecus ſi contradixit, cum nulla erit probatorum habenda ratio, vt format Deci. conſ. 84. quem refert, & teſtatur fuiſſe ſequutam Rot. Ianu. Flam. cart. deciſ. 115.

23 Nec eſt tamen omittendum, quod & ſi de iure commu. ſatis dubitabatur an Iudicis facto impedito proſequi cauſam danda ſit reſtitutio, vel tempus ipſo iure non curat, vt per Bart. & Bal. in auth. item ſi in appellatione, C. de appell. recip. per Luca de Penna, in l. 2. C. de nauf. lib. 10. per Cap. deci. 11. & per Felin. in cap. venerabilis, de iudic. & an requirebatur proteſtatio vnica vel trina. vt per Pari. de ſindic: in ver. inſtantia: Tamen ad tol-
24 lenda prædicta extat Pragmat. incip. inſtantia cauſæ, ſub tit. de iuſt. cau. non reſtit. quæ mandat inſtantiam cauſæ decurſam partis negligentia non reſtitui, niſi refectis expenſis, quæ autem facto iudicis, ipſo iure intelligatur reſtituta. Et tunc per iudicem

Digitized by Google

dicem ſtetiſſe intelligatur ſi proceſſus fuerit concluſus, & iudici præſentatus, per duos menſes antequam lapſa ſit inſtantia, cum proteſtatione quod procedat ad ipſius expeditionem, ex qua inquit Maran. in ſuo Spec. 5.par. nume.26. non eſſe hodie neceſſarium adire Sacrum Cõcilium pro inſufflatione ſpiritus inſtantiæ peremptæ, cuius etiam materiam optimè declarat Carau.ritu 248.quando eſt de cauſa facto iudicis, nam cum in ea Pragm. adſint ea verba ipſo iure intelligatur reſtituta, & reuiuiſcit ex diſpoſitione ipſius Pragm.ſine facto hominis, allegat gloſ.in l.iubemus, C.de ſacroſ.eccleſ. in l. in criminali, C. de iuriſd.omn.iudic.& in cap. 1.
25 de reſcript.in 6.Quibus & addi poſſunt, quod verba ipſo iure important iuris auxilium, ſine hominis miniſterio, l.ea quæ, C. fami.herciſ.l.quæ ſub conditione, §.fin.ff.de condit.inſtit.Bald. in l.2.C.in qui.cau.in integ.reſtit.& congerit alios Conſ. Maſtril.de iedul.c.23.num.21.cum ſeq. tuam in pœnalibus, l. fina. C.locat.l.palam, §. qui in adulterio, ff.de rit.nup.gloſ.in l.1.ff. de infami.Bald.in l.2. C.de eu nu.& in l.vni.nume.7. C.ne ex
26 dil. defunct. Et vbi pœna infertur ipſo iure, tranſit etiam ad hæredes, gloſ.in l.3.§.quod autem, ff. quod quiſque iur.Bart. in l.1.ff.de priuat.delict.Bald.in cap.1.§.inſuper, de prohi.alien. feu.per Feder.Abb. in cap.cum cauſam, de iuram.calum.in cap. fina.de donat. & Bald. in dicta l.vni.num.6. C.ne ex delict.defunct.Iaſ.in l.omnimodo, C. de inoffic.teſtam.deci optime conſil.138. Ferdin. Vaſque illuſtr. contro.cap.96.num.22.lib.3.& plene Andr.Gail. qui etiam dicit * communem, & rationem reddit, de pac. pub.lib.1.capit. 20.nume.18.cum ſeq. Et quan-
27 do, & quomodo in iſtis prius mortuo reo condemnantur hæredes, declarat optime Ozaſc. deci. 149. Theſ.vbi etiam Gaſp. Fili.in addit.deci.144.Iul.Clar. recept.ſentent.lib.5.§.fin. quæſtio.51.verſic.ſcias, Andr.Gail. de pac.pub.lib.1. cap.19. Ioan. Gutt.can.quæſt.lib.2.capit.18. nume.47.Proſp. Farinac. de inqui.quæſt.10.num.68. & Aſin. qui declarat qualiter agendum ſit contra hæredes, in l.1.nume. 88. ff. de relig. & ſumpt. fune. ſed in ſolutione iſtarum pœnarum hæredes etiam ſi inuentarium non confecerint, non tenentur vltra vires hæreditarias, vt inquit, & congerens alios com-

communem dicit Couar. variar. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 8. Proinde dicebat. Idem Ioann. Gutti. de tut. & cur. parte tertia quæſt. 24. numero 24. quod hæc pæna ad conductorem iuriſdictionis tempore delicti, non tempore condemnationis pertinet Quamuis ea ſit * communis opinio, vt indiſtinctè tempus delicti inſpiciatur, vt pluribus relatis teſtatur communem Tiraquell. de retract. conuent. §. 5. gloſa quarta nume. 22 Ioan. Gutti. qui etiam affirmat communem quamuis videatur in alia inclinare. de tut. & cur. part. 3. cap. 24. num. 17. & Præſ. de Franch. qui etiam ex Tiraq. dicit communem deciſ. 76. nu. 12. & qualiter prædicta pragm. practicetur in Sacro Conſilio ad notat Præſ. de Franch. deciſ. 643.

28

SVMMARIVM.

1 *Princeps debet ſubditorum commoda inueſtigare.*

2 *Verba ex certa ſcientia deliberationem arguunt, & tollunt omnem errorem.*

3 *Princeps poteſt errare, & obliuiſci, propter multitudinẽ negotiorum.*

4 *Eccleſia quæ eſt fidelium congregatio, errare non poteſt.*

5 *Diſputare non licet de potentia Principis, ſed de ſcientia, & voluntate.*

6 *Clauſula ex certa ſciẽtia, equiparatur clauſula nõ obſtante.*

7 *Clauſula ex certa ſcientia habet vim ſpecialis derogationis & equiparatur clauſulæ motu proprio.*

8 *Clauſula ex certa ſcientia, & clauſula motu proprio, ſe habent vt excedẽtia & exceſſa.*

9 *Clauſula ex certa ſcientia, habet vim clauſulæ de plenitudine poteſtatis.*

10 *Poteſtatis plenitudo nulli neceſſitati eſt ſubiecta.*

11 *Princeps in dubio præſumitur vti iure communi, non plenitudine poteſtatis.*

12 *Principis reſcripta, & priuilegia ſunt intelligenda cũ iuſtitia.*

13 *Papa dedit poteſtatem iudicibus non implendi mandata Sedis Apoſtolicæ ſi iniuſta viderentur.*

14 *Antig. Rex omnibus ſuis ciuitatibus ſcripſit, vt ſi aliquid iniuſtum mandaſſet, ei non obedirent.*

15 *Clauſula ex certa ſcientia nunquam intelligitur niſi ſpecialiter exprimatur.*

16 *Clauſula ex certa ſcientia effectus, qui ſint remiſſiuè.*

Gloſa

GLoſa 6. Ex cer
ta ſcientia, &
cæt. Ex his appa-
ret hoc cap.
fuiſſe nimis conſulto, & delibe-
ratè in gratiam ſubditorum con
ditum, cum Principis beniuo-
1 lentiæ ſit, ſubiectorum vtilita-
tem inueſtigare, & eorum com-
modis ſubuenire, l. imperialis,
& ibi Bal. C. de nupt. l. prouin-
tialium, C. de erog. milit. anno.
lib. 12. ea autem verba ex cer-
ta ſcientia in diſpoſitione prin-
cipis adiecta, plenam arguunt
2 deliberationem & omnem er-
rorem excludunt, cap. 1. vt ec-
cleſ. benef. Aleſ. conſ. 217. vol.
1. conſ. 15. vol. 5. Felyn. in cap.
nonnulli §. ſunt & alij, de re-
ſcrip. & Gram. conſ. ciuil. 110. &
3 conſ. 122. Nam princeps erra-
re poteſt, l. 3. cum gloſ. ff. de ſu-
pel. leg gloſ. in aut. de dep in fi-
ne, & in cap. 1. in ver. iudicaue-
rit, ſi de iuuſt. inter. domi. & va-
ſall. & etiam obliuiſci poteſt
propter negotiorum multitudi-
nem cap. cæterum cap. eam te
de reſcrip. Gemi. in cap. 1. de
conſt. in 6. Rip. in l. quod iuſſit
numer. 47. ff. de re iudi. & reſp.
4 174. nume. 8. Sed eccleſia quæ
dicitur congregatio fidelium
non poteſt errare, cap. a recta
fide 24. quæſt. 1. & glo. in cap.
quodcumq; in ver. reconcilia-
5 tur ead. quæſt. & cau. Non enim
de potentia principis agitur, de
qua non licet diſputare, l. diſpu-
tare, C. de diuer. reſcrip. l. ſacri-
legij, C. de crimi. ſacril. ſed de
ſcientia, & voluntate de qua li-
cet, l. ex facto: in princip. ff. de
vulg. & pup. Bald. optime in l. 1.
ff. de cōſt. princip. & plene And.
Gail. lib. 1. cam. imper. obſ. 14.
6 num. 6. & lib. 2. ob. 58. num. 7.
Quæ clauſula ex certa ſcientia,
etiam clauſulæ non obſtante
æquiparatur Bart. & Bald. in l.
idem Vulpianus, §. ſunt alij, ff.
de excuſ. tut. in l. imperialis §. 1.
C. de nup. & in prob. feud. gloſ.
in l. fina. C. ſi de cont. iuſ. vel
vtil. pub. Fely. in cap. nonnulli. §.
ſunt & illi. de reſcrip. & Rip. in
7 l. quo minus num. 34. ff. de flum.
immo habet vim ſpecialis dero-
gationis, Socc. Sen. conſil. 3. &
conſ. 63. vol. 3. Deci. conſ. 588.
nume. 3. Atque etiam clauſulæ
motu proprio ſimilis eſt, gloſ. in
cap. ſtatutu. in ver. literarum de
reſcrip. in 6. Socc. conſ. 3. vol. 8.
8 Felyn. in dicto cap. nonnulli, &
plene Deci. conſ. 137. volum. 1.
Quæ clauſulæ motu proprio, &
ex certa ſcientia habent ſe tam
quam excedentia, & exceſſa, vt
inquit Vital. in tract. clauſ. in
clau.

Digitized by Google

clau. motu proprio, in fine, qui allegat Spec.tit.de diſp.§.qua-
9 liter ver.debet.Nec nõ eamdem vim habet,ac ſi eſſet dictum,de plenitudine poteſtatis, glo.in c. 2.& in c. ad hoc de reſcrip. in l. eos in princip.& ibi Bal.c.de ap pel.in c.cum inter. & ibi Fel.de excep. Alex.conſ.16.1.vol.conſ. 120.vol.4. & plene Deci. conſ. 341.& conſ.516.Hæc tamen po
10 teſtatis plenitudo, nulli neceſſitati ſubiecta eſt, & nullius iuris publici regulis limitata,Bald.in l.2.nu.4.C.de ſeruit.& aqua.& Aug.in l.princeps ff.de leg.Qua re nunquã præſumendũ eſt velle principem vti, niſi expreſſerit,
11 ſed iure communi,vt dicunt Inno.in c.nouit.de iud.Abb. & Fely.in c. ad hæc. de reſcrip. & in c.illa quæſt.de elect.Bald.in l.ſi teſtamẽtũ C.de teſtam.& Aug. in l.bene a Zenone C. de quat. perſcrip.Proinde dicebat,Bald. in l.1.ff.de conſt.princip. & in l. 2.C.de leg. quod omnia reſcripta, & mandata principum in-
12 telliguntur eſſe cum iuſtitia, & quod dat & conformat intelligitur ſaluo iure alterius, & in generali conformatione ſolam iuſta videntur cõfirmata,& etiam inquit in l.1.nu.4.C. ſi propter pub.pænæ, quod Regis mandatum sẽper intelligitur ſalua lege municipali, & conſuetudine: quam allegat Menoc. de arbit, iud. lib.1.q.71.nu.11. ſequitur Iaſ.in l.ſi ſic legatum ff. de leg. 1.refert Conſ. Maſtril. de mag. part.1.lib.c.6.nu.87.& pulchre declarat Pet. Nunnez de exeq. mand.par.1.c.2.nu.14. circa finem Proinde ſum. Pontif.in c.ſi quando de reſcrip. dedit pote-
13 ſtatem iudicibus,non implendi mandata Sed. Apoſt. ſi illis videantur non iuſta dummodo referant cauſam, quare illa non adimpleuerint,& id ipſum iuſſit de alijs mandatis ſuperiorum,ſi iniuſta videantur in c.cum teneamur de preb.ſic etiam Imp.gra. val. & iud.in l.1.C. de pet.bon. ſubl.lib.10.sancren. addita ratione,ꝙ ſępe in nonnullis cauſis inuereduuda petẽtium inhiatione,principes conſtringuntur,vt non cõcedenda tribuant, & re-
14 fert quoq; plut. in App. Gre. Antro.3. ad ciuitates ſcripſiſſe, ſi quid contra leges per literas facere iuſſerit,ne ſibi tanq̃ ignaro pareant, idq; ẽt expreſſe decreto Ducis Subaudiæ cautum fuiſſe teſtatur Iaſ.in pręfat.deci. nu.24. ad quod plura notabilia congerit Conſ. Maſtril. de mag lib.3.cap.1.nume.80. cum ſeq. Quæ clauſula ex certa ſcientia nunquam intelligitur niſi in

lite-

literis exprimatur expreſſe glo. in cap. ſi motu proprio de reſcript. in 6. in c. ſi pluribus eod. & Bal. in l. coſ. nu. 2. c. de appel. quæ exprimitur in cap. paſtoralis de off. delega. in clem. 1. de iudic. & alibi ſępe,
16 & de ipſius viribus, & effectu, vide glo. in c. ex multiplici. de deci. in clem. ſi principalis de reſcrip. Bart. in l. quidã. §. codicilli ff. de iure cod. Bal. in l. coſ. in princip. C. de appell. Alex. in l. dari ff. de verb. oblig. in l. ſed ſi quis §. fina. ff. ſi quis caut. in l. fina. §. 1. ff. de cond. indeb. Cagno. in l. in totum ff. de reg. iur. Vital. in tract. clau. ex tota ſcientia, & omnium plene Ant. Gab. recep. ſent. lib. 4. tit. de clauſ. conclu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Volo verbum importat liberam voluntatem.*
2 *Volo verbum diſponit, & eſt fons omnium diſpoſitionum*
3 *Volo verbum importat mandatum, & præceptum.*
4 *Committere verbum importat iuriſdictionem tribuere.*
5 *Verba geminata promptam, & deliberatam arguunt voluntatem.*
6 *Mandare verbum ad iudicem relatum, iniungit neceſſitatem.*
7 *Preces ſuperiorum dicuntur armatæ, & inducunt iuſtum metum.*
8 *Verbum* idem *ad diuerſas perſonas relatum, diuerſam habet ſignificationem.*
9 *Verbum* poteſt *cum alio adiunctum neceſſitatem inducit.*
10 *Verbum* mox *omnino, vel modis omnibus etiam verbo futuro copulatis, importat nullitatem ipſo iure.*
11 *Verba* quæ *important nullitatem ipſo facto remiſſiue.*
12 *Verba geminata omnia comprehẽdunt, & habent vim clauſulæ motu proprio.*
13 *Verba geminata inducunt formam.*
14 *Autor dubitat in reg. cauſas ſummarias conſenſu partium, poſſe fieri ordinarias.*
15 *Iudex etiam conſenſu partium, non poteſt recedere ab eo quod pro forma eſt inductum.*
16 *Renunciari non poteſt etiam ei quod ſecundario pro vtilitate publica inductum eſt.*
17 *Geminatus actus vbi requiritur, non fit eodem tempore, ſed cum interuallo.*
17 *Delinquentes propter conſuetudinem delinquendi grauius puniuntur.*
19 *Fur propter plura furta etiam minima debet furca ſuſpendi.*
20 *Citandus tribus edictis non ſimul ſed cum interuallo temporis debet citari.*
21 *Intellectus ad legem quicunque C. de apoc. pub. lib. 10.*
22 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, & Velleiani quomodo tollatur.*

GLoſſa 7. Volumus vobiſq; committimus,& mandamus,&c.

1 Hoc verbo volumus tria inferuntur, primum, quod ex mera voluntate, proprioque motu, omnia fuerunt in preſenti cap. poſita, vt eſt natura huius verbi, Bar. in l. cum quidam ff. de leg. 2. & in conſt. Ad reprimendum in verb. videbitur, & probari videtur in l. fideicommiſſa §. quãquam ff. de leg. 3. & in l. fideicommiſſaria libertas la ſecõda ff. de fidei. libert.

2 Alterum cum in l. poſitum ſit, nedum diſponant, vt inquiunt Bart. Alex. & cæteri in l. ſerui electione, ff. de leg. 1. & Bal. Iaſ. in l. 1. C. de Sacro. Eccleſ. Immo ait Bal. in aut. ei qui iurat. num. 17. de bon. aut. iud. poſ. Quod verbum volo eſt fons, & radix omnium diſpoſitionum, & quando eſt in voluntate determinata, nec aliũ actum expoſtulat, diſponit, quam vocat egregiam doctrinam eamque ſemper ſibi placuiſſe inquit, Menoch. qui illã copioſiſſime exornat de arb. iud. lib. 2. ſen. 5. caſ. 496. nu. 1. & præcipiat clem. 1. §. volumus, vbi Card. de foro Cõpet.

3 & glo. in clem. 1. de off. Vic. Tertium quod ius nouum ſtatuat. glo. in cap. fina. de verb. ſigni. in 6. in clem. 1. de rer. permut. Abb. in cap. fina. qui ſint. leg. & in c. ex ratione de appell. vobis committimus:

4 quo verbo etiam iuriſdictionem tribuit l. 1. §. cum vrbem ff. de offi. preſ. vrbis l. nemo C. de iud. cap. vno delegatorum de off. deleg. & Iaſ. in l. a diuo Pio in principio, ff. de re iud. Et mandamus expreſſe: Adeo huius cap. Autor in gratiam ſubditorum affectabat, vt lites ſecundum Deum, & iuſtitiam citius finem acciperent, quod voluit omnia prædicta verba, volumus, committimus, & mandamus, ſociare, & gemi-

5 nare, ex quibus plena exuberans, & prompta eius voluntas perpenditur l. baliſta. ff. ad Treb. l. quinquaginta ff. de prob. & tolleret omnem contrariam interpretatione l. 1. in fine ff. de edil. edicto. Bart. in l. cum ſcimus C. de agricol. & cenſ. lib. 10. & Rip. reſp. 130. num. 18. Atque etiam cum primis illis verbis. volumus, & committimus, nouum ius ſtatuerat, & iuriſdictionem demandauerat, hoc verbo man-

6 dauerat, hoc verbo mandamus, cum a Principe ſit prolatum, & iudici directum, neceſ-

ceſſitatem impoſuit, glo. in l. 1. in verb. quemadmodum ff. quod iuſſu. & plura congerit, Dec. in rub. C. de mand. princ. inde etiam dicimus, quod preceſſuperiorũ inducũt metum, glo. in l. 1. C. ſi rect. profunt in cap. omnis in verb. coacte. 7. q. 1. Innoc. in c. peritio. de iure iur. & plene. Affl. deciſ. 69. nu. 5. & Bouadil. in polit. lib. 3. cap. x. nu. 11. quæ ſuperio-
7 rum preces dicuntur armatę, vt inquit Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 354. nu. 12. & cent. 5. 461. nu. 23. & Bal. in l. 2. C. connu. de leg. inſerit illa verba, eſt rogare ducum ſpecies violenta iubendi. Et idem verbum ad perſonas diuerſi generis relatum diuer-
8 ſam habet ſignificationem l. poteſtatis verbum ff. de verb. ſignifi. glo. in l. 2. ff. de offic. proconſ. & in l. 2. ff. de inof. teſtam. quod ex coniunctione aliorum etiam verborum factum eſt, nam & ſi verbum poteſt ad iudicem relatum importat voluntatem, l. ſæpe audiui Cæſarem ff. de off. prę. l. non quicquid ff. de iudi. Si ta-
9 tamen fuerit cum alio prolatum, vt poteſt, & debet, neceſſitatem inducit cap. 1. vt Eccleſ. benef. glo. in clem. 2. in verbo debet de ſtat. Mon. c. camerę. de reſcrip. l. prętor ait in princ. iuncta l. 1. ff. de eden. & dicit glo. in l. ſi ita ſtipulatus ff. de vſur. quod addictio operatur, vt verba coniuncta facerent, quod neutrum per ſe faceret, & Alex. conſ. 223. lib. 2. Et quod verbum futuri temporis non importat nullitatem ipſo iure, ſed per ſententiam glo. in l. iubemus C.
10 de Sacroſ. Eccleſ. ſi tamen fuerit additum verbum mox, omnino, aut modis omnibus importat nullitatem ipſo iure, glo. in aut. de inſe. nup. in princip. Bal. in l. 1. §. ſi pecu. ff. depoſ. Aug. in l. in criminal. C. de iuriſ. omni iudi. & Io. Gutt. de Iun. confirmat. par. 1. cap. 62. nu. 4. Quæ autem verba important nullitatem ipſo iure, & quæ per ſententiam, Vide plene Fel. in c. rodulfus num. 23. cum ſeq. de reſcrip. Tiraq. in l. ſi nunquã verſ. reuertatur C. de reuoc. donat. And. Giul. de pac. pub. lib. 2. cap. 3. & proſ. fur. de deli. & penis q. 19. num. 47. Et geminata verba omnia comprehẽdunt Bart. in l. 1. num. 14. C.
12 de ſacroſ. Eccl. & in reſcripto Principis habent vim clauſulę motu proprio, Bal. in l. nec

damnoſa C. de precib. imper.
13 off. & cum verbis geminatis procedendi modus præfixus ſit, pro forma dicitur traditus, glo. in c. vt circa in ver. omnia de elect. in 6.

Ex quibus dubitabilis redditur opinio glo. in clem. ſæpe de verb. ſignif. quam dicit notab. Iaſ. in l. ſi vnus §. pactus ne
14 peteret ff. de pactis cauſę ſummariæ, partium conſenſu poſſunt fieri ordinariæ, idque etiam in regno procedere, in quo cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ, teſtatur Mar. in ſuo ſpecu. 4. diſt. prim. memb. 9. in fine, & Carau. in hoc cap. inter. rit. M.C. nu. 288. Tum vt diximus, cum ordo ita procedendi pro forma traditus eſt, cui partium conſenſu renunciari nõ poteſt, l. 1. §. opus nouum ff. de noui. oper. enũc. & plene Bal. in l. quoties C. de ſuis. & legit. hær. Gui. Pap. deciſ. 216. Menoch. de arb. iudi. lib. 1. quæſt. 30. num. 6. & congerit alios Conſ. Rouit. in prag. 1. num. 20. de perſeq. malef. & formæ ommiſſio vitiat actum l. cum hi. §. ſi prętor ff. de tranſ. l. 1. C. de pręd.
15 curial. lib. 10. Atque cum verba ſint iudicibus directa, quibus normam ſummarie procedendi præfixit, etiam partibus volentibus ab ea recedere non poſſunt, c. cum in veteri de elect. Bal. in l. Barbarius ff. de offi. præſ. & cum publica verſatur vtilitas, vt lites citius terminentur, vt dicunt Bar. & Bal. in 1. conſt. C. de ei renun-
16 ciare non poſſunt, & ſi ſecundario reipublicę interſit l. attilicius ff. de pact. dot. & plene Iaſ. in l. nemo poteſt nu. 82. & in rep. nu. 113. ff. de leg. 1.

Quod tandem diximus verba geminata maximos effectus producere ea, tamen non ſuf-
17 ficiunt, vbi geminatus actus requiritur, cum ſatis non ſit ſimul fieri, ſed temporis requirit interuallũ glo. in l. ſi cõuenerit ff. de pigno. actio. in c. ab eo. in ver. inſtanter de appel. in 6. & Bal. in l. qui fidem. C. de non. pec. & per eam glo. in l. ſi conuenerit dicit Bal. in prohe. C. in fine, quod perſeuerãtia dicitur, dum quis pluries diuerſis temporibus confitetur, ita in delictis in quibus cum augeri pęna debet, propter cõſuetudinem delinquendi, l. 1. & ibi Bart. quod dicit notab. C. de ſuperexac. lib. 10. glo. 1. l. 1. ff. de iur. pat. glo. in l. ſi citatio. §. quod illicitè. ff. de pub. & Vect. Gram. deciſ. 16. & dicit

cit idem Bald. in l. quicunque C.de ſer. fug. quod inueterati malorum dierum mores, ſunt acrius puniendi, l. aut damnum §. quiſquis l. ſi diutius ff. de pœnis, & veniale peccatum propter frequentiam diſponit ad mortalem c. vnum cum glo. in ver. criminis 25. d. ſt. & Abb. in c. ſacriſ. de his quæ met. cau. &
19 proinde plura committẽs furta quãuis minima, debet furca ſuſpẽdi, prag. reg. incip. ac hoc vt noſtrorum, vbi niger plura congerit, tamen ſi eodem tempore fuerint facta, non dicuntur plura, vt durius puniatur; propter conſuetudinem delinquendi: ſed temporis requirit interuallum, Bal. in aut. ſed nouo iure nu. 5. C. de ſer. fugit. Bart. & Ang. in l. cum qui. §. idem dicit ff. de furt. Per
20 quam etiam glo. ipſe Bal. infert in cap. ex literis de conſt. quod dum quis eſt tribus edictis citandus, quod eodem tẽpore non ſufficit ter citari, ſed requiritur temporis interuallum, & quamuis qui Canonem per triennium ſoluit, præſumatur in præteritum ſemper ſoluiſſe l. quicunq; de apoc. pub. lib. 10. & glo. in l. 2. C. de iure
21 emphit. Si tamen pro triennio vnica vice ſoluerit, non præſumitur, retro ſoluiſſe, ſed requiritur temporis interuallum. Bal. in l. 2. C. de dot. promiſ. ſequitur Iaſ. in l. ſi certis annis C. de pac. & in l. 1. C. de fidei. & facit tex. in l. ſi triennio ff. de ſtat. lib. eamque lege procedere in ſolutione tantum trium annorum præcedentium coherentium tempori petitionis ſeruata ibidem opinione Bar. & Bal. teſtatur deciſ. Præſes de Fran. deciſ. 137. cuius etiam intellectum explicat cap. tol. cum addit. deciſ. 235. Miſing. ſent. 5. obſ. 39. Ant. Gab. recep. ſen. lib. 1. Tit. de præſump. concluſ. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 139. Andr. Fachi. contro. iur. lib. 13. cap. 89. & Io. Guttier. conſ. 19. nu. 19. ſic
22 ſecunda confeſſio exceptionẽ pecuniæ non numeratę excludit, ſic ex interuallo facta eſt, Bal. in l. cum vltra C. de non numer. pecu. Atque ſecunda interceſſio beneficium Velleia ni l. ſi mul. C. ad ſenatuſconſ. Velleia.

SVMMARIVM.

1 *Purum idem eſt, quod immaculatum, & ſine prauitate.*
2 *Iudicium cum omni puritate procedere debet.*
3 *Teſtis non debet mixtura mendacij ſuam*

Digitized by Google

ſuam depoſitionem corrumpere.
4 *Pura ſubſtantia dicitur, in qua es alienum non eſt admixtum.*
5 *Mera veritas eſt, in qua non eſt mixta falſitas.*
6 *Appellatio ſi eſt prohibita a mera interloquutoria non prohibetur ab habente vim diffinit.*
7 *Interloquutoria quæ ſunt, quæ habẽt vim diffinitiuæ remiſſiue.*

GLoſſa 8. Liqueat de pura ſubſtantia veritatis, &c. Pura id eſt immaculata, & ſine prauitate, l. ſi quemquam in principio, ibi puris hominũ mentibus C. de Epiſc. & cler. clem. vni. §. porro ibi, eãdem Eccleſiam, & fidem Catholicam pura fide conſeruet de iur. iur. c. fin. ibi quos decet puritatem omnimodam in ſuis obſeruare actibus, de pact. in 6. c. ſtatutum §. inſuper ibi cum omni puritate iudicium coram ipſo procedat de reſcrip. in 6. & in c. ſicut 1. quęſt. 3. ibi, ſit ſimplex ſine venalitate conſenſus, & pura præferatur electio, & dicitur etiam in c. pura. 3. quęſt. 9. quod pura, & ſimplex teſtimonij ſeries inſinuanda eſt, vbi glo. dicit, pura, ideſt ſine fraude, aut dolo, cum purum idem ſit, quod ſimplex, & ſine alterius qualitatis mixtura l. in his ff. de ſol. l. librorum §. caſſius ff. de leg. 3. §. ſi vero Auth. de nupt. Inde pura ſubſtantia dicitur, in qua ęs alienum non eſt ad mixtum l. fina. in ver. ſi vni. C. de repu. Et purus locus qui non ſanctus ſacer, aut religioſus eſt l. 2. §. 2. ff. de relig. & ſup. fune. & pura ſtipulatio vbi dies, & conditio non eſt appoſita §. 2. inſtit. de ver. oblig. atque etiam mera veritas, quæ non eſt falſitati commixta c. dilecti. c. qualiter, & & quãdo cum glo. de accuſat. nam merum. idem eſt quod purum glo. in §. vni inſt. de diuiſ. ſtip. ſic merum imperiũ, quod a mixto differt, quod de iuriſdictione participat l. imperium ff. de iuriſ. omnium iudi. Proinde dicit Ang. in l. ſtipulationum aliæ iudiciales in princip. ff. de ver. oblig. quod ſi ſtatuto caueatur, quod a mera interloquutoria non poſſit appellari, poterit tamen appellari ab interloquutoria, quã iudex pronunciat inſtrumentum eſſe exequendum, quia non eſt mera interloquutoria propter exequutionem, & habet vim diffinitiuę, refert, & ſequitur Aret. in dicto §. vnico de diuiſ. ſtipul. Quæ autem interloquutoriæ habent vim diffinitiuę,

Margin numbers, left column: 1 (beside "veritatis, &c."), 2 (beside "cedat de reſcrip."), 3 (beside "glo. dicit"); right column: 4 (beside "nupt."), 5 (beside "latio vbi dies"), 6 (beside "appellari"), 7 (beside "diuiſ. ſtipul.").

tiuè, declarat Anſ. ad cap. Toloſ. deciſ. 48. & And. Giul. lib. 1. cap. imper. obſ. 130. & 132. inde etiam dicitur merum factum, l. quj res §. mihi Romę. ff. de ſolut. merum ius gentium, l. bona fides in princ. ff. depoſ. mera pęna l. vni. in fin. ff. ſignif. non optem. mera interpetratio l. fina. C. de leg. mera fides l. omnium C. de teſtam. mera liberalitas c. ſtatutum §. in ſuper. de reſcrip. in 6. & mera veritas c. qualiter, & quando de accuſat.

SVMMARIVM.

1 *IVdex in iudicando ſemper debet Deum prae oculis habere.*

2 *Verba quod non poſſit excipi ex defectu omiſſa ſollemnitatis dummodo liqueat de pura ſubſtantia veritatis effecerũt cauſas ſummarias.*

3 *Leges duæ ſimul iuncta faciunt perfectam diſpoſitionem.*

4 *Geminatio literarum principis habet vim clauſula motu proprio.*

5 *Inſtrumenta duo coniuncta faciunt liquidam probationem.*

6 *Verbum futuri temporis geminatum importat nullitatem ipſo iure.*

7 *Geminatorum verborum effectus, qui ſint remiſſiue.*

8 *Iudex, qui rectè iudicat, Dei miniſter dicitur.*

9 *Principibus datus eſt gladius ad malorũ vindictã, & bonorũ cuſtodiã.*

10 *Iudicis oculus debet eſſe pudicus.*

11 *Caſtitas ſola cum fiducia poteſt Deo animas praſentare.*

12 *Officialium manus ne dum a lucro ſed oculi etiam a libidinoſo aſpectu debent eſſe continentes.*

13 *Luxurioſi, & libidine affecti, debent officio, & dignitate priuari.*

14 *Salomon vas ſapientiæ, mulierum contagio idolis templa conſtruxit.*

15 *Amor Puellarum ſubuertit rectum iudicum iudicium.*

16 *Iudex debet in mente habere duos ſales ſcilicet ſcientia, & bona conſcientia.*

17 *Iudex debet habere puram, & prouidam conſcientiam.*

18 *Iudex dicitur poſitus tamquam ſignum ad ſagittam.*

18 *Iudex non eſt crudelis, aut inhumanus, quia malos punit.*

20 *Iuſtitia rigor non eſt contrarius lenitati, & manſuetudini, quando oritur ex zelo erga Deum.*

21 *Delinquentes ſponte delicti pœnam ſubeunt.*

22 *Iudex puniendo reos, eis bonum pro malo reddit.*

23 *Melius eſt de miſericordia, quam de crudelitate reddere rationem.*

24 *Iudex, & ſi iuſtè procedat, ſi tamen id faciat auidus laudis humana, vel ſitiẽs ſanguinẽ grauiter peccat.*

25 *Iudicantem oportet cuncta rimari, & rerum ordinem plena inquiſitione diſcutere.*

26 *Notabile dictum Philippo Regi Maced. præcipitanter iudicanti.*

27 *Iudicum rectum iudicium quatuor euertunt, munera, & aurum potiſſimum.*

28 *Munera excecant oculos ſapientũ, & mutant verba iuſtorum.*

29 Cr-

Digitized by Google

29 *Ciceron. pulcra verba de auaritia officialium, & magiſtratum.*

30 *Auaritia eſt radix omnium malorum.*

31 *Caput dum dolet, cætera membra languent.*

32 *Iniuriæ inde naſci non debent, vnde iura expectantur.*

33 *Iudices venales pro paſtoribus agūt prædones, & pro cuſtodibus lupos.*

34 *Sapient. optima verba contra iniquos iudices.*

35 *Ignis eorum domos comburet, qui munera libenter accipiunt.*

36 *Veſp. Imper. homines rapaciſſimos elegit ad officia, quo locupletiores effectos condemnaret.*

37 *Iudex negligens in puniendo reos, punitur ſimilitudine ſupplicij.*

38 *Rex Carolus ſuſpendere fecit iudicem, qui pro homicidio impoſuit pœnam manus.*

39 *Leo Imp. quendam præfectum quod pro adulterio impunitū dimiſiſſet Senatorē, vita, & dignitate exuit.*

40 *Iudices iniqui antiquitus, etiam à Regibus Barbaris grauiſſimis pœnis afficiebantur.*

41 *Iudices Antiquitus ſuper corio dănati iudicis ſedebant, vt eius memoria ab iniquitatibus abſtinerēt.*

42 *Iudices ementes officia, præſumuntur habere animum malefaciendi, & indebite lucrandi.*

43 *Iudices qui emunt officia, non habent pro ſe illam bonam præſumptionem, quam habent boni iudices.*

44 *Iudices non reddunt gratis, quod magno ære mercati ſunt.*

45 *Alex. Seuer. Imper. dicebat, neceſſe eſt, vt qui emit vendat.*

46 *Prag. quæ prohibet emptionem officij, etiam de iure prohibet aſſictum actuario.*

47 *Timeri plus ſolet quod ſpecialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur.*

48 *Officiales qui officia deſiderant, ad ea non debent admitti.*

49 *Officia meritis, & bonis moribus, & non verbo ſunt petenda*

50 *Officialis proprio motu electus, tenetur tantum de leui culpa, ſed qui procurauit tenetur de leuiſſima.*

51 *Iuſtitia eſt ſubiectis vtilior, quam fertilitas temporis.*

52 *Officia Excellentiſſimus Comes de Lemos olim Prorex legūm peritis bona fama, et opinionis vltro conferebat.*

53 *Nouis morbis noua ſunt adhibenda remedia.*

Principes ſunt à Deo inſtituti non vt propria lucra quærant, ſed vt ſubditorum vtilitatem perquirant.

54 *Principes in nocte lucubrātur, vt ſubditi in pace conſiſtant, & in eorum pace, & tranquillitate delectantur.*

55 *Magiſtratus optimus melius eſt, q̃ proſit iniquæ legi, quàm improbus æquiſſima.*

56 *Iuſtitia remota regna ſunt latrocinia*

57 *Ciuitatis fundamenta magis in legibus, quam in mœnibus cōſiſtunt.*

58 *Delicta frequentia ſunt ſeuerè punienda.*

59 *Principes bene agunt, qui propter delictorum frequentiam grauiſſimam pœnam inducunt.*

60 *Peccatum veniale propter frequentiam*

Digitized by Google

tiam diſponit ad mortale.

61 *Iudices qui puras habent manus & a muneribus ſe abſtinent, habitant in excelſis, & magna fulgebunt gloria.*

GLoſſa 9. Solum Deum, & iuſtitiam præ oculis habendo, &c.

1 Ex quibus verbis, & ſi nihil noui iuris diſpoſitum videatur, ſed tantum iuris communis excitata diſpoſitio, quæ etiam cautum eſt, vt iudices in cauſis agendis ſolum Deum præ oculis habeant, vt in cap. inrefragabili de off. iud. ordi. in c. quoniam de iure patro. & in cap. 1. de re iud. in 6. tamen cũ alia verba precedant. Quod non poſſit excipi ex defectu omiſſæ ſollemnitatis, dummodo liqueat de pura ſubſtantia
2 veritatis, hæc cum illis copulata noue legis inducunt perfectam diſpoſitionem, & cauſas ciuiles efficiunt ſummarias, magis quam ſi dicerent ſummariæ ſimpliciter, & de plano, ita Ant. de But. in c. 2. de iura. calumniæ in cap. dilecti de re iud. Fel. in c. cum olim de accuſ. & refert & ſequitur Fab. Mont. de lit. arbit. par. 7. cap. Deum, & iuſtitiam ſolum. nu.
3 28. Sicuti ex coniunctione duarum legum optima fit diſpoſitio ad tuendam voluntatem teſtatoris l. gallus §. ille caſus ff. de lib. & poſt. glo. in in l. propexit ff. qui, & a quib. & Bart. in l. ſi aliquam rem. in fine ff. de acqu. poſs. & hoc argumento vtitur glo. in l. 1. in rer. occupat. ff. de ſer. Bal. in l. dominus §. perfideicommiſſum ff. de vſuf. in l. teſtium col. 7. c. de teſt. in l. nec damnoſa c. de preci imp. offer. vbi coniuncta ea lege cum l. 1. C. de pet. bon. ſublat lib. 10. dicit
4 illud notabile, quod geminatio literarum principis, & ſecunda iuſſio, habet vim clauſulæ, motu proprio, in l. ſi qua illuſtris nu. 3. c. ad orific. & in l. ſi hominem in fine, ff. mand. ſic etiam arguit Ang. in l. 1. num. 7. ff. de verb. oblig. in l. licet nu. 2. verſ. ſicuti geſta in l. ſi pater nu. 3. ff. de iud. in l. ſi voluntate C. de dot. prom. vbi ex glo. illius legis coniuncta l. ſic ita ſtipulatus la terza, §. ſi tibi nup. ff. de verb. oblig. dicit dici ſingulare illud, quod non eſt alibi, & Fel. etiam in c. cum cauſam de prob. & Iaſ. quoque ex duabus gloſſis copulatis in l. ſi idem §. 1. ver. 3. limita ff. de iuris omni iud. quẽ allegat Preſ. de Frãch. de. 556.

T nu.

5 nu. 10. ſicuti ex coniunctione duorum inſtrumentorum fit liquida probatio, Bal. in l. fina. C. de fal. cauſa leg. adire, & a priori, & poſteriori ſimul coniuncto infert quoque Bal. notabiliter ad deciſ. pulcre quæſtionis in l. multum intereſt. num. 2. c. ſi quis alt. vel ſibi. Nam verba geminata magis quam ſimplicia operantur l. baliſta ff. ad Senat. Treb. l. quinquaginta ff. de prob. & Bart. in l. cu fimus C. de agric. & cenſ. lib. 10. Proinde, & ſi verbum futuri temporis non importet nullitatem ipſo iure, ſed per ſententiam, glo. in l. iubemus quam vbique DD. ſequuntur C. de ſacroſ. Eccle. & in l. in criminali. C. de iur. om-
6 ni. iud. Si tamen fuerit geminatum importat nullitatem ipſo iure, Bal. in tit. de pac. conſt. in ver. omnia priuilegia, & ampliat effectum, vt etiam inquit in l. fructus nu. 5. C. de actio. emp. nec patitur reſtrictionem. Alciat. in l. 1. & 2. ff. de verb. ſignif. & plene Dec. conſ. 138. & verba geminata omnia comprehendunt Bart. in l. 1. in repet. num. 14. C. de ſacroſ. Eccleſ. Et eorum effectus congerunt Rom. in l. ſi vero §. de viro. ff. ſolu. mat. Marſ. conſ. 2. Iaſ. in §. in perſonam inſt. de actio. Fel. in c. nonulli de reſcrip. & Io. Lopez in rub. de donat. §. 17. vtinam iudices ſemper ante oculos mentis Deum haberent. nam a recto munere iudicandi non recederent, & ipſorum iudicium à vultu Dei prodiret cap. 1. in
8 princip. & Eccleſ. benef. Et qui recte iudicat, & malos punit, Dei miniſter in terris dicitur, c. nec ius 15. quæſt. 1. c. non ſolum 23. quæſt. 5. nam Deus omnipotens in correctione malorum placatur ca. ſi quos 23. quæſt. 4. nec maius ſacrificium Deo offerri poteſt, quam delinquentium punitio, c. quali. in fine. 23. q. 5. & inquit Caſtre. authoritate ſene. in l. proiunctarum C. de fer. non poteſt pinguior victima mactari Deo, quam reus iniquus: & Aug. etiam dicit in l. 1. §. non fuit ff. de dolo. malo. qui iniurias Dei infert, demoni amicus eſt. Et principibus gladius datus eſt, ad malorum vindictam, & bo-
9 norum laudem cap. poſtulaſti de homi. cuius iudicis oculus etiam debet eſſe pudicus cap. qui viderit 32. q. 5. Nam im-
10 pudicus oculus, impudici cordis eſt nuntius c. nec ſolo. iud. quæſt. & cauſ. c. his igitur 33. diſt.

diſt. Et dicitur Luc. cap. 11. lucerna corporis tui eſt oculus tuus, ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuũ
11 lucidum erit, nam ſola caſtitas cum fiducia poſſibilis eſt Deo animã præſentare, Ant. de ſen. in princip. glo. in c. cauſam in fine de prob. & Abb. in cap. veſtra. de cohab. cler. & mulie. quam pudor, & verecundia tuentur glo. in l. ita nobis C. de adult. & inquit Diu. Augu. de ciuit. Dei lib. 1. cap. 17. pudicitia eſt virtus, quæ comitẽ habet fortitudinem, & continentiæ ęquè bonum, vel melius reperiri non poteſt glo. in cap. 1. de vot. & vot. redempt.
12 Potiſſimum magiſtratum quorum manus nedum à pecunię lucro, ſed etiam oculi a libidinoſo aſpectu etiam continentes eſſe debent, vt dicit Val. Max. lib. 4. cap. 3. & eius authoritate glo. in cap. quorundam, in princip. de elect. in 6. quod refert, & plura continentiæ exempla affert, pet. Greg. Toloſ. de rep. lib. 8. cap. 5. per totum. Idque dixiſſe Periclem Athen. pretorem in Sophoclem collegam, videndã formoſum puerum attentius intuentem, & ob id eum increpantem, refert Iuſt. Lypſ. in monit. & exemp. polit. lib. 2. cap. 17. vbi quoque inſinuat antiquorum, & modernorum principũ multa caſtitatis exẽpla, qui iudices ex ſuſcepto officio, non licentiam peccandi, ſed bene viuendi neceſſitatem noſcant ſe eſſe aſſecutos, 40. diſtinc. in principio, & inquit Caſſio. Varr. lib. 6. c. 11. Non quia fiat homo alter honoribus, ſed quia modeſtior efficitur, a quo conuerſationis ordo melior poſtulatur. Nam
13 luxurioſi, & libidine affecti debent officio, & dignitate priuari. c. hi qui 15. q. 8. quo luxuriæ vitio, plures Reges fuiſſe interfectos, & à Regno eiectos, narrat Guliel. Bened. in c. Rainutius in verbo cuidam Petro nu. 69. cum ſeq. de teſta. & dicitur Eccleſ. c. 21. Audit luxurioſus ſapiens verbum, diſplicebit illi, & proijciet poſt dorſum ſuum, & Salomon vas ſapientiæ, aſſiduitate mulie-
14 rum, eo vſque productus eſt, vt qui Deo templum conſtruxerat aſſiduitate libidinis, & perfidiæ ſubtractus. Idolis templa conſtruere non timuit, vt dicitur in c. Salomon 32. q. 4. & in c. fina. 3. q. 7. & plene Illuſtriſ. Card. Bellar. de off. princ. lib. 1. cap. 13. & Xenoph. acom.

inquit, corporibus effeminatis, animi multo languidiores
efficiuntur, & infirmiores, im-
15 mo, & ſegniores, & amor puellarum ſubuertit rectum iudicium, Bal. in l. 2. §. & cum placuiſſet. ff. de orig. iur. & Cicer. quoque Tuſcal. lib. 4. etiam dicit omnibus, & animi perturbationibus, nulla profectò vehementior, quàm amor, de quo latè per Simon. de rep. lib. 6. cap. 8. & nihil eſt furore amoris vehementius, quem retinere philoſophiæ eſt perfectæ, inquit Imper. in Auth. quibus mo. natu. §. illud quoque, & Bal. in l. precibus, nu. 21. verſ. nam nil. C. de impub. & alijs ſubſt. & plura congerunt Boer. deciſ. 23. num. 75. cum ſequ. Menoc. de arb. iud. lib. 2. ſent. 4. caſ. 328. & Proſ. Far. de pænis temp. quæſt. 98. cau. 13. in
16 princip. In cuius mente etiam debent eſſe duo ſales, alter ſapientiæ, ne ſit inſipidus, alter bonæ conſcientiæ, ne ſit diabolicus, Bal. in l. 2. C. de ſent. ex breui recit. Iaſ. in l. rem non nouam C. de iud. & Peritiſſimus Conſil. Rouit. qui hoc dictum pluribus exornat, & notabilia congerit in rub. pragm. de Sale Vend. nub. 6. cum plu-
17 ribus ſeq. Qui puram, & prouidam debet habere conſcientiam c. cum contingat de reſcrip. & dicitur Sap. c. 6. & eius authoritate Iſer. in §. ſed ſi delator. nu. 46. quæ ſit cau. ben. animæ, & Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent, 4. caſ. 339. nu. 2, noli fieri iudex, niſi valeas virtu-
18 te interrumpere iniquitatem, & malignantium opera pertimeſcere non debet, quamuis dicatur poſitus tanquam ſignũ ad ſagittam, c. qualiter, & quãdo cl. 2. in ver. dicit de accuſ. Card. in c. vt debitus in fine de appel. Boer. deciſ. 222. nu. 3. Nam iuſtus iudex dum ſedet ſuper Tribunal, non aduerſabitur ei quicquam malignũ, Epiſtola inter claras C. de ſumma Trinit. Boer. in addit. de auth. mag. conſ. num. 104.
19 Nec iudex crudelis, & inhumanus eſt, quia malos iugulat, quamuis ipſum crudelem putant, cap. non eſt crudelis 23. quæſt. 5. cum non ipſe, ſed delictum eos puniat. l. palam §. at ſi deprehenſa. vbi Bal. ff. de rit. nup. glo. in l. cum probatio. ff. de prob. Bal. in l. fina. ff. de rer. diuiſ. in l. legis virtus ff. de leg. & in l. ſi quis teſtamento C. de fideico. liber. & inquit Illuſtriſs. Card. Bellar. de off. prin-
20 cip. lib. 1. cap. 10. Quod rigor iuſti-

Digitized by Google

iuſtitiæ non eſt contrarius ſanitati, & manſuetudini, quando naſcitur non ex crudelitate erga homines, ſed ex zelo erga Deum, & Moyſes, qui erat mitiſſimus ſuper omnes homines, tamen ex zelo honoris Dei iuſſit occidi multa hominum millia, qui vitulum aureũ adorabant, vt habet num. 12.
21 & Exod. 23. Nam delinquentes pænas delicti ſpontè, & voluntariè ſubeunt, l. imperatores, ff. de iur. fiſ. l. fin. C. ad leg. nil. maio. eamq; eſſe communem opinionem, teſtatur Fel. Vaſq; illas controu. lib. 1. cap. 26. nu. 24. caſque etiam affectare dicunt glo. in l. 1. §. beſtias in ver. honorari ff. de poſtul. & Bal. in l. 2. C. de in iuſ.
22 voc. Et iudex puniendo reos, dicitur eis bonum pro malo reddere, c. ſex differentiæ 23. quæſt. 3. ipſorum tamen miſereri debet, nam cum peccator ſit, in ſua culpa diſcat, qualiter aliorum miſereatur cap.
23 conſiderandum 50. Nam melius eſt propter miſericordiam, quam propter crudelitatem reddere rationem c. alligant. 26. quæſt. 7. & qui miſericordiam negant Deum negant, qui eſt miſericordia, & veritas c. omnis qui 7. quæſt. 1. dicitur in cap. omnis 45. diſtinctionis qui iuxte iudicat, ſtateram in manu geſtat in vtroque penſo iuſtitiam, & miſericordiam portat, ſed per iuſtitiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pænam, vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miſerationem indulgeat. Nec ex ira proferre ſententiam quamuis iuſtam, nam grauiter peccat,
24 c. ira ſæpe 11. quæſt. 3. facit l. obſeruandum ver. nec excandeſcere ff. de off. præſ. vel ſitiẽs ſanguinem humanum, aut auidus laudis humanæ, nam Dei miniſter non dicitur c. Epiſcopus ead. quæſt. & cau. l. reſpiciendum in princ. ff. de pæn.
25 Oportet enim iudicantẽ cuncta rimari, & rerum ordinem plena inquiſitione diſcutere, c. iudicantem 30. quæſt. 5. Hinc refert Iuſt. Lypſ. in monit. & exemp. polit. lib. 2. c. 9. monit. 4. quod dum Machetes quidã cauſam diceret apud Philipp. Reg. Maced. patrẽ Alex. Mag.
26 & parum attentus audiret, ac re non bene cognita præcipitanter condemnaſſet, & Machetes Macedonica libertate dixiſſet appello, idem Philipp. iratus, & miratus dixit, tu à

Rege

Rege ad quem appellas: cui Machetes ad te ipſum,inquit, ſed vigilãtem,& attentum,qui Philip. Re maturius perpenſa, iniuriam Macheti factã agnouit, & ſalua priori ſententia, litis terminationem ipſe a ſe
27 ipſo præſtitit, ſed rectum iudicum iudicium quatuor euertunt cap. 11. quæſt. 1. & munera, & aurum potiſſimum Eccleſ. cap. 28. & dicitur Exod, cap, 27. quod allegat quamuis corruptè Iaſ. in l. non dubium in princip. C. de teſtam. quod
28 munera excęcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum, & Pſalm. 25. in quorum manibus iniquitates ſunt eorum dextera plena eſt muneribus, & Cicero. pro Milo.
29 in Orat. affirmat, quod nullum officium tam ſanctum, & tam ſolemne eſt, quod auaritia contaminare, aut violare non valeat, & ſecundo offic. cap. quæ res admirationem mouet, his verbis loquitur. Maxime admirantur eum, qui pecunia non mouetur, quod iniquo viro proſpectum eſt, dignum ſpectatu arbitratur, & plura alia congerunt Afflict. in conſtit. Cordinig. in cap. item quod prædicti officiales numer. 35. & quamplurima Illuſtriſſimus Card. Bellar. de offic. princip. lib. primo cap. 19. qui cum iuſtitiæ veritatem vendunt, Chriſtum vendunt, qui veritas eſt, & ſimiles inde facti ſunt cap. ab-
30 ſit 11. quæſt. 2. Nam auaritia eſt radix omnium malorum Auth. ius iur. quo præſ. ab his in principio, cum ſpoliant ſubiectos quos tueri debent, l. illicitas §. ne potentiores ff. de officio præſ. & Gra.
31 deciſ. 104. & dum caput dolet, cætera membra languent, cap. ſunt, & cap. ex merito. 61 quæſt. prima, quibus conueniunt notabilia verba tex. in l. ſi quemquam C. de Epiſco. & cler. ibi quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidemus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat, quid denique cautum, aut ſecurum eſſe poterit, ſi ſanctitas incorrupta corrum-
32 patur. Nec debent inde iniuriç naſci, vnde iura expectantur, l. meminerint C. vnde vi l. 2. C. de indi. vid. toll. cap. qualiter, & quando il primo de accuſatio. cap. 2. 16. quæſt. 6. & inquit Bouad. in polit, lib. 3. cap. 3. nu. 35. vbi plura refert, quod venales iſti vrbium ſenatores, pro paſtoribus

ribus agunt prædones, & pro cuſtodibus Lupos, & pulcrè Alex. de alix. dier.genial. lib. 6. cap. 7. contra quos ita ex-
34 clamat Sapient. cap. 6. quoniam cum eſſetis miniſtri Regni illius, non rectè iudicaſtis, nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem Dei ambulaſtis, horrendum, & cito apparebit vobis, quoniam grauiſſimum iudiciũ fiet, in his qui præſunt, quod etiam refert, & alia adducit adhoc Illuſtriſſimus Card. Bellar. de offic. princip. lib. 1. cap. vltimo, & dicit Iob cap. 16. in fine, ignis eorum taberna-
35 cula deuorabit, qui munera libenter accipiunt, & Eſai. cap. 3. vę qui iuſtificatis impium præ muneribus, & qui manus ad iniquitatem extendit, totus mundus eſt ei obolus cap. quid dicam 14. quæſt. 4. & dicitur etiam Eſai. c. 33. quem allegat Ang. in l. nolumus C. de teſta. ſi prædabimini, cum prædam conſumpſeritis deprædabimini, cum fatigari deſinitis contendere, con-
36 tendimini, proinde Veſpaſ. Impera. Sueto. in eius vita cap. 16. procuratorum rapaciſſimum quemquam ad ampliora officia ex induſtria promouebat, quo lucupletiores mox condemnaret, quibus quidem pro ſponcijs dicebatur vti, quod quaſi, & ſiccos madefaceret, & exprimeret humen-
37 tes, & iudex negligens in puniendo malefactores punitur ſimilitudine ſupplitij, l. 1. C. de priuat. carcer. l. final. C. ad leg. iulia. de ni. l. chri-
38 ſtianos C. de pag. propterea Carolus primus Rex ſuſpendere fecit iudicem, qui pro homicidio impoſuit pænam manus, cum illum ſuſpendere debuiſſet Iſer. in tit. quæ ſunt reg. in ver. committentium, Afflict. in conſtit. pænam eorum num. 48. Nig. in cap. pridem Iul. Clar. recep. ſent. lib. 5. §. final. quęſt. 85. circa finem, & Menoch. de arbitr. iudi. lib. 1. quęſt. 96. num. 12. qui Rex. Carolus fuit valde ſeuerus, vt inquit Fab. Montel. de lit. arb. par. 2. num. 23.
39 & quidam præfectus cum fuiſſet apud Leonem Imperat. accuſatus ab homine tenuioris vitę, quod impunitum dimiſiſſet quendam ſenatorem, qui ipſius vxorem adulterauerat, eumdem vita, & dignitate exuit, vt refert Iuſt. Lypſ. in monition. & exemp. polit. l. ſecunda cap. nono.

Quod

Digitized by Google

Quod etiam iure diuino præceptum eſt, vt dicitur 3. Reg. cap. 20. Quia dereliquiſti hominem dignum morte de manu tua, erit anima ſua pro anima illius, & populus tuus, pro populo illius, de quo plene per Greg. Toloſ. de rep. lib. 10. c. 2. quod optime declarat Conſ. Rouit. in prag. 1. nu. 4. de pœn. Immo etiam iudex debet in impoſitione pænarum ordinē ſeruare, ita vt ſi condemnatus debet ſuſpendi, & ei manus amputari, quod primo debent manus amputari, & deinde ſuſpendi, Bar. & glo. in l. omnes C. de delat. lib. 10. & plene Pet. Nunnez. de exeq. mand, par. 1. cap. 15. num. 9. & Couar. qui etiam rationem reddit. Var. reſol. lib. 2. cap. 10. num. 9. dicens id etiam agendum, dum quis ad mortem dānatur, & quod ligatus trahatur per terram, vt primo trahi debeat, deinde ſuſpendi, quod tamen in amputatione manus, aut combuſtione, Bart. & ſequentium ſententiam inquit, nimis ſeueram, & crudelem; cum lenta mors, quæ tot cruciatibus affligit delinquentem, ſolet eum in blaſphemias, & ſalutis æternæ deſperationem inducere, exiſtimās apud Chriſtianos etiam ſententiam effugiendam, niſi criminis atroci-
40 tas aliud requirat. Et antiquitus iniqui iudices grauiſſimis pænis à Reg. quamuis barbaris, & infidelibus afficiebantur, nam quidam Rex Perſarum proprio nomine Cambiſes, ſed Regio Arthaxerſes dictus, qui fuit filius Ciri regis, vt dicit Nicol. de Lira ſuper Exod. cap. 2. is igitur Rex cuiuſdam mali iudicis pellem detractam ſellæ intendi, & in ea eius filium iudicaturum conſcēdere iuſſit, vt refert Val. Max. lib. 6. c. de ſeuerit. quem refert prædictus Nig. in cap. importuna. & in c. pridem, & exclamat: vtinam eſſent hodie prædicti Reges Carolus, & cambiſes, qui iniquos iudices excoriarent, & teſtatur etiam Ammi. Mar. Rer. geſt. lib. 23. in fine, & refert Aſin. in l. 2. §. & pænæ pecuniariæ nu. 47. ff. de relig. &
41 ſumpt. fune. quod olim iudices ſedebant ſuper corio iudicis damnati ob aliquam iniquitatem, & id, vt ea fortaſſe memoria ab alijs, quæ non iure fierent abſtinerent, & plura congerit Menoch. de arb. iud. lib. 2. ſent. 4. caſ. 342. ſed ſi
42 hactenus iudicum auaritia ingerit, quid erit hodie cum baronum

ronum

ronum emunt officia? ſic enim magis, atq; magis præſumitur habere animum malefaciendi, & indebitè lucrandi, §.1. auth. vt iud. ſine quo. ſuffra. Bart. in l. 2. C. de muli. lib. 11. & plura addit Folle. de cenſ. in ver. Nicolaus Epiſco. nu. 219. cum ſequ. & quamplurima ad hoc notatu digna cōgerit cōſ. Maſt. de mag. par. 1. lib. 1. cap. 20. nu. 37. cum ſeq. Et quamuis pro Iudice præſumatur, l. 2. C. de offi. ciuil. iudi. Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, num. 8. ff. de offi. proconſ. & plenè Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 85.
43 Non tamen præſumitur pro eo, ſi officium emerit, Caual. deciſ. 29. num. 10. par. 2. & deciſ. 28. num. 70. & Fab. de Anna in nouis addit. nu. 352. Nec etiā præſumitur in alijs, quę congerit Menoch. de præſump. lib. 2. præſumpt. 67. num. 9. cum ſequ. Qui ſacratiſſimum iuſtitiæ miniſterium mercari dicũtur, vt dicit his verbis Conſt. Reg. incip. Magiſtri Camerarij. Reddent ne gratis quod
44 magno ære mercati ſunt? qui ad honorem perducitur, iam in ipſa radice vitiatus, paratior eſt alijs vendere, quod ipſe emit, c. quibuſdam 1. q. 1. §. an certe, aut vt Iud. ſine quo. ſuff. nec dici poterit, gratis accepiſtis, gratis date. c. 2. de mag. & c. ſi quis, & c. res eccleſię. 1. q. 3. Hinc Alex. Seuer. Imper. dicere ſolebat, teſte Lamp. in
45 eius vita, neceſſe eſt, vt qui emit vendat, & vtinam id tantum, quod expenſum eſt, ſed aliquando triplum, aut duplũ à ſubiectis exigunt, vt dicit his verbis Iuſtinia. in auth. vt Iud. ſine quo. ſuff. in princip. verſ. quapropter, & Senec. de benef. lib. 1. c. 9. in fine, etiam dicit, nã prouincias ſpoliari, & nummariũ tribunal, audita vtrinq; licitatione addici, nō mirũ, qñ quę emeris, vendere ius gentiũ eſt, & plura de deteſtabili officiorũ venalitate congerit pet. Greg. Toloſ. de rep. lib. 4. c. 5. n. 27. & aliqua notabilia Bouad. in ſua polit. p. 1. c. 3. n. 13. & c. 14. nu. 17. Ob ꝙ de an. 1530. fuit ædita prag. quæ eſt quarta tit. de Baro. quæ vltra pęnã iuris communis, imponit pænã vnciarũ cētum Baronibus vendentibus officia, & emptoribus amiſſionis precij, & officij, & cũ poſtea officiales cōducebãt actuarios officiorum maiori pretio. Proinde de anno 1613. prolata eſt alia, quæ augens pęnam prioris etiam hoc prohibet ſub pę-

na, quæ & ſi ſuperflua videa-
46 tur, cum prima, quæ prohibebat venditionem officij, prohibebat virtualiter affictū actuariæ, quod dicebatur pretium, l. ſi ſterilis, §. ſi tibi. ff. de actio. emp. l. fundi partem, ff. de cont. emp. vbi Bal. dicit, quod ſi ſtatutum prohibet vendi funiculū vini vltra ſex denarios, & vendens vinum dicat, non vendam vinum, niſi emas caſtaneas, quod incidit in pęnā, quia pactum venditionis caſtanearum eſt pretium. Tamē prudentiſſime prolata eſt, vt magis terrorem incuteret, & ab his homines abſtinerent, quamuis in prima eſſet cōprę-
47 hēſum, nam plus timeri ſolet, quod ſpecialiter iniungitur, quam, quod generaliter imperatur, c. ſi aduerſus, de hæret. in 6. c. quamquam 23. diſtin. & glo. in c. vni. de inur. & dā. dato. Quæ nedum pretio, ſed nec precibus obtinenda ſunt, l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambit.
48 Immo qui ea ambit, & in eis importunè ſeingerit, vti ſuſpectus repellendus eſt, l. quę omnia, §. 1. ff. de procu. & arg. l. ex ſententia, ff. de lut. & l. vxori, §. 1. ff. de falſ. & dicit tex. in l. contra publicam, c. de re milit. lib. 12. quia honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad vnumquemq; conueniunt peruenire, eiuſq; inſignia, non ambitione, vel pretio, ſed viris probatæ vitæ ſunt deferenda, l. fina. C. ad leg. Iul. repet. Immo ſi vitæ eſſent probatæ, non ambitione, vel pretio ea deferri debent, cap. principatus, 1. quæſt. 1. Nam non poteſt Imperium flagitio quæſitum, cum bonis artibus exerceri, vt ſcribit Alex. de Alex. dierum geni lib. 3. c. 17. & quāplura notabilia ad hoc congerit Conſ. Maſt. de mag. par. 1. lib. 1. cap. 30. in princ. Current proinde ll. DD. ita iuſtę, & laudabiliter legalem hanc ſcientiam profiteri, ſolū Deum, & iuſtitiam præ oculis habentes, vt Principes, & Supremi Magiſtratus, laudis præconio eorum doctrinæ, & vitæ integritate impulſi, eis vltro officia conferant, & dum in minoribus bene ſe geſſerint, meritò ad maiora extollantur, vt dicitur in §. 1. Ant. de iudic. & inquit glo. in c. ſicut 1. q. 6. & clarius Bal. in l. barbarius in 3. lect. nu. 4. verſ. tertia ſolu-
40 tio. ff. de offi. preſ. Quod quis meritis, & bonis moribus, & non verbo debet petere dignitatem, quæ interpellant pro ho-

50 hominibus virtuoſis, immo qui officium procurauit ſtrictius obligatus eſt, nam tenetur etiã de leuiſſima culpa, ſecus ſi proprio motu principis eſſet electus, nam de leui tantum eſſet aſtrictus, Bal. in l. quæ fortuitis nu. 15. verſ. quod autem fuit, C. de pign. actio. & refert Affl. in conſt. occupatis rub. 92. idque eã ratione videtur, cum officium petenti conceſſum, ad eius vtilitatem datum videatur, non petenti, ſed vltro impartitum, ad vtilitatem concedentis, proinde diuerſimode tenentur l. contractus, & ibi Dec. Cagno. & cætera ff. de reg. iur. ſed de iure reg. licet viris literatis ſupplicare Regi pro obtinendo officium iudicandi, vt in conſt. iudices rub. 94. vbi id annotat Affl. nu. 6. quod bene fuit in hoc Regno ſeruatum ab aduentu Excellentiſſimi Comitis de Lemos filij, olim iuſtiſſimi Proregis, qui ſubiectorum, commodis inuigilans, optime ſciens illud Ariſt, ad Alex. quod refert Affict. in conſt. pacis cultum,
51 quod vtilior eſt iuſtitia ſubiectis, quam fertilitas temporis, vt vnicuique æqua lance ius ſuum tribueretur, imitatus Regem Ferdin. primum præuia ſecreta inquiſitione Iuriſper. huius reg. bona opinionis, & famæ, ipſis in dies pro ipſorum qualitate vltro officia condo-
52 nabat, ſperantes. Excellentiſſimos ſucceſſores hoc nedum tam pie, & vtiliter inſtitutum, ſed alia multa pro Dei ſeruitio, optima iuſtitiæ adminiſtratione, & ſubiectorum vtilitate pemeturos, vt quæ certa ſpe, & omnium expectatione exoptata ſunt, debitum ſortiantur effectum, quid proſunt
53 leges quotidie prolatæ, & tanquam nonis morbis, nona afferentes remedia, arg. l. 1. in princ. ff. de vent. ineſp. & l. de ætate, §. ex cauſa. ff. de inter. actio. quorsũ hi quibus a Deo populorum cura data eſt, voluntarios appetunt labores, vt ſubditis quietem præparent, Aut. vt diu. iuſ. in princ. & in
54 proh. 6. & in eorum pacis, & tranquillitatis commodis delectantur, quorum commoda dicuntur principis l. vni. in fin. C. de caduc. tollen. l. prouintialium, C. de erog milit anno. lib. 12. & inquit Caſſio. Var. lib. 2. epi. 29. regnantium eſt gloria, ſubditorum ocioſa trãquillitas, & lib. 5. epiſt. 29. quies ſuauiſſima populi, eſt diſpoſitio tranquilla region mi. pre-

conium probatur eſſe regnantium, dum magiſtratus legibus abutuntur. & venales proferuntur, ſi deſint qui eas exequutioni demandent, l. 2. §. poſt originem ff. de orig. iur. & dicitur prouerb. 11. vbi non eſt gubernator corruit populus, & inquit peritiſſimus Simo. de
55 rep. lib. 5. cap. 1. nu. 10. longè videtur optabilius eſſe, vt iniquæ legi præſit optimus magiſtratus, quã improbus æquiſſimæ, & pulcrè conſ. maſt. de mag. in præl. num. 19. & c. 1.
56 Nam remota iuſtitia regna ſunt latrocinia, vt inquit Diu. Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 4. cap. 4. & Ariſt. 4. polit. ait, ſicuti anima egreſſa e corpore corpus corruit, ita iuſtitia egreſſa de ciuitate, ciuitas corruit, & idem D. Augu. ibidem lib. 1. cap. 33. ait, non cenſebat Scipio Felicem eſſe rempub. ſtantibus mœnijs mẽtibus motibus, & inquit Bal. in l. 2. ver. poſtca ne diutius C. de orig.
57 iur. fundamentũ ciuitatis magis ſtare in legibus, quam in lapidibus ſiue muris, & pulcrè Mar. mant. rer. ſing. lib. 11. ca. 258. & Cicero quoque de leg. ita loquitur, nihil eſt tam apte ad iuis conditionemq; naturæ, quam lex, ſine qua nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominũ vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura, nec ipſe mundus poteſt, & Demo. contra Timo. ad fœlicitatem reipublicæ, & populi libertatem, in nulla re plus virium, & momenti eſt, quam legum authoritate, leges ſunt cauſa publicæ vtilitatis, & pulcrè, Frec. de ſuff. lib. 1. c. 3. & plenè per. Greg. Tol. de repu. lib. 10. cap. 5. cui morbo, qui in dies augetur, propter periculum velox eſt afferendum remedium l. 1. ff. de damno infec. Auth.
58 de def. ciuit. §. 1. quorum pæna propter frequentiam delictorum augeri debet, l. aut facta §. fina. l. capitalium §. famoſos ff. de pæn. l. famoſi ff. ad leg. iul. maieſt. & cum pluries mercati ſunt officia, propter conſuetudinem erit pæna alteranda, l. 1. & ibi Bart. & Ang. C. de ſuperefac. lib. 10. Bal. in l. ſi citatio. §. quod illicitè ff. de pub. & Vecti. in l. quicunq; nu. nu. 19. C. de ſer. fugit. Nig. qui plura congerit in clam vni. de vit. & hon. cler. Gram. dec. 16. Iul. Clar. reſcp. ſent. lib. 5. §. fina. quæſt. 84. & pleniſſimè proſp. far. de delic. & pæn. quæ. 29. per totam, & inquit Meno. de arb. iud. lib. 2. cent. 6. caſ.

59 575.rectè, & ſanè agere principes, qui ob alicuius delicti frequentiam, grauiſſimam inducunt pœnam, quod pulcrè declarat Addit. id Proſp. Far.
60 conſ.11.litera A. Ideo veniale peccatum propter frequentiam diſponit ad mortale cap. vnum verſ.criminis, vbi etiam glo. 25.diſt.& Abb.in c.ſacriſ. de his quæ met.cau.ſed qui officia ſine prætio obtinent, puris vtuntur manibus, & omni abſtinent acceptione,§.ſic igitur, Auth.vt iud.ſine quo ſuff. & in Aut. ius iur. quo. præſt.
61 ab his circa medium. Et beatus, qui excutit manus ab omni munere, nam hic in excelſis habitat cap. & ſi quæſtiones de Simo.c.qui rectæ 11.quæſt. 3.& inquit Ang. in auth. vt iud. ſine quo ſuff. §. oportet, ab omnibus relatus,vt teſtatur Conſ. Maſt.de mag.lib.6.cap. 8.nu.4.iudices ſi puras habent manus magna fulgent gloria, & Horat. lib. 4. ode 4.magnis laudibus extollit quẽdam Sollium incorruptum iudicem pulcris carminibus,quæ refert, & plura ad hoc notabilia congerit Menoc.de arb.lib.2.cẽt. 6.caſ.517.nu.2.cum ſeq.& inquit Plato lib. 6.de legib. quẽ refert Bouad. in ſua polit. lib. 3.c.1.nu.6. Poſt Deos immortales eis hominibus ſecundas, & honoris, & gloriæ ſedes deberi, qui publicè muneris magiſtratus gerunt, & egregiã ſua virtute, atq; induſtria, cæterorum vitia moderantur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula (non obſtantibus) quid importet remiſſiue, remouet omnia quæ directè, & indirectè obſtant.*

2 *(Quoquo modo) verbum importat viam directam, & indirectam.*

3 *(Quoquo modo) verbum tollit contraria cum clauſula non obſtante, quæ omnia tempore, & loco fuerunt oppoſita.*

4 *Clauſula teſtamenti,(volo hoc teſtamentum valere non obſtante alio quoquo modo per me facto) habet vim ſpecialis derogationis.*

5 *(Quoquomodo) verbum auget vim verborum quibus adÿcitur.*

6 *Hæres poteſt detrahere falcidiã a legato, & ſi teſtator ſub pœna mandauit ne moleſtet, niſi dixerit quoquomodo.*

7 *Quoquomodo iudicare comprehendit tam diffinitiuam ſententiam,quã interloquutoriam.*

8 *Legatum bonorum, quæ ſunt in domo, non includit venalia, niſi dixerit quoquomodo ſunt.*

9 ***Feudum conceſſum alicui, & quibuſcunque hæredibus in eo ſuccedunt tam filÿ, quam extranei hæredes.***

10 ***Feudum conceſſum pro ſe, & ſuis hæ-***

Digitized by Google

hæredibus quibuſcunque venit in reſtitutione fideicommiſſi, & ſuccedunt clerici ſeculares, & regulares, ſi eorum religio eſt capax bonorum in generali.

11 *Euitionem pro..ittens (quoquo modo) tenetur etiam ſi euenerit culpa emptoris aut iniuria iudicis.*

12 *Banditum occidens odio priuato punitur, niſi ſtatutum id permiſerit quomodocunq; occidatur.*

13 *Sententiæ promittens parere poteſt appellare, niſi dixerit quomodocunque fuerit lata.*

14 *Sententiæ promittens qualitercunque fuerit lata parere tenetur parere, etiam ſi fertur perempta inſtantia.*

15 *Summittens ſe gratiæ alicuius, intelligitur ſi iuſtè fuerit arbitratus*

16 *Laudum ſeruare promittens, non tenetur ſi fuerit enormiſſime læſus.*

17 *Euictionem ſimpliciter promittens, non tenetur quando emptoris culpa ſequuta eſt.*

18 *Colonum non expellere promittens, poterit ipſum expellere ſi eius culpa ſit.*

19 *Appellandi libera poteſtas ſi datur alicui. poteſt appellare in caſibus a iure prohibitis.*

20 *Actio alicui non eſt danda, eius quod ſua culpa euenit.*

21 *Dolus in quacunq; generali remiſſione intelligitur exceptus.*

22 *Dolus ideo non poteſt remitti quia datur materia delinquendi.*

23 *Tutori ſi eſt relicta liberatio, tenetur tamen de eo quod dolosè geſſit.*

24 *Rationes pluries reuiſæ, & calculata etiam cum liberatione, iterum reuidendæ ſunt, ſi dolus arguitur.*

25 *Dolus ne dum ex coniecturis præſumitur, ſed etiam ex enormiſſima læſione.*

26 *Promittens ſub pœna, quod aliquis ſeruet tranſactionem, non tenetur ſi is non ſeruat quia eſt enormiſſe læſus.*

GLoſſa x. Aliquibus ll. ſiue Conſt. nõ obſtantibus quoquomodo) Ne dum ex illis verbis ex certa ſcientia, vt dictum eſt glo. ſexta, apparet hoc cap. fuiſſe conſulto, & deliberate nimis in gratiam ſubditorum conditum, ſed ex his etiam conſtat, authorem ſatis affectaſſe ipſius exequtionem, cum nec dum ſubiecit clauſulam, aliquibus ll. & conſt. non obſtantibus, quia remouet contraria, quæ poſuiſſet eius effectum impe-
1 dire, cuius clauſ. vires adnotãt glo. in l. fina. C. ſi cent. iul. vel vtilit. Bart. in l. fina. C. de ſent. paſs. & reſt. in l. 1. C. de per. bon. ſub lib. 10. & in Conſt. ad reprimendum in ver. non obſtantibus Bal. in l. reſcripta C. de præc. imper. offer. in l. humanum in princip. verſ. tertio nota C. de leg. Ang. & Imol. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Iſer. tit. ſi de feu. fuer. contro. in

in ver.naturales, Alex. in l.ex facto ff. de vulg. & pupil. in l. 3. §. ſi is pro quo ff.quod quis iur.Iaſ.in l.fina.C. ſi contr.viſ. vel vtilit.pub.in l.ſed & ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis caut. in l. actione C.de tranſact.Vital. in clauſul.nõ obſtantibus, plene Rip. in c. ſicut Romana.de reſcrip. And. Gail. lib. 1. obſ. 18. & Ioan. Gutt. in l. nemo poteſt num.157.cum pluribus ſeq. ff.de leg. 1. ſed etiam ad-
2 didit verbum quoquomodo, quo tolluntur omnia, quæ nedum directè, immo indirectè, pręſenti diſpoſitioni eſſent impedimento, glo. in clem. 2.in verb. quomodolibet de ſent. excom. in clem. vni.de renunciat.in cap. indemnitatibus de elect. in 6. & Ripa. reſp. 130. quod etiam efficit,vt nulla via, aut actione voluntas authoris impediatur glo.in l. ſi cum exceptione §. quatenus in verb. quoquomodo ff. quod met. can. in l. final. in fine,C. de ord. iud. & in cap. cum non deceat in fin. de elect.in 6.ſed
3 etiam remouet contraria,quæ quocunque loco, & tempore fuerint oppoſita glo. in l. 1. §. aduocatos in verb. quoquo.ff. de var.extraord. cog. & demũ tollit omnia, quæ quocunque via, aut modo poterunt præſenti diſpoſitioni aduerſari, l. 1. ff. de mil. teſta. facit tex. in l.qui cõtra, vbi etiam hoc verbum reperitur C. de inceſt. nup. in l. ſeruitutes §.penul.ff. de ſer. verb.præd.in l. ſolutionis verbum ff. de ſolut. in l. 2. ff.de pac. dot. in l. nemini in fine C. de Epiſ. aud.in l. 1. C. vt nem. ſic in empt.ſpe.lib.10. in l. 4. ff. ne quis eum qui in iuſ. & in clem. vni. de vſur. ꝙ verbum(quoquomodo)eſt vniuerſale glo.in l. cum eſſent §. 1. in verb.(quoquomodo)ff.de inſt. præd. & in l. ita vulneratus in princip. in ver. quolibet ff. ad l. aquil. & prægans, denotans exuberantem voluntatem, Dec. conſ. 137. & refert Conſ. Rouit. in prag. 4. num. 38. de poſs. non hab.proinde dicunt Couar. in rubr. de reſt. par.2.nu.19.Mant.de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 8. nu. 2. & Menoch. de præſump.lib. 4. præſ. 166. nu. ſi, quod ſi teſtator conficiens teſtamentum dicat, volo hoc teſtamentum valere, non obſtante alio teſtamento quoquomodo per me facto, quod hæc verba habent vim ſpecialis renunciationis derogationis, ad præcedens teſtamentum continens

cia-

ſpecialem derogationem ad
5 futura. Et auget vim verborum, quibus adijcitur. Ita vt admiſſus ad probandũ quoquomodo poterit, producere etiam teſtes viles, & criminoſus, glo. in cap. ad noſtram de prob. & ideo ſi teſtator mandat hæredi, quod vxorem in rebus ſibi legatis ſub pæna nõ moleſtet, quod præceptũ validum eſt, Bart. in l. filius familias, ff. de hæred. inſtit. ſi ex cauſa iuſta eam moleſtet, in pænam non incidit, vt inquit Bald. in l. vni. nu. 47. C. de his, quæ pæn. nom. veluti ſi vult detrahere falcidiam, vt dicit Imol. in d. l. filius familias, & Couar. in cap. Rainaldus, §. 1. num. 8. de teſt. vel ſi vxori vſufructuariæ remiſerit ſub pęna confectionem inuentarij, hæres petendo bona deſcribi in pænam non incidit, cum alias fideiuſſio concipi non poteſt, Surd. deciſ. 194. nu. 5. & de alim. tit. 9. quæſt. 26. Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 38. nu. 4. & 5. & lib. 5. præſ. 137.
6 nu. 10. Si tamen dixerit, quod hæres, quoquomodo vxorem in rebus ſibi relictis non moleſtet, ſunt videtur prohibitus eam moleſtare, ſiue pro falcidia, ſiue pro legitima, aut alio iure ſibi competenti, ita Socc. iunior conſ. 113. nu. 28. quod refert, & declarat Pereg. de fideicom. art. 35. num. 5. & 6. & quamuis verbum iudicare importet ſententiam diffinitam l. in ciuile ff. de leg. l. prætor. l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic.
7 ſi tamen fuerit dictum quoquomodo iudicare, importat tam diffinitiuam, quam interloqutoriam, glo. in cap. omnipotens Deus, 2. quæſt. 1. ſic etiam licet teſtator reliquat vxori omnia bona, quæ habet in domo, non veniant venalia, l. generali §. vxori ff. de vſuf.
8 leg. ſi tamen dixerit omnia, quæ quoquomodo habet, includuntur etiam venalia, Bart. in d. §. vxori Iaſ. in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. noni. nunciat. & Euerar. qui plura congerit de loc. legal. loco à locut. gemi. cuius §. vxori intellectum pleniſſimè explicat Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 5. &
9 feudum quamuis non tranſeat ad hæredes extraneos c. vni. de ſucc. feud. ſi. tamen fuerit conceſſum pro ſe, & ſuis quibuſcunque hæredibus, propter illud verbum quibuſcunque quod eſt generale, ſuccedunt in eo etiam extranei hæredes, Bal. in cap. Imperiam de proh. feud.

Digitized by Google

feu. alien. in l. 1. quæſt. 34. ff. de rer. diuiſ. Alex. in l. etiam num. 5. ff. ſolu. matr. Clar. recep. ſent. lib. 4. §. feudum. quæſt. 9. congerit alios, & cõmunem dicit Rip. in l. ex facto §. fin. num. 16. ff. ad Treb. & etiam communem And. Fach. Curt. iun. lib. 7. c. 6. & Mant. quoq; de coniect. vlti. volun. lib. 9. tit. 12. n. 14. Sic etiam licet feudum non veniat in reſtitutione fideicommiſſi, cum iure hæreditario nõ habetur, ex iudicio teſtatoris, ſed ex beneficio domini concedentis, cap. 1. de ſucc. feud. cap. 1. an agna. vel filij, Bart. in l. ſi patroni num. 3. ff. ad Trebel. & Angel. conſ. 287. ſi tamen fuit cõceſſum ſibi, & quibuſq; hæredibus, erit fideicommiſſa-
10 rio reſtituendum, Bal. in l. cũ virum. nu. 21. C. de fideicom. Alex. in d. l. ſi patroni nu. 14. & communem dicit Socc. iun. conſ. 72. nu. 22. & 23. vol. 1. & Pereg. qui congerit alios, & pulcrè declarat de fideicom. art. 6. num. 18. cum ſequent. Et amplius ſi ita eſt conceſsũ, admittuntur clerici tam ſæculares, quam regulares, ſi eorũ religio capax eſt bonorum in generali, & poterunt ſeruire per ſubſtitutum, Soccin. ſen. conſ. 252. vol. 2. Iacob. in. inueſt. feud. in verb. quibuſcunq; num. 4. & Menoch. qui alios congerit, & communem teſtatur de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 231. nu. 43. Atq; etiam promittens euictionem, quamuis non teneatur, ſi euenerit imperitia iudicis, contumacia partis, & arbitris ſentẽtia, l. ſi per imprudentiam, l. ſi ideo, l. ſi dictum, §. 1. ff. de euict. l. emptor, C. eodem.
21 Si tamen promiſſa eſt quomodocunq; euenerit, tenetur ẽt ſi ex prædictis cauſis fuerit ſequuta, glo. in l. cum pena, ff. de arbitr. & eius authoritate Aret. in §. fin. inſt. de emp. & vendit. & dicit Vern. quod dictam glo. ſolebat ad hoc allegare doctor ſuus caut. 98. Et ſtatutum mandans, quod homicida decapitetur, quamuis intelligi debet ſi id doloſe egerit, vt dicunt Bal. Caſtr. & cæteri in l. 3. C. ex qui. cauſ. infa. irrog. Si tamen ſtatutum dixerit quomodocunq; fuerit factum, compræhendit etiam homicidium culpa cõmiſſum, Sali. in l. 2. C. de noxal. actio. Caſ. in l. 1. num. 20. ff. de leg. Bello. conſ. 8. nu. 10. & congerit alios Menoch. de Arbit. Iudi. lib. 2. caſ. 324. in fine.

Sic quoque banditus, qui per ſtatutum poteſt impunè occidi, ſi aliquis ipſum occidat nō zelo iuſtitiæ, ſed priuato odio, puniri debet, Bart. in l. nulla, C. de delat. lib. 10. Bald. in l. decuriones, C. de infam. & Feli. in cap. ſi perfodiens, in princip. de homic. Si tamen ſtatutum permittat quomodocumq; occidatur, tunc etiam
12 priuata vindicta occidi impunè poterit. Menoch. plura ad hoc adducens de arbitr. Iud. lib. 1. quæſt. 6. num. 48. Proſp. Far. qui de communi teſtatur de var. & diuer. crim. quæſt. 203. nu. 204. Ferd. Vaſq. illu. cont. lib. 1. cap. 36. num. 5. Cap. deciſ. 80. & cap. de baro. prag. 3. num. 16. cum ſeq. & facit glo. in l. promittendo in verſ. conditionis ff. de Iure dot. Et promittēs ſtare ſententiæ, aut mandatis alicuius parere, ſi grauatus ſit quāuis poſſit appellare, nam intelligitur ſi iuſtè vindicauerit, vel arbitratus fuerit, l. ſi libertus, ff. de oper. libert. l. ſi quid venditor, ff. de edil. edict. cap. expoſita, cum glo. de arb. & glo. in l. penul.
13 ff. eod. Sed ſi dixerit quomodocumque vindicauerit, vel arbitratus fuerit, non poterit appellare, glo. & Bal. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pact. quam glo. dicit ſolemnem, & cōmuniter approbatam Iaſ. in l. ſi conuenerit, in fine, ff. de re iud. Ex qua glo. etiam infert. Ioa. Gutt. de iur. confirmat. par. 3. cap. 5. num. 19. quod quamuis ſententia lata perempta inſtantia ſit nulla, vt dicunt communiter DD. in l. properandum C.
14 de iudic. ſi tamen partes promiſerunt ſtare ſententiæ qualiſcunque fuerit, & proferetur perempta inſtantia, ſi non valet in vim ſententiæ, valebit in vim pacti, l. 2. c. cōmu. vtri. iud. & inquit Franç. de Conit. in ſuo compendio, rub. de ſent. & exeq. quæſt. 5. in fine, quod in d. l. 2. eſt caſus, quod ſententia nulla poteſt conſenſu partium conualidari, & per eum tex. in d. l. ſi libertus inquit Inno. in cap. veniens de
15 renunciat. quod, qui ſe remittit gratiæ, & miſericordiæ alicuius, intelligitur ſecundum quod bonus vir arbitraretur, quem ſequitur, quamuis corruptè ipſum allegat Ang. in l. ſi cui. ff. de ſeruit. & ita quoque per eandem l. ſi libertus, firmat Ioa. Fab. in §. pretium, verſ. procedunt, iuſt. de empt. & vendit. Guid. Pap. dec. 495 & ple-

Digitized by Google

& plenè Alex. conſ. 70.vol.1.
Ex qua etiam dicit Rip. reſp.
16 138. nu.10. quod ſi quis cum
iuramento promittit ſeruare
laudum,quod ſi fuerit enormi-
ter læſus,nõ tenetur ſtare lau-
do, & idem Bart. in l. duo ſo-
cietatem, §. arbitrorum,num.
30.ff. pro ſoc. & plura alia no-
tabilia ex d.l. ſi libertus, con-
gerit Ioa. Gutt. de iur. confir.
par. 1. cap. 37.nu. 14. & ſeq.
Quæ autem de euictione dixi-
mus, non ita generaliter vera
eſſe exiſtimo,nam & ſi promiſ-
ſa fuerit, quomodocunq; eue-
17 nient, non tamen committi-
tur, ſi facto emptoris ſequatur
l. fundum meum, ff. de euic.l.
licet ff. de dot. præleg. & Co-
uar.qui id pulcrè declarat var.
reſol. lib. 3.cap.17.nu.7. cum
ſequ. aut culpa, vel contuma-
cia partis, l. quæro, §.inter lo-
18 catorem, ff. locat.vbi promiſ-
ſio,de non expellendo condu-
ctorem non intelligitur quan-
do eius culpa fit,& pactum de
non exhæredando filium, non
includit caſum, quando eius
facto exhæredatur, l. quidam
cum filium,verſ.ſed videamus,
ff. de verb. oblig. & facit tex.
in l. qui in ſolam §. ff. locat. in
l. venditores, ſecundum vnum
intellect. ff. de verb. oblig. &
quæ notat Bal. in l.penult. C.
de naut. feri. & plura conge-
rit Feli. in cap. cauſam quæſt.
de reſcrip.eamque glo. in d. l.
cum pæna. declarat optime
Couar. var.reſol. lib. 3.ca.17.
nu. 7. Minſ. cent.2. obſer.19.
Menoch. de præſump. lib. 3.
præſumpt. 38. & Surd. deciſ.
19 108. num. 16.& 17. & ideo ſi
data eſt alicui appellandi libe-
ra poteſtas, & ſi ex eo verbo
libera poterit appellare in ca-
ſibus a iure prohibitis, & vi-
deatur admitti contumax ad
appellandum, qui a iure pro-
hibetur,l. ex conſenſu §. fina.
ff. de appell.cum tamen culpa
ipſius ex contumacia non ap-
pellat, nec ex eo verbo libera
appellare poterit, nec eum ca-
ſum comprehendit, quo eius
culpa excluditur, Abb. & Rip.
plenè nu. 32. in cap.ſicut Ro-
mana.de reſcrip.& Fel. in cap.
ſuper literis eod.Ob quod em-
20 ptori non debet dari actio eius,
quod ſua culpa euenit, l. ſiue
hæreditaria, ff. de neg. geſt.
l. qui officij. §.fina. ff.de actio.
empt. Et prædicta etiam, quæ
diximus, vt promittens ſtare
ſententiæ quomodocunq; latę,
appellare non poſſit,ita proce-
21 dunt, niſi dolo iudicis fuerit
iudicatum, cum appellare po-

terit, nam dolus remiſſus non videtur, qui in quacunque generali diſpoſitione videtur exceptus, l. creditor. §. Iutius, ff. de mand. & Bart. per hanc legem, in l. duo ſocietatem, §. arbitrorum, nu. 24. ff. pro ſoc. & in l. cum quidam, ff. de leg. 2. qui nec expreſsè remitti poteſt, l. ſi vnus, §. illud. ff. de
22 pact. Ne detur materia delinquendi, quæ tollenda eſt, l. conuenire, ff. de pact. conuēt. l. plagij. ff. de verb. obligat. c. quemadmodum. de iureiuran. Proinde ſi tutori relinquitur liberatio ab adminiſtratione
23 tutelæ tenetur tamen rationē reddere de eis, quæ doloſe geſſit, cum in generali remiſſio eſt dolus non includatur, l. quidam decedens, ff. de admi. tut. l. ſi quis rationes, l. Aurelio, §. Caius, vbi Bart. ff. de liber. leg. l. ſi ſeruus veritus, & ibi etiam Bart. ff. de leg. 1. Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 14. Menoch. de præſump. lib. 5. præſ. 3. Oſaſ. deciſ. 58. nu. 14. Theſaur. deciſ. 74. num. 2. & deciſ. 165. num. 6. & 7. vbi de communi teſtatur Miſing. cent. 5. obſ. 59. Mant. qui hanc materiam pleniſſimè abſoluit de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 8. & Proſp. Far. in fragment. crim. cap. dolus præteritus an remitti poſſit. Immo ſi tutori eſſet legatum omne id, quod ex eius adminiſtratione deberet, non tamen conſequitur illud, ad quod ob dolum tenebatur, Ioa. Gutt. de tutor. & cur. par. 3. cap. 14. num. 9. vbi pluribus cōgeſtis affirmat hāc opinionem æquiorem, & communem, & de iura. conformat. par. 1. cap. 37. vbi inquit, quod nec liberatio iurata ſufficeret, Vrſill. deciſ. 249. num. 16. Teſ. deciſ. 74. Menoc. de præſump. lib. 4. num. 36. & Farina. cap. prædicto, dolus præteritus, & quid operetur prædicta liberatio vide eundem Ioa. Gutt. de tut. & cur. par. 3. cap. 1. nu. 32. & plenè Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 8. n. 46.
24 cum pluribus ſeq. Et quamuis rationes eſſent ſemel, & ſæpius viſæ, & calculatæ, etiam cum liberatione, quando dolus arguitur, iterum ſunt reuidendæ, Farin. pleniſſimè conſ. 96. vbi etiam declarat, ex quibus præſumatur dolus, Menoc. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 209. num. nu. 39. cum ſeq. & Pet. Nuñes de exeq. mand. par. 2. cap. 10. num. 41. Qui dolus nedum ex cōiecturis arguitur, l. dolum. C. de dol. & pulcrè

Præſ.

Præſ. de Franch. deciſ. 180. ſed
25 etiam re ipſa, & ex enormiſſima læſione. l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in frau. credit. Bal. in rub. C. de pen. iud. qui male, Bart. in l. duo ſocietatem, §. arbitrorum, num. 24. ff. pro ſoc. Abb. in c. cum contingat de iureiur. & hanc opinionem dicit æquam, & ſubſtantialem Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & communem, & in iudicando ab ea non recedendum affirmat Dec. conſ. 180. Theſaur. deciſ. 165. num. 6. & 7. vbi dicit, quod nec requiritur abſolutio à iuramento, Rip. reſp. 138. num. 10. & Præſ. de Fran. deciſ. 243. & deciſ. 247. eâq; etiam iuridicam, & communē Romæ, & in Granat. prætorio ſeruatam, teſtatur. Couar. qui hoc plenē declarat var. reſol. lib. 2. cap. 4. num. 5. aliſque concordantes congerit Ferd. Vaſq. illu. contro. lib. 1. cap. 2. num. 17. Miſing. qui ea exemplificat cent. 5. Cam. imper. obſer. 59. & cent. 6. obſ. 91. Io. Gutt. conſ. 16. nu. 20. cum ſequ. vbi etiam declarat, quæ dicatur enormiſſima læſio, & de iura. confirmat. par. 1. cap. 26. vbi etiam ex plurium ſententijs dicit communem, & Proſp. Far. de pen. temp. quæ. 26 89. nu. 40. Ex quibus, & alijs quæ congerit, dicit fuiſſe deciſum Ioſ. Lud. deciſ. Peruſ.
27 quod ſi quis in ampla forma promiſit curare, & facere, quod tranſigens ratam habeat tranſactionem, nec ei contrauenjat, alias teneatur ad intereſſe, quod ſi tranſigens non ſeruat eam, immo contrauenit, quia fuit enormiſſimè læſus, quod promittens non tenetur ad penam promiſſam, quia ea enormiſſima læſio, vti dolus præſumptus, intelligitur excluſa, ſic etiam ſtatutum nō poteſt prohibere reſtitutionē in integrum in caſu enormiſſimæ læſionis. cum ea læſio cōtineat dolum præſumptum aduerſarij, & daret materiam delinquendi, vt ex pluribus concludit Sfort. Oddo de reſt. in integrum par. 1. quæſt. 15. art. 1. nu. 29. & inquit Præſ. de Fran. deciſ. 665. quod non poteſt reperiri modus, quo hęc enormiſſima læſio tollatur.

SVMMARIVM.

1 *Dictio (ritè) ordinem, & dictio (rectè) iuſtitiam deſignant.*

2 *Verba conditionalia inducunt formam.*

3 *Iudicij ſollemnia ſi omittuntur de iure*

iure communi acta ſunt nulla.

4 *Fundamento ſublato quicquid ſuperædificatur corruit.*

5 *Conſequens qui vult, videtur velle omne neceſſarium antecedens.*

6 *Contrarietas eſt in iure valde vitanda.*

7 *Contrarietas, & repugnantia diſpoſitionem annullant.*

8 *Nullitate à ſtatuto remota, non intelligitur ea remota, quæ venit ex contrarietate.*

9 *Finis legis aliquando corrigit principium.*

10 *Legis correctio nõ præſumitur niſi expreſsè fiat.*

11 *Correctio non eſt præſumenda incontinenti.*

12 *Verba geminata tollunt omnem cõtrariam interpretationem.*

13 *Verba ſemper ſunt interpretanda, vt euitetur contrarietas.*

14 *Contrarietas, & repugnantia ſæpiſſimè diſtinctione tolluntur,*
Vt in Principis diſpoſitione.
& in ſtatutis.
& in contractibus.
& in ſententia.
& in confeſſione.
& in teſtibus.

15 *Contrarietas in quacunq; diſpoſitione, per poſſibilẽ diſtinctionem eſt remouenda.*

16 *Contrarietas, vt euitetur, permittitur ſubauditio.*

17 *Ferro viam aperit, qui per contraria tranſit.*

18 *Contraria quibus modis ſoluantur, remiſſiuè.*

19 *Sententia appellatione diffinitiua continetur.*

20 *Sententiæ ſollemnia multa ſunt, remiſſiuè.*

21 *Cap. Deteſtantes non tollit ſollemnitates ſententiæ.*

22 *Sententiæ rectitudo in veritate probationum conſiſtit.*

GLoſa 11. Dummodo ritè, & rectè ſentẽtia proferatur. Et ex his videtur, quod nedum probationes neceſſariæ requirantur, ſed etiam quod ordo iuris poſitiui ex iſtis verbis reſtitutus ſit, dum mandat ſententiam ritè, & rectè proferendam, quorum dictio (ritè) ordinem,
1 & dictio (rectè) iuſtitiam deſignant, glo. in l. 2. ff. de inoff. teſtam. in l. iuſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ. in l. ſed ſi quis, §. ſcire, ff. de pet. hære. in l. non putaui, §. non quæ vis. ff. de cont. tabul. Bart. in l. lecta, vbi Dec. num. 21. dicit hanc diſtinctionem communiter approbari, ff. ſi cert. pet. potiſſimum cum dicat dũmodo ritè, & rectè proferatur, quæ cũ
2 conditionaliter ſeruantur requiri, pro forma videntur Sal. in aut. matri, & auiæ, C. quan. mulier offic. tut. Quæ eſt in forma ſpecifica adimplenda, l. Meuius. l. hæredi. ff. de cond. & demon. l. qui per ſalutem, ff. de iureiurando. Ob quod ad-

aduerſari videntur præcedentibus, quibus ordo, & iudicij ſollemnitas remiſſa eſt, & niſi
3 de iure communi ante ſententiam ſeruarentur, nedum omnia præcedentia, immo & ſententia eſſet nulla, Bart. in l. ſi expreſſum in princ. ff. de appel. in l. prolatam, C. de ſent. in l. ſi vt proponis la prima. C. quo. & qua. iud. in l. 1. vbi teneri DD. C. de exeq. rei iud. Specul. in tit. de ſent. §. nunc videndum, & Abb. in cap. cum olim de ſent. & re iudi. Nam cum præcedentia acta nulla ſint, nec ſententia ſequens iu-
4 ribus ſubſiſtit, tamquam ſuper inani fundamento, quo ſublato quicquid ſuperædificatur corruit, l. egi. ff. de excep. rei iud. cap. qualiter, & quando il ſecondo, verſ. & ideo de accuſ. cap. fina. de presb. non bapt. cap. ſi Paulus 1. quæ. 1. Tunc ſententia ritè profertur, cum ſit legitimis præcedentibus, l. 2. ff. de iniu. Rup. & Orar. Fac. teſt. l. 4. §. condēnatum. ff. de re iud. Ea autem ſollemnitas, vt ritè, & rectè proferatur, quæ in ea requiritur, videtur etiam requiri in præcedentibus actis, tamq; in ante-
5 cedenti neceſſario. Nam qui vult conſequens, videtur velle omne neceſſarium antecedēs, l. ad rem mobilem. l. ad legatum, ff. de procurat. l. 2. ff. de iur. omni iud. Et cum vitanda ſit contrarietas, & repugnantia in iure. §. quibus in pri.
6 conſt. C. quæ etiam in quacunq; diſpoſitione reprobatur, l. 1. C. de furt. l. ſcripturæ, C. de fide inſtrum, l. ius noſtrum
7 ff. de orig. iuris. Quæ vitiat actum, l. ſi ſitus, ff. de condit. inſt. l. vbi repugnantia, ff. de
8 reg. iur. Et nullitas à ſtatuto remota, non intelligitur ea remota, quæ venit ex capite cōtrarietatis, Dec. in l. ædita num. 62. & in l. fina. C. de æden. & in conſ. 7. nu. 8. Feli. in cap. ex pacto de offic. deleg. Miſing. cent. 6. obſ. 5. vbi et connumerat alias exceptiones quæ non intelliguntur excluſę, & plenè Menoch. de præſump. lib. 2. præſump. 48. num. 13. Videtur dicendum hæc verba in fine poſita præcedentia cor-
9 rigere. Nam finis legis aliquādo corrigit principium, l. ſi tibi pecuniam, ff. ſi cert. pet. Bal. in l. in ciuile, & in l. non eſt nouum, ff. de legibus, quod nec etiam dicendum videtur, vt contrarietatem euitemus,
10 correctionem fateamur. Quæ numquam preſumenda eſt, niſi ex-

egreſſe fiat, §. fina.& ibi glo. auth. qui. mod. nat. effi.ſiu.& glo. in l. final. ff. fin. Regund. & Bart.in l. præcipimus in fine,
11 C. de appel. & minus incontinentia non eſt præſumenda correctio, l. nam ab eo. ff. de condit, & demo. nec veriſimile eſt, quòd eadem lex ſe ipſam corrigat, Bal. in l. fina. C. per quas perſo. nob. acq. & Deci. in l. pacta nouiſſima, C. de pact. quæ nec ex præcedentibus verbis præſumenda eſt, cũ id ipſum pluries repetijt, non poſſe excipi de nullitate ordi-
12 nis iudiciarij, quæ cum ſint geminata, nedum plenam oſtendunt voluntatem, ſed auferunt omnem contrariam interpretationem, Bart. in l. cum ſcimus, C de agri. & cenſib. lib. 10. & Rip. reſp. 130. num. 18. & cum promptum ſit legis legibus concordare, l. 1. C. de inof. dot. §. fina. auth. de exh.
13 reiſ. vt vtramque vitemus, ea verba ſunt intelligenda, ne præcedentibus contraria exiſtant, vt verbum (ritè) quod ordinem denotat, ad præcedentia non referatur, nam ſi relatio fieret deſtrueretur, l. cum vulgari, ff. de dot. præleg. & ibi Bart. & Dec. conſ. 11. nu.
14 14. ſed ad ipſam tantum ſententiam, prout ratio recti ſermonis patitur, quæ attendi debet, l. plautius, ff. de aur.& arg. leg. l. fin. ff. ad Treb. & ad repugnantiam euitandam in diſpoſitione principis, ita diſtinguẽdo concordat tex. in cap. inter dilectos, §. cæterum de fide inſtrum. Et in duobus ſtatutis ad euitandam correctionem, Bar. in l. ſed, & poſteriores, ff. de leg. & Abb. in cap. gratum, & in cap. ſuper quæſtionum de offi. deleg. & ad fugiendam contrarietatem in contractu, idem Bart. in l. fina. §. item quæſitum ff. de cond. & Bal. in l. in exercendis num. 3. cap. de fide inſtrum. Atque etiam in ſententia, videtur repugnantiam continere, etiam ipſe Bart. cõſ. 111. incip. quæritur. Nec non in confeſſione, ne ſibi repugnet, Bal. in l. cum falſa. C. de iur. & facti ignor. & in l. final. C. de reb. credit. ſic etiam teſtes contrarij ad concordiam reducuntur, cap. cum tu. ab omnes cano. de teſt. Bart. & cæteri in l. 2. §. creditum, & vbique, ff. ſi cert. petat. & pleniſſimè præ cæteris Proſp. Far. de oppoſ. contra dicta teſtium quæſt. 65. par. 2. per totam.
15 Ideoque generaliter in quacunq; diſpoſitione, vt per poſſibilem

ſibilē diſtinctionē tollatur repugnātia, vt latè per Alex.cōſ.
16 141.vol.2.&Dec.cōſ.374.Ad quam etiam fugiendam ſubauditio permittitur, cap. ſuper quæſtionum, vbi Abb. 3. not. de offi. deleg. glo. in cap.1. in ver. defenſorem. 15. diſt. Rip. reſp. 170.& plenè Pereg. de fideicom.art.11.num.28. contraria autem vtilia ſunt, quia ex earum diſtinctione reſultat plena materiæ cognitio, vt dicit Bald. in 1.conſt. ff. num. 8. & ait etiam in l. precibus, C.
17 de impub.& alijs ſubſtit.Quòd ferro viam aperit, qui per contraria tranſit, & Ariſt.4.Rect. inquit, Enimuero oppoſita facta collatione clareſcunt; & etiā 4. Metaph. teſtatur, quod dubitatorum ſolutio, veritatis
18 eſt inquiſitio. Quæ quomodo ſoluantur, vide Specul. tit. de diſput. & alleg. verſ. poſt hoc & Bald. in 1. conſt. ff. Ideo dū
19 dicitur ſentent.am ritè, & rectè proferendam, quæ de diffinitiua intelligitur, glo. in l. 1. §.biduum ff.qua.appel.ſit.Bal. in l. quid ergo, §. quantum, ff. de infam. in l. de vnoquoq; in princip. ff. de re iudi. Alex. & Rip. in rubr. ead. debent ea
20 ſollemnia adhiberi, quæ ſunt neceſſaria pro eius validitate, quæ adnotant Specul.tit.de ſent.verſ.qualiter. Maran.in ſpecul. ſexta par. membro 3. pleniſſimè Vant. de nullit.cap. de nullit. ex defec. proceſ.nu. 69. quæ non ſunt ſublata in ſententia, per hoc cap. Dete-
21 ſtantes. Imo requiruntur, vt dictum eſt, & inquit Præſ. de Franc. deciſ.245. Et altera dictio rectè, quæ ſententię iuſtitiam reſpicit, in veritate pro-
22 bationum conſiſtit, Innoc. in cap.2. de reſcrip. & eius authorit. Bald. in aut. ſi. quis litigantium, C. de Epiſcop. audient.

Pragm. 2. De ordine Iudiciorum.

QVilibet agere volens aduerſarium Iudicis commiſſione præcedente citare faciat perſonaliter, vel ad domum habitationis per citatorias literas continentes ipſius citationis cauſam, de qua citatione per relationem nun-

cij conſtet cum ſubſcriptione duorum teſtium, qui præsẽtes citationi fuerint, ſi fiat in loco vbi illorum copia haberi poſſit, aliter aũt ſufficiat corã duobus non aliter ſe ſubſcribentibus, in nũcius in relatione mentionẽ faciat de eorum nominibus, ad pænam tarenorum decem à nuntio exigenda, & citatio aliter facta non valeat, niſi reus cõparuerit, quo caſu habeatur pro ſollẽniter citato, nõ tamẽ præsẽs citationis forma requiritur, in caſibus in quibus de iuris diſpoſitione per edictum, vel proclama admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt baſis, & fundamentum iudicij.*
2 *Diffiniri nihil poteſt contra partem inauditam.*
3 *Sententia lata pro abſente non citato non valet.*
4 *Sententia lata in ſummarijs cauſis pro abſente lata valet.*
5 *Omnis Chriſti actio noſtra debet eſſe inſtructio.*
6 *Deus eſt cordis ſcrutator, omnia audit, & facta in abſcõdito videt.*
7 *Reus apud Deum non habet de allegationis nitore ſubſidium, nam ſuorum factorũ vtitur eo teſte quo iudice.*
8 *Homines propter peccata non poſſunt dubia cauſarum diſſoluere.*
9 *Citatio cum defenſionem contineat eſt de iure naturali, & à Principe tolli non poteſt.*
10 *Clauſula ſupplentes omnem defectũ, non ſupplet defectũ citationis.*
11 *Nullitate à ſtatuto remota, non intelligitur remota ea, quæ oritur ex defectu citationis.*
12 *Concluſionis tempore plenè de cauſa liquet.*
13 *Citatio, quæ fit poſt concluſionem in cauſa, poteſt à Principe omitti.*
14 *Citatio poſt concluſionem non eſt de iure naturali, ſed ciuili.*
15 *Statutum poteſt tollere citationem, quæ fit poſt concluſionem.*
16 *Iudex contra facinoroſos delinquẽtes poteſt procedere iuris ordine non ſeruato.*
17 *Iudicibus tantum maioribus licet ex cauſa iura tranſgredi.*
18 *Iudices minores in grauiſſimis delictis debẽt ſupmos Iudices cõſulere.*
19 *Præminentia Mag. C. Vic. torquendi, ex proceſſu informatiuo ex quibus reg. cap. orta eſt.*
20 *Præminentia torquendi materia vbi tractatur remiſſiuè.*
21 *Præminentia torquendi ab Excellentiſſimo Prorege, & eius Conſil. delegatur.*

22. Præe-

22 *Praeminentia torquendi olim ſæpiſsime delegabatur contra principales ad totam cauſam.*
23 *Praeminentia hodie ſolet delegari etiam officialibus baronum, & po. & ponitur caſus in facto.*
24 *Iudices minores iure proprio non vtuntur praeminentia.*
25 *Audientiæ prouinciales qualiter olim, & hodie praeminentia torquendi vtantur.*
26 *Audientia prouinciæ Barenſis, & Hydruntina habent ex priuilegio praeminentiam torquendi.*
27 *Audientiæ Barenſis, & Hidruntina habent praem. inſufflandi ſpiritum inſtantiæ perempta, & alias remiſſiue.*
28 *Praeminentia torquendi ſemel tantum vtēdū eſt, niſi iudici tempore torturæ euenerit impedimentum.*
29 *Neapolitani ex proprio priuilegio non torquentur ex praeminentia.*
30 *Homines caſalium Ciuitatis Neap. etiam vtuntur eo priuilegio vt ex praeminentia non torqueantur.*
31 *Neapolitani ex diſpoſitione Proregis torquentur ex praeminentia, & qualiter diſpenſatur.*
32 *Barones poſſidentes vaxallos in Regno etiam non Neapolitano non torquentur ex praeminentia.*
33 *Princeps ex plenitudine poteſtatis poteſt in cauſa ciuili citationem tollere.*
34 *Princeps imperio in eum tranſlato, quædam alijs communicauit, quædam ſibi reſeruauit, quadam concedēdi alijs ſibi poteſtatem ademit*
35 *Princeps, ſi concedit adempta requiritur clauſula nō(obſtantein) alijs nō requiritur, & ſufficit voluūtas.*
36 *Princeps in dubio præſumitur, quod velit vti iure communi, non plenitudine poteſtatis.*
37 *Princeps cum facit actum, qui non poteſt valere iure communi, præſumitur vtí abſoluta poteſtate.*
38 *Princeps dum diſponit contra legem ſpecialem, dicere debet nō (obſtante tali lege.)*
39 *Princeps ſolus apponit clauſulam non obſtante.*
40 *Principis poteſtas quæ ſit, remiſſiue.*
41 *Summi Pontificis poteſtas, & autoritas, quanta ſit remiſsiue.*
42 *Papa poteſt facere ex cauſa, quod matrimonium duret ad tempus.*
43 *Raimirus Rex Arag. & Caſimirus Poloniæ, effecti mona. obtinuerunt à Papa diſpenſationem coniungij, & liberos procreauerunt.*
44 *Regno ſuccedit quilibet de domo regia, etiam ſit in centeſimo gradu.*
45 *Rege mortuo, & deficiente regia progenie, ſi regnū nō ſubeſt imperatori, regnicolæ poſſunt eligere regē.*
46 *Principatus defertur, aut hæreditaria primogeniti ſucceſsione, aut libera populorum electione.*
47 *Principis poteſtas, alia ordinaria alia abſoluta.*
48 *Princeps dū vtitur poteſtate abſoluta, nemo pōt ei dicere cur ita facis.*
49 *Principes, qui non ſunt ſub lege ipſi ſibi ſunt lex.*
50 *Diſputare de potentia principis, eſt crimen ſacrilegij.*
51 *Princeps ſi vni rem conceſsit, deinde alteri, non valet ſecunda conceſsio, niſi dicat non obſtante conceſsione alteri facta.*
52 *Princeps ſi errauit ſalua dignitate Maieſtatis, debet reduci factum*

Digitized by Google

ad memoriam.

53 *Princeps ſæpe obliuiſcitur eius quod geſſit propter negotiorum multitudinem.*

54 *Subiectio, & circumuentio potius in principe eſt præſumenda, quam variatio.*

55 *Princeps in rebus conceſſis debet eſſe conſtans, & dicere quod ſcripſi ſcripſi.*

56 *Princeps nullo clariori lumine refulget, quam recta fide.*

57 *Principes magis fide, quam metu, aut alio vinculo aſtringuntur.*

58 *Princeps debet primam conceſſionē defendere quando ſecunda eſt ſubreptitia.*

59 *Promiſsio principis facta ſub fide regis debet eſſe firmiſsima, & dicitur facta cum iuramento.*

60 *Bandito ſecuritas conceſſa ſub verbo, & fide Regis eſt omnino ſeruanda tanquam fuiſſet cum iuramento promiſſa.*

61 *Bald. hoc dictum quod Princeps debet primam confeſsionem defendere ſæpe in ore habebat in cauſa propria.*

62 *Princeps quamuis poſsit capere rem alterius debet, tamē ſoluere debitū valorem.*

63 *Papa priuando ſine cauſa Epiſcopū ſuo Epiſcopatu, debet eum de bono cambio prouidere.*

64 *Papa ſi prouidendo vult Epiſcopum tranſire ad alium Epiſcopatum, Epiſcopus non cogitur, ſecus ſi iubendo.*

65 *Princeps ſi officio, quod pretio alicui conceſſit, ſine cauſa vult priuare, tenetur pretium reſtituere.*

GLoſſa 1. Aggrditur te-
la Iudicij, &
à citatione exorditur,
1 quæ eſt baſis, & fundamentū
ipſius, glo. in c. Eccleſiæ San-
ctæ Mariæ de conſtit. in clem.
1. de iudic. ſpecul. tit. de citat.
in princip. & Abb. in c. quoniā
contra. de prob. & omnium
inſtituendarum actionum, &
limine principium ab ea pro-
ficiſcitur, dicit textus in
§. fina. inſt. de pæn. temere
litig. & Afflict. qui alios con-
gerit in conſt. incip. ſi quem.
in princip. rub. 95. & dicit glo.
in rub. ff. & C. de in ius voc.
quod à titulo de in ius vocan-
2 do omne iudicium incipit. In-
de dicimus, quòd contra inau-
ditam partem nil poſſumus dif
finire, cap. 1. de cauſ. poſſ. &
proprie. cap. omnia 3. quæſt. 9.
ſine qua iudicium ruet. l. ea.
C. quom. & quan. iud. cap.
inter quatuor, de maior. &
obedient. Nam ſublato fun-
damento quicquid ædifica-
tur, corruit, l. egi. ff. de
exceptio. rei iudi. cap. fina. de
presb. non bapt. cap. cum Pau-
lus 1. quæſt. 1. cap. qualiter,
& quando il ſecondo, verſ. &
3 ideo de accuſa. Immo nec ſen-
tentia lata pro abſente non ci-

tato

tato valet, Bart. & Bald. in d. l. ea quæ, C. quo. & quan. iud. Bart. in conſt. ad repr. mendũ, in verſ. figura. & Alex. & Iaſ.
4 in l. furioſo, ff. de re iud. Niſi in cauſis ſummarijs, prout In Regno cauſæ ciuiles, & mixtę, in quibus valet ſententia etiã pro abſente non citato, Bar. In d. conſt. ad reprimendum in ver. figura, & Alex. in d. l. furioſo, quæ eſt de iure diuino, nam Deus omnipotens non ante iudicauit Adam, & Sodomam, quam eos vocaret, vt eius exemplo nos inſtrueret, cap. pænę. 2. quæſt. 1. Et om-
5 nis Chriſti actio debet eſſe noſtra inſtructio, c. ſignificaſti de elect. Si enim Omnipotens hoc fecit, cui hominum cogitationes nequeunt occultari, cap. in ciuitate de vſur. c. etubeſcant 32. diſt. c. Deus
5 qui, 24. quæ. 3. Qui etiam eſt cordis ſcrutator, glo. in l. 2. ff. de interrog. actio. Bal. in l. vni. num. 9. C. de confeſ. & notatur in l. iuriſgentium, §. pactorum, ff. de pact. Cuius auris omnia audit, Sap. cap. 1. glo. in auth. de mona. §. cogitandum, in ver. teſtes, & in l. reſpiciendũ ff. ſi cert. pet. Et qui malum facit in eius præſentiam committit, cap. & inquir de pęnit.

7 diſt. 1. apud quem Reus non habet de allegationis nitore ſubſidium, quoniam ſuorum factorum vtitur eo teſte quo iudice, cap. aliorum 9. quęſt. 3. Quid poſſumus nos agere? cum humana fragilitate facile labimur ad iniuſtum, §. ſi vero. auth. de mona. & in proh. ſexti. Et propter peccata non poſſumus dubia cauſa-
8 rum diſſoluere, vt inquit Bald. in cap. quia propter de elect. & refert Affl. deciſ. vlt. in fine. Nec cuncta rimari propter noſtram imbecillitatem, vt dicit idem Bald. in l. non poſſunt, ff. de leg. & facit text. in l. ſed ſi reſtituatur, §. fina. ff. de iudic. Aut abſentibus partibus veritatem percipere, cum cauſarũ merita partium aſſertione pãduntur. l. fina. C. ſi per vim vel alio modo, cap. cum ex li-
9 teris, de reſtit. in integr. Quæ citatio cum defenſionem contineat, eſt etiam de iure naturali, Bald. in l. pauc. num. 34. C. de exeq. rei iud. & in cap. cum olim, de dol. & contu. Ob quod à Principe tolli non poteſt, clem. paſtoralis, de re iud. Bart. in l. facultas, C. de iure fiſci, lib. 10. & in conſt. ad reprimendum in fine, Bal. in l. filiusfamilias, ff. de donat. in l.

ſi im-

ſi imperialis, C. de leg. & in l. 1. num. 7. C. quo. & qua. iud. Et ideo clauſula in reſcripto
10 Principis appoſita, ſupplentes omnem defectum de plenitudine poteſtatis, & ſi ſupplet defectus iuris ciuilis, non tamen iuris naturalis, & ſic citationis Specul. & ibi Io. And. tit. de leg. §. nunc oſtendendum. Archi. in cap. cenonenſes 56. diſtint. Ant. de But. & Imol. in cap, 1. de tranſ. in cap. illa de excep. Imol. in l. quidam conſulente, ff. de re iud. Ang. In l. adoptio, ff. de adop. Alex. cõſ. 95. & 469. vol. 3. Marſ. conſ. 95. & 103. Iaſ. in l. ſi filius, §. fin. ff. de lib. & poſtu. Couarr. pract. quæſt. lib. vni. quæ. 23. num. 6. & Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 11. nu.
11 12. Sic nullitate à ſtatuto remota, non intelligitur ſublata, quæ venit ex defectu citationis, Menoc. qui concord. congerit, & plenius explicat, de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 48. Hæc tamen citatio à Principe tolli non poteſt, & defenſionẽ continet, quæ ante concluſionem cauſæ fit, dum citatus ſua iura in facto deducere poterit.
12 cæterum ea, quæ fit poſt concluſionem, nam cum eo tempore plenè de cauſa liqueat, vt dicit glo. in cap. ſignificauẽrunt de teſti. & de ea dicatur cognitum, Bald. in aut. qui ſemel, cap. de prob. & nullæ ſunt iudicis partes, niſi in ſententiãdo, §. 2. Ant. vt cum de appel. cogno. & Inno. in cap. paſtoralis de cauſ. poſ. & prop. Vtiq;
13 de poteſtate ordinaria à Principe tolli poteſt, & omiſſa in eius conſiſtorio cũ ſit iuris poſitiui ſententiam non vitiat, Affl. deciſ. 283. & Cap. deciſ. 1. in fine. Nam omiſsio huius citationis poſt concluſionem, non grauat partem, cum antea eius iura fuerunt diſcuſſa, & audita, nec tunc eſt de iure naturali, ſed potius mera ſollẽni-
14 tas iuris poſitiui, & omiſſa, ſententiã non vitiat, vt ſentit Bar. in l. 2. §. ſi de frumentaria, ff. de admi. rer. ad ciuit. pert. & Bald. in l. ſi accuſatoribus, nu.
15 16. C. de accuſ. Et ideo ſtatutum poſt cauſam diſcuſſam poteſt eam citationem tollere, Couarr. pract. quæſt. lib. vni. quæſt. 23. num. 6. cum ſeq. & plene Vant. de nullit. cap. qualiter ſent. & proceſ. num. 107. cum ſeq. Vel ex cauſa in criminalibus contra facinoroſos homines, veluti incendiarios, raptores virginum, & monialiũ, aut inſignes latrones, contra

quo s

quos poteſt iudex procedere
16 iuris ordine non ſeruato, Inno. in cap. 1. de conſt. Bald. eius authoritate in l. & ſi ſeuerior, num. 9. C. de infam. & in l. 1. C. de prec. imp. offer. & probant tex. in l. conſtitutiones, ff. de appel. & in l. ſi quis filio §. hi autem C. de iniu. rap. & irrit. fac. teſta. & plura congerunt Marſ. in ſua pract. crim. §. diligenter nu. 156. & Gram. deciſ. 56. num. 3. Quod tantum
17 maiores magiſtratus facere poſſunt, non autem minores, puta poteſtates terrarum, qui iurant ſeruare ſtatuta, & ita intelligi debere, dictum Inno. in d. cap. 1. de conſt. affirmant Bald. in auth. hodie, C. de iudic. & Iaſ. in §. ex maleficijs
18 num. 15. inſt. de action. Sed minores magiſtratus poterunt de grauitate criminis maiores magiſtratus conſulere, & eorũ mandatum exequi, l. diuus la ſeconda, ff. de falſ. & Roma. per eum in l, ſi vero, §. de viro. num. 46. ff. ſolu. matr. & hanc opinionem eſſe communem dicit Clar. recep. ſent. §. fina. quæſt. 85. verſ. vlterius quæro.
19 Et ex his credo fuiſſe emanatã illã Reg. c. quorum vnum incipit. In accuſatis, aliud, ſi cum ſceleratis tertium tormẽtis; quartum iuris cenſura. Ex quibus orta eſt authoritas, quę præeminentia Magnæ Curiæ dicitur, torquendi inquiſitos de grauiſsimis delictis ex proceſſu informatiuo, non datis defenſionibus, de qua plene per Par. de ſind. in ver. tortura
20 per affl. deciſ. 391. per Gram. vot. 3. per Carau. rit. 259. & per Nig. in d. cap. ſi cum ſceleratis, quę ex eodem cap. tantũ M. C. demandata fuit, vt ex verbis ipſius apparet, ibi, poſt medium. Vt tu ſolus contra quoſlibet, & cæt. & notat ibi Nig. in princ. & etiam Excellentiſs. Proregi, & Regiò eius Collater. Conc. vti ſupremis magiſtratibus, competit, vt quotidie ſeruari videmus, & dicit Fab. Montel. de quat. liter. arbit. par. 7. in princip. nu. 9.
21 & 10. & ab eodem Excellentiſſimo Prorege, & Collater. Conc. propter criminis immanitatem delegari, vt inquit idẽ Montel. loco præd. num. 22.
22 Quæ antiquitus annis ab hinc quatraginta indiſtinctè delegabatur, tam contra teſtes, quã contra principales etiam vſq; ad ſententiam, & eius exequutionem incluſiuè. Verum quia ſæpe delegari ex præeminentia abutebantur, proinde poſtea

ſtea ſeruatum eſt, prout etiam hodie ſeruatur, vt niſi iudicibus M. C. aut Regijs Auditoribus, quorum fides probata eſt ea non demandatur, quoad principales, vſq; ad ſententiã, & eius exequutionem, cæteris autem Doctoribus ſolũmodo quoad teſtes. Sed tamen aliquando propter criminis dete-
23 ſtationem, etiam officialibus Baronum in eorum curijs contra principales demandatur, vt inquit Capic. de Baro. prag. 8. num. 52. & teſtatur etiam Conſ. Maſtril. de mag. par. 2. lib. 4. cap. 16. num. 111. idq; ſæpe euenire videmus, & annis longe decurſis ſeruatum fuit in terra Sacci, cuius Capitaneo Il. Doctori ad inſtantiam Ioan. Ant. Lanarij tunc Regio Conſil. & vtilis domini dictæ terrę fuit delegata pręeminentia per Excellentiſſimũ Proregem, & collat conſ. contra quemdam inquiſitum de incendio cuiuſdam domus, qui tortus cum nihil fuiſſet confeſſus, liberatus fuit. Et etiam in anno 1612. fuit etiam ad inſtantiam Illuſtriſſimi Principis Terræ Roccæ aſpidis per Excellentiſſimum Proregem, & eius Conſ. demandata Capitaneo Terræ prædictę Roccę etiam Il. D. præcedente relatione M. C. de grauitate delicti, contra quendam carceratum, & inquiſitum in Curia prædictæ Terræ, de homicidio proditorio, & alijs delictis, qui tortus, & ſi nihil cõfeſſus fuiſſet, fuit tamen condemnatus ad remigandum per quinquẽnium, & cum appellaſſet, & cauſa ageretur apud me vti Auditore p̃dicti Domini Principis, reformando ſententiam prædictam ex aliquibus cauſis condemnaui ipſum ad remigãdum per biennjum tantum, &
24 ita fuit exequutum. Sed minoribus magiſtratibus nullo modo competit, & Par. loco præd. Vaſ. an ſi quis, conſulit omnibus inferioribus magiſtratibus, vt nullo modo dictam pręeminentiã exerceant quem etiam refert Nig. in d.
25 cap. ſi cum ſceleratis. Immo nec Reg. Audient. Proui. iure proprio competebat, ſed ex delegatione, quam ſingulis ſemeſtribus obtinebant ab Excellentiſſimo Prorege, & eius Collat. Conſ. quam tamen hodie parum curant obtinere, ſed ea vtuntur, tanquam ex antiqua conſuetudine, vt inquit Carauit. rit. 259. nu. 10.
26 Sed Prouinciæ Barenſis Audien-

dientia, ſicut, & Hydruntina, habet eam ex priuilegio, vt teſtatur Viui. deciſ. prouinc. 145. nu. 5. qui fuit illius Audientiæ, & aliarum meritiſſimus Auditor, quæ etiam Audientia Barenſis, inſimul & Hydruntina, habent etiam autho-
27 ritatem, & præeminentiam inſufflandi ſpiritum vitæ inſtātiæ perempte, vt inquit, & rationem reddit, Conſ. Rouit. in tub. prag. de inſt. cauſæ non reſtit. num. 18. & alias habent præeminentias, quas congerit Frec. de ſubſ. lib. cap. de Prou. & Ciuit. Reg. In qua Audientia Barenſi apud Tranum, ſunt anni quattuor, quibus extitit Auditor gratia Excellentiſſimi Comitis de Lemos, tunc huius Regni iuſtiſſimi Proregis, Horatius de Palma V. I. D. filius meus iuuenis peritiſſimus, & magnæ ſpei, tunc annorum circiter triginta ad præſens iudex in Ciuitate Capuæ, cuius actiones Omnipotēs Deus dignetur in viam ſalutis, & in eius ſancto ſeruitio diſponere.
28 Sed ea præeminentia torquēdi vnica tantum vice vtendum eſt, ita vt reus ea ſemel torqueri poterit, vt dicit Gram. conſ. crim. 64. ſed ſi tempore eum inquiſitus torquetur euenerit Iudici aliquod impedimentum, poterit ſuperſederi, cum poteſtate iterum torquēdi, & continuandi per legitimum tempus ceſſante impedimento, & deinde poterit continuari, quia non eſt reiterare, ſed continuare, vt affirmat idē Viui. qui dicit etiam ita ſeruari in M. C. deciſ. 143. in fine. Sed contra Neapolitanos, ex priuilegio eis cōceſſo per Cę-
29 ſaream Maieſtatem, non poteſt procedi ex præeminentia, vt in cap. 16. de grat. eiſdem conceſſis, per prædictā Cæſar. Maieſt. in anno 1557. vt in eiſdem cap. 7. Quod priuilegium eſt etiam communicatum militibus cuiuſuis nationis, prout hęc omnia refert Conſ. Rouit. in prag. 1. circa finem, de im-
30 munit. Neap. Quo priuilegio etiam fruuntur homines caſalium Ciuit. Neapol. vt Turris octauæ, Mileti, & aliorum, vt dicit Præſ. de Fran. deciſ. 316. vt ex præeminentia non torqueantur, ſed tamen ex diſpēſatione Excellentiſſimi Proregis ob delicti grauitatem pro-
31 ceditur cōtra ipſos, & torquētur ex præeminentia, & quid ſeruari debet adnotat idem Præſ. de Franc. deciſ. 143. per totam. Loque etiam priuile-

gio vtuntur Barones Regnicolæ, etiam non Neapolit. ſed exteri, dummodo habeant vaſ-
32 ſallos, & iuriſdiſtionem in Regno, vt torqueri nō poſſint ex proceſſu informatiuo, niſi præcedente diſpenſatione in grauiſſimis delictis exemplo Neap. quod ipſis communicatum eſt ex gratia eis conceſſa inter alias in anno 1605. vt in prag. fin. tit. de Baro. quam refert. Conſil. Rouit. in prag. 1. in fine, de immun. Neapol.
33 Sed in cauſa ciuili Princeps poteſt citationem tollere, ēt ſi defenſionem contineat, Bald. in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. qua quis iur. Felin. in cap. cum dilecti. de except. & in cap. cum olim, de ſent. & re iudi. Nam imperio in Principem tranſlato quod poteſtatis dicitur plenitudo, l. 1. §. nouiſſime, ff. de orig. iur. quod etiam lege regia datum dicitur, §. ſed quod Principi, inſt. de iure natur. Idem Princeps aliqua minoribus magiſtratibus communicauit, vt gladij poteſtatem, l. illicitas, §. qui vniuerſas. ff. de
34 offi. præſi. Quædam ſibi reſeruauit, vt in l. 2. C. noua vectig. l. vni. C. vt armo. vſus lib. 10. C. de emancip. liber. l. fina. C. de his, qui ven. ætat. Quædam ſibi concedendi poteſtatem ademit, ſtatuens, vt reſcriptum ſuum non valeat, tamquam inpoſſibile, & deteſtabile, vt in l. 1. C. de nat. lib. aut. nauigia. C. de furtis, §. fina. auth. quib. modis nat.
35 effi. ſuc. In primis quæ ſunt communicabilia. ſufficit ſcientia, & voluntas Principis, l. Barbarius, ff. de offi. præſ. Idem in eis, quæ ibi reſeruauit, nec requiritur clauſula non obſtāte, vt notatur in l. 1. ff. de tuto. & curat. dat. ab his. In alijs, quæ ſibi ademit, non valet, niſi apponat clauſulam non obſtāte, puta in legitimatione ſpuriorum, ita Bal. optime in l. eā quam num. 30. C. de fideico.
36 Hac tamen plenitudine poteſtatis in dubio Principem velle vti præſumendum non eſt, ſed iure communi, vt inquit Inno. in cap. nouit. de indit. Abb. in cap. illa quæſtione, de electio. Bal. in l. teſtamentum, C. de teſtam. & Ang. à Zenone, C. de quatrien. perſcrip. Niſi id exprimat, vel clauſulam non obſtante adijciat, Bald. in d. l. ſi teſtamentum, aut clauſulam ex certa ſcientia, quæ eſt eiuſdem farinæ, glo. in l. eos. C. de
37 appell. ſed ſi actus iure communi non valeret, vt validus exi-

exiſtat, præſumendum eſt, ꝙ velit vti plenitudine poteſtatis arg.l.miles,ff.de mil.teſt.Caſt. in l. ex imperfecto, C. de teſt. in l. quamquam, C.de teſtam. milit. Alex. in l. centurio,ff.de vulg. & pupill. Feli. in cap. 1. de conſt. & in c. in cauſis nu.
38 2. de ſent. & re iud. Dum tamen ſi actus ſit contra legem ſpecialem apponat clauſulam non obſtante tali lege, Bart.in l. 1. C. de pet.bon.ſublat.lib. 10. Bald. in l. fin. C. ſi conc. ius,vel vtil. & in l. fin.C. ſunt reſcin. non poſ. Iſer. in cap. 1. ſi de feud.fuer. contr. & plene Ioan. Gutt.in l. nemo poteſt, num. 161. cum ſeq. ff. de leg.
39. 1. Quam clauſulã ſolus Princeps apponit,Bald. in l.reſcripta, C. de prec. Imper. offer. Ang. & Imo. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. De cuius poteſtate aliqua adnotant Bal. in d. l.
40 reſcripta, & in l. 1. C. de iur. aur. anul. Iſern. tit.ſi de feud. def. mil. fuer. contr. in ver. naturales, Gram. conſ.2.poſt deciſ. 5. Deci. conſil. 137. & conſil. 191. & plura Fel. in cap. in cauſis, in princ.de ſent. & re iudic. dicens pulchra, & peregrina cumulaſſe Par. de Puteo in ſuo tracta. de ſind. Bello. conſ. 2. & plene Conſ. Maſtril. de mag.par.1.lib.3.c.
41 10.per totum, & de poteſtate ſummi Pontif. vide glo.in cap. ſicut vnire, de exceſ. prælat. in cap. quod tranſlationem,de off. leg. ſpecul. in tit. de legat. §. nunc oſtendendum,Bald. & Iaſ. in l. reſcripta. C. de prec. Imper. offer. Laurent. de Iud. ſuſpecto cap. 2. Catal.de pot. Pap. & nouiſſimè Conſ.Maſtr. de mag. par.1. lib.1.cap.2.per totum, & dicit notabile verbũ Bald. in l. ſi ſibi filius, ff. de
42 adopt. quod Papa de plenitudine poteſtatis poteſt facere, quod matrimonium duret ad tempus, puta quod monacus poſſit habere vxorem vſque ad ſobolis procreationem, ne forte ſtirps nobilis deficiat ſine hærede, num vero intelligatur quoad vinculum matrimonij alibi diſcutietur. Et dicit etiã Ioa. Faber. in auth.multo magis, C. de Epiſcop. & Cleric. quod Papa ex magna cauſa poteſt diſpenſare,quod monacus contrahat matrimonium, quod declarat,& plura congerit Feli. in cap. ſi quando,n.5. de reſcrip. Mantic. de coniect. c.vlt.volun.lib.10.tut.9. n.29. cum ſeq. & Menoch. de arbit. Iud. lib.2. cent.5. caſ.421.nu. 12. dicens multorum authori-

43 tate id fuiſſe ſeruatum in Raimiro Rege Arag.ſic etiam Caſimirus Rex Polon. teſte Iuſt. Lipſ.in monit.& exempl.Polit. lib. 2. cap. 3. qui cum pietate impulſus in Cluniacenſi Cœnobio Benedictinum Monacũ profeſsũ Deo totum ſe vouiſſet & interim Polonia fluctuaſſet, publice decreuerunt miſſa legatione, vt vbiq; eſſet perquireretur,quo inuento in Cœnobio,nomine Carolo, inramenti religione, & vinculo diaconatus aſtricto, & patriæ diſcrimen,& calamitatẽ proponunt, atque vti vnicum præſidium eum Principem depoſcũt, fortiter reſiſtentem,ſe alienæ poteſtatis eſſe, nec quicquam commercij cũ rebus humanis habere, tantum vrgent, vt ab Abbate eiecti, ſummum Pontif. adeunt, qui illi indulget,& laxat Sacramenti,& Sacerdotij vincula, data ẽt coniungij, poteſtate ita in Regnum ducitur, & gaudio, & conſenſu omniũ excipitur,prudentiſſimè, & fortiſſimè adminiſtrauit,domi pace parta, hoſtibus foris victis, & repulſis,pie vixit,& pie obijt Regno in poſteros (nam vxorem duxit, & ex ea liberos tu-
44 lit) prorogato. Nam in Regni ſucceſſione admittitur quilibet de domo Regia non habita ratione gradus, etiam ſi eſſet in centeſimo, Iacob. in ſua inueſt. in ver. Dux Veron. caut. 95.& Boſſ.de Princip.& priuil. eius nu. 9. Vt in Regno Franciæ, dicit Bal. in domo de Borbonia in cap. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. fæud. quem refert, & ſequitur Frec. de Suff. lib.2. cap. de diff.inter fæud.reg.no-
45 na diffe. Et ſi in totum deficeret Regia domus, & progenies, & Regnum non ſubeſſet Imperatori, prout eſt Hyſpania, vt inquit etiam Petr. Nuñez de exeq. mand. par.1.c.4. nu. 1. & Couar. qui rationem reddit de reſtit. 2. par. §. 9. n. 9. Regnicolę poterunt ſibi Regem eligere, Bald. in l.ex hoc iure num. 3. ff. de iuſt. & iur. Petr. Nuñex loquens de Rege Caſtellæ loco prædicto cap. 1. nu.8. & Couar.lib.vnic.pract. quæſt. cap. 4. num. 3. quem refert, & ſequitur Ferdi.Vaſq. illuſt. cont. lib. 1. cap. 22.nu.
46 12. Cum Regius Principatus, vel hæreditaria primogeniti ſucceſſione,aut libera populorum electione, moribus, aut probata lege confertur,vt plenè declarat Couarr. lib. vnic. pract. quæſt.cap.1.per totum. Principis poteſtas altera ordinaria,

naria, altera abſoluta, ordina-
47 ria eſt ſub lege, quantum ad obſeruantiam, non quantum ad vinculum, abſoluta non eſt ſub lege, nec quoad obſeruantiam, nec quoad vinculum, Ang. his verbis in l. princeps, de leg. quem refert, & ſequitur Fel. in cap. in cauſis de ſent. & re iudi. quæ quo modo differant, vide Theſaur. deciſ. 15. & deciſ. 91. & Pereg. de fidei. art. 52. nu. 118. Hæc autem abſoluta poteſtas, quæ plenitudo poteſtatis dicitur, eſt arbitrij plenitudo nulli neceſſitati ſubiecta, nullius quod iuris publici regulis limitata, Bal. in l. 2. num. 4. C. de ſeruit. & aqua.
48 & dum princeps ea vtitur, nemo poteſt dicere cur ita facis, c. in memoria. 19. diſt. ſpec. tit. de leg. §. nunc oſtendendum n. 51. Bal. in l. fina. C. de ſent. res non poſ. in proh. feud. col. 3. Afflict. in proh. conſt. Iaſ. in l. reſcripta, C. de pre. in prin. off. Cagno. in l. in totum ff. de reg. iur. & Theſau. d. deciſ. 91 & inquit Diuus Paulus ad Roman. c. 2. qui non ſunt ſub le-
49 ge, ipſi ſibi ſunt lex. Qua poteſtate vti poterit pro libito ſuæ voluntatis etiam ſine cauſa, & qui aliter dicunt mentiũtur. Ang. in l. item verberatum §. 1. ff. de rei vend. in l. antrochenſium ff. de priuil. credit. & plene Deciſ. conſ. 191. nam crimen ſacrilegij eſt de potentia
50 principis diſputare, l. ſacrilegijs C. de ſacrileg. l. diſputare, C. de diuer. reſcrip. plene Vãt. de nullit. cap. an qælibet ſent. nu. 7. & ſeq. & dicit Exod. cap. 4. Rex autem ſuper omnia precellit, & dominatur, & omne quodcunq; dixerit illis faciunt, iugulantur, & iugulant, & Regis mandatum non prætereũt.
51 Sed ſi vni rem conceſſerit, deinde alteri donet, non erit primo res auferenda, niſi dixerit non obſtante conceſſione alteri facta, Bart. in l. fina. C. de locat. præd. ciuil. lib. 12. & Bal. in auth. hoc inter, C. de teſta. cum ſecunda conceſſio non valuit, nec intelligitur primo præiudicare, cui fuit ex prima conceſſione ius quæſitum, Bal. & ibi Iaſ. nu. 20. in l. 1. ff. de conſt. princ. & Deci. conſ. 191. in princ. cum princeps potuit errare l. 3. & ibi glo. de ſup. leg. glo. in §. fina. auth. de dep. in l. fina. c. in qui. cau. in integ. reſtit. in a. 1. in verb. iudicauerit, ſi de inueſt. inter dom. & vaxal. & pulcrè Bal. in l. præſcriptione n. 11. C. ſi cont. ius,
52 vel vtil. pub. & ſi in ſuo errore

per-

perſeuerat, licitum eſt, ſalua Maieſtate ſuæ dignitatis, ſibi factum ad memoriã reducere, Bal.h.s verbis in l. huiuſmodi, nu.5.C.de reſt.ſic etiam Sum. Pont. etiam oblitus eſt,c.præterea 23. diſt. cap. fina.30. q. 4. glo. in cap. a recta fide 24.
53 quæſt.1. & in c. illud de cler. excom.quod poteſt.euenire propter negotiorum multitudinem Rip. in l.quod iuſſit nu. 47. ff.de iud.& reſp.174.num. 8. & congerit alios, Menoch. de arb. iudi.lib. 2.caſ.26. Imo in principe potius eſt præſumenda ſubreptio,& circumuẽtio, quam variatio, cap.cum olim,& ibi Ab.& Fel.de re iud, Bal. optimè in l. nec aures C. de emancip.lib. And.Gail.lib. 2. obſ.88. Miſing. cent.3.obſ. 61. & multa congerit Conſil. Rouit.in rub. prag.de reuoca.
55 & ſuſpenſ.gratiar.debet enim princeps in liberalitate conceſſorum ſicuti polus in cælo conſtanter perſiſtere, & dicere, quod ſcripſi, ſcripſi, modo ſecundum iura, & conſcientiã ſcribat, & iudicet. Nam,quod male iudicauit nefas non eſt retractare, vt eleganter inquit Bal. vlt. 1. vol.Dec.conſ.197. in fine, & Boſſ.de Princip. nu.
56 18.cum ſequ.nihil enim quod lumine clariore refulgeat, quã recta fides in principe,epiſt. inter clara, C. de ſum. trinit. & vbi non eſt ſana fides, ibi non poteſt eſſe lex,& iuſtitia,§. feſtinabis auth.de mand.princi. cap.vbi 24. quæ.1. quæ magis rempublicam, quàm ſudores corporales gubernant, cap. in quolibet 23. quæſt.8. & refert iuſt.Lypſ. in monit. & exemp. polit. lib. 2.cap.23.monit.14. quod dum Carolus. V.Imper. ſine præſidijs, & comitibus à Franciſco Rege Gall. amice, & regaliter eſſet exceptus, & ſermones inter eos de pace varij eſſent, donando Ducat. Mediol.Carolo Regis filio, cũ abijſſet, & tardiores eſſent effectus, a multis exprobatus, cur eũ non tenuiſſet,vt firmiores, & cautiones eſſent pacis
57 leges, reſpondit,etiam ſi fides toto orbe exularet,tamẽ regibus tenendam eſſe,qui ea ſola, & nullo motu cogi aſtringique poſſunt. Sic Triumpara Cochimi Rex a Rege Calecutij,è regno pelli potius,quam paucos luſitanos, quos in fidem receperat ei tradi paſſus eſt,& dum iterum ei pulſo veterem fortunam,& ſtatum offerret, ſi eoſdem daret, abnegauit fortiter profeſſus, ſceptrum, & vitam

adimi

Digitized by Google

adimi poſſe, fidem non poſſe, vt inquit idem Iuſt. Lypſ. eod.
58 loco monit.11. Propterea cũ in Principe præſumenda ſit recta fides, nec variatio, & ſecunda conceſſio erronea, & ſubreptitia, prima debet a principe defendi, Bal. in l. 2. C. de leg. & in l. 1. ff. conſt. princip. plenè And. Gail. lib. 2. obſ. 55. & Miſing. cent. 3. obſ. 61. per glo. in l. loc. C. de fun. & ſalt. rei dom. lib. 11. nam verba principis etiam non iurata, debent eſſe firmiſſima, c. ad Apoſtoli-
59 cæ: & ibi Inno. de re iudi. qua ratione inquit Miſing. cent. 1. obſer. 17. fuiſſe in Cam. Impe. concluſum, quod promiſſio facta a principe ſub fide, & dignitate principis, iuramento æquipollet, & ita ſeruanda eſt, tanquam iuramento firmata,
60 & ideo banditis ſecuritas ſub verbo, & fide Regis conceſſa firmiſſima eſt, & omnino ſeruatur: quam glo. in d. l. loca. dicit Caſt. in d. l. 2. C. de leg. quod Bal. ſemper in ore habe-
61 bat, & eam extollebat, nam Papa Vrbanus ſextus conceſſit ei vnum caſtrum in comitatu Eugubij, quod vocabatur Feſtina, vt inquit Afflict. dec. 299 nu. 21. quod deinde alteri cõceſſit, & licet in Curia Romana multum litigauerit, numquam potuit ipſius poſſeſſio-
62 nem obtinere. Et quãuis princeps poſſit aliquem re ſua priuare, l. item ſi verberatum §. 1. ff. de rei vend. l. lucius ff. de euictio. tenetur tamen dare pretium, & compenſationem rationabilem, l. 2. vbi Bal. C. qui ex cau. ſer. propriet. l. venditor. §. 1. & ibi Caſt. ff. com. præd. Archi. in principales, 9. quæ. 3. Caſt. in l. digna vol. C. de leg. Ang. in d. l. item ſi verberatum, §. 1. ff. de rei vendi. plenè Laur. deciſ. auenio. 27. pet. Greg. Toloſ. de rep. lib. 7. cap. 20. nu. 38. cum ſeq. & pleniſſimè Conſ. Maſt. qui alios congerens hoc declarat, & cõmunem teſtatur, dicens pretium eſſe ſoluendum, antequã res auferatur, de mag. part. 1. lib. 3. cap. 4. nu. 158. cum plur. ſeq. quod limitat eod. lib. 4. ca. 16. nu. 179. & dicit etiam Inn. in cap. niſi cum pridem nu. 4.
63 de renunciat. quod ſi Papa ſine cauſa cogit Epiſcopum renunciare Epiſcopatui, debet eidem de bono cambio prouidere, ſi tamen vult Epiſcopum de ſuo ad alium Epiſcopatum tranſire, ſi id faciat prouiden-
64 do, non cogitur tranſire, ſecus ſi iubendo, Bal. in l. reſcripta,

nu.

nu.8. vbi reddit rationem,cap. ſi cont. ius vel vtil.præb. cuius tranſlationis cauſas recenſet Meno ch. de arbit. iudi. lib. 2. caſ.423. & idem de beneficia. dicit idem Bal. in cap.1. ver.ſi ad hoc,de pac.iur. firm. quod pulcrè declarat Menoc.de arb. iud. lib. 1. quæſt. 48.& Ferd. Vaſq.Ill.cont.lib.1.cap.5.nam iniuria afficeretur, dum ſine cauſa maiore amotus beneficio, ad minus eſſet vocatus, l. 2. & ibi Ioan. de Plat. c. quo. ciuil. Menoch.lib.10. & regulare eſt,vt à minori promoueatur ad maius,ſed non è contra, inquit glo. in cap. mutationes
65 7.quęſt.1.ſic etiam ſi princeps conceſſit alicui officium recepta pecunia,ſi ipſum ammouit ſine ipſius culpa, forte ob publicam vtilitatem legem condendo, vel aliter, tenetur receptam pecuniam reſtituere, Conſ. Maſt.qui alios congerit de mag.par.1.lib.1.cap. 27. n. 38. cum ſeq. & iudicatum refert Cap. deciſ. 116. non tamen poterit omnes ſimul beneficijs priuare, quia ſic vniuerſalem eccleſiam turbaret. glo. in cap. final.9.quæſt.3.

SVMMARIVM.

1 *Princeps quantũ poſſibile eſt debet abſtinere à plenitudine poteſtatis.*
2 *Diui Gregorij ſalutare dictum circa Reges.*
3 *Princeps debet omnia cum conſilio prudentum agere, vt recte eueniant.*
4 *Principis perſona integra non dicitur ſine conſiliarijs.*
8 *Princeps habet omnia iura in pectore dicitur prudentiſſimus, & totius philoſophia plenus, propter ſapientes, quos debet apud ſe habere.*
6 *Menand. Poet. Grec. dicebat, ſapiens eris, ſapientibus ſæpe aſſidens.*
7 *Rex ſapiens eſt populi ſtabilimentum.*
8 *Diui Chriſoſt. notabile dictum de ſapientia Principis.*
9 *Sapiens non fallit, nec fallitur.*
10 *Rex Robertus propter magnam ſapientiam fuit in Regno prælatus filio primogeniti.*
11 *Alex. Mag.dicebat ſe malle doctrina, quam Imperij magnitudine alijs præferri.*
12 *Rex illiteratus eſt aſinus coronatus*
13 *Conſilia turbida ſunt, quæ ſibi ſuadent.*
14 *Homo pictus tantum diſtat a vero, quantum princeps bene conſultus ab imperito.*
15 *Roboam fuit Regno priuatus, quia noluit ſuos conſiliarios audire, & Holofernes à Iudit occiſus.*
16 *Federicus Imper. qui ſine conſilio leges condebat, nec tempore ſuo, nec poſt eius mortem ſemen remansit.*

Digitized by Google

ſit in terram.

17 *Errare cum conſilio non eſt iniquitas.*

18 *Ludouicus XI. Rex Gall. Carolum eius filiũ literas adiſcere noluit, vt alienis magis quam ſuis cõſilijs ſe regeret.*

19 *Princeps debet ſuos conſiliarios magno bonore proſequi.*

20 *Senator quidam dixit Principi, cur te babeam in Principem, cum me non babes vt Senatorem.*

21 *Princeps qui ſine cauſa vtitur poteſtate abſoluta, non eſt Princeps, ſed Tyrannus.*

22 *Principis poteſtas circa iuſta, & rationabilia verſari debet.*

23 *Princeps vtitur abſoluta, poteſtate ad iuſtitiam æquo, & bono temperandam*

24 *Princeps eſt ad inſtar candelæ, quæ vt alijs lucem præbeat, ſe ipſam conficit.*

25 *Henricus Imper. adeo in rebus Imperij erat aſſiduus, vt niſi ab eis vacuus, cibum non ſumebat.*

26 *Rex non poteſt alienare bona Regni in maximam ipſius diminutionem.*

27 *Imperator non eſt imperij proprietarius, ſed maximus adminiſtrator.*

28 *Princeps bona conſilia, etiam iuniorum ſequi debet.*

29 *Filius aliquando eſt prudentior patre.*

30 *Princeps quamuis ſolutus ſit lege poteſtatiua, non tamen ſolutus eſt lege naturæ, & dictamine rationis.*

31 *Princeps debet leges ſeruare, vt melius à ſubditis ſeruentur.*

32 *Princeps eſt, tamquam ſpeculum, & exemplar, in quo ſubditi omnes reſpiciunt, & ſuis moribus ſe accomodant.*

32 *Iuſtitia regula eſt, aliquem non fraudare, nec damno iniuſto afficere.*

33 *Princeps ſi ex contractu conceſſit priuilegium, non poteſt illud ſine cauſa reuocare.*

35 *Iuriſdictio conceſſa ex contractu in feudum, dicitur priuatiuè cõceſſa, ſecus in officium, nam tunc cumulatiuè.*

36 *Princeps in terra Baronis non poteſt iuriſdictionem exercere, nec modum, aut conditionem adijcere.*

37 *Delictum ſi ex noua lege ſit, quod non erat delictum, cognitio ipſius, & pœna Baroni pertinet.*

38 *Pœna lege noua impoſita, & ſi dicatur, quod fiſco applicetur, Baronum tamen applicatur.*

39 *Pœna, quæ apponitur in contrauētione, & inobedientia Regiarum prouiſionum, ipſi Reg Cur. tantũ pertinet.*

49 *Receptantes contumaces M. Cur. ab ea ſola puniuntur, nec remictūtur Baronibus.*

41 *Feudum conceſſum mediante pretio, præſumitur conceſſum cauſa transferendi dominium, nõ cauſa cuſtodiæ.*

42 *Deus noluit cõtractus eſſe in manu Principum.*

43 *Deus etiam ſua promiſſione obligatur.*

44 *Princeps ſi ex contractu non obligaretur, nec contrahentes cũ eo eſſent obligati.*

45 *Princeps cum ſubditis contrahens, & ſi naturaliter tantum oblige tur, ea tamen ita efficax eſt, ac ſi naturaliter, & ciuiliter eſſet obli gatus.*

46 *Pœna magna eſt inter homines eſſe, & hominum carere commercio.*

47 *Papa poteſt in beneficijs cæteros collatores præuenire.*

48 *Abbas quamuis reſeruata monacho poſſit auferre, non tamen eſt boneſtum.*

49 *Lex, quæ punit alium pro alterius delicto. & ſi tolerabilis ſit, non eſt laudabilis.*

50 *Statutum valet, quod vxor teneatur ad debita viri, & filij mercatorum ad debita patris.*

51 *Filij primi pij, & quando debitum eſt contractum pro cauſa filiorum, tenentur ſoluere, quamuis non ſint hæredes patris.*

52 *Pœna quando pluribus ex alterius delicto infertur, ſolutione vnius cæteri liberantur, & ab alijs repetitur.*

53 *Pœna, quæ alicui ex delicto alterius infertur, ceſſat ſi ab eo culpa, & negligentia abeſt.*

54 *Prag. 12. cap. 3. de exul. loquens de conſanguineis banditorum, & delinquentium non includit odioſos, inimicos, & offenſos ab eiſdem.*

55 *Reges ex cauſa, & neceſſitate ſeruiunt in ſubditos, tyranni autem ex voluptate.*

56 *Principi non minus turpia ſunt multa ſupplicia, quã medico multa cadauera.*

57 *Alex. Mag. & Theo. Imp. pulcra dicta de vita hominis.*

58 *Princeps dum in peruerſum declinat, non eſt Rex, ſed diabolus.*

59 *Theod Imp. humilitas, & obedientia, præſtita diuo Ambroſio.*

60 *Sententia Principis ex iracundia prolata exequutio, differtur poſt dies 30.*

61 *Ira in ſinu ſtulti requieſcit, & qui facilis eſt ad indignandum, erit ad peccata procliuior.*

62 *Iudex innocentem per iracundiam capite puniens, capite puniri debet.*

63 *Iratus putat iuſtum omne, quod agit, & mora eſt maximum iræ remedium.*

64 *Beati Gregorij notabilia præcepta aduerſus iram.*

65 *Archita Tarentini Philoſop. exemplum cum fuiſſet ira accenſus.*

66 *Deus propter populorum demerita permittit impios regnare.*

1 GLoſſa 2. Debet tamen princeps quãtum poſſibile eſt, ab hac plenitudine poteſtatis abſtinere, vt inquit Bal. in l. 2. C. de com. rer. alien. cui non debet placere, niſi æquum, & bonum, & regulare actus ſuos ſecundum iuſtitiam fori, & poli, Bal. in l. 1. nu. 5. C. de conſt. princ. & plene Ozas decíſ. pedam. 169. Et dicit quoque Diuus

2 Greg. lib. 7. Epiſt. 120. Summum bonum in Regibus eſt iuſtitiam colere, & ſua iura omnibus ſeruare, & ſubiectis non ſine-

ſinere, quod poteſtatis eſt fieri, ſed quod æquum eſt cuſtodire, ſic quoque Plut. in Apol. lib. 4. de Antig. Rege ſcriptum relinquit, qui quodam dicentem omnia regibus honeſta iuſtaque eſſe reſpondit, ſunt per Deum barbarorum dumtaxat regibus, at nobis ea dumtaxat honeſta ſunt, quæ honeſta ſunt, & iuſta, quæ iuſta sũt, hinc Teodo. Gott. Rex apud Caſſio. lib. 4. var. epiſt. 16. ſcribens ad Senat. Vrbis Rom. inquit, nã cum poſſumus omnia, ſolum nobis licere credimus
3 laudanda. Et vt omnia recte, & ex voto eueniant cum conſilio prudentium agere, l. humanũ C. de leg. l. non dubium C. de repud. & glo. in l. & qui ff. de tut. & cur. dat ab his, ſine qui-
4 bus principis perſona integra non dicitur, cum ſint pars corporis ipſius, l. quiſquis C. ad leg. iulia. maieſt. cap. ſi quis 6. quæſt. 1. & principi inhærent ſicut ſtellæ in firmamento cæli, Boer. de auth. mag. conc. nu. 129. & ſolis radij dicuntur cap. multi de pen. diſt. 2. & pulcrè Mar. Mant. rer. ſing. lib. 10. cap. 243. cum ipſe dicatur de numero Senatorum, l. ius Senatorum C. de ſenat. lib. 10. & ipſorum caput l. quiſquis, & ibi glo. C. ad leg. iul. maie. & quod a ſenatu fit, a principe dicitur factum, glo. in l. nam ambigitur ff. de leg. & ſummũ magiſtratum, dicitur glo. in l. 2 ff. de adop. & iudicem iudicum glo. in l. ſi quis decurio. C. de
5 decurion. lib. 10. Et ideo princeps dicitur habere omnia iura in ſcrinio pectoris l. omniũ C. de teſtam. cap. 1. de conſt. in 6. & totius philoſophiæ plenus, l. penu. C. de his qui. vt indi. & conſultiſſimus l. 1. c. ne hic pot. ac etiam prudentiſſimus, & vir religioſiſſimus, l. vnum ex familia §. final. ff. de leg. 2. propter multos ſapientes, & philoſophos, quos pænes ſe habere debet, vt inquit Bal. in l. præſcriptione nu. 10. C. ſi contr. ius vel vtil. pub. in l. iurisperitos in princip. ff. de excur. tutor. Iſer. tit. hic fin. lex dein. incipit c onſ. cap. 1. num. 6. Afflict. in conſt. incip. ſtatuimus num. 12. & in conſt. incip. diſputare nu. 6. quia de claritate ſeruientium creſcit fama dominorum, & ſcribitur apud Caſs. lib. 4. var. epiſt. 3.
6 & inquit Menand. poet. Greg. Sapiens eius, ſapientibus ſæpe aſſidens, qui princeps etiam per interpetrationẽ, quia omnia iura interpretatur, dicitur

ea habere in ſcrinio pectoris, glo. in cap. præterea 23. diſt.
7 qui, & ſi ſapiens eſſe debeat, cum Rex ſapiens ſit populi ſtabilimentum, prou. cap. 16. & pulcrè Iſer. tit. qui ſucceſs.tenea.in fine, & inquit Plut. de republ. dial. 5. non aliter ſapientia principi eſt neceſſaria, quam corpori anima, & Diu.
8 Chriſoſt.ora.3.de regno, quoque ait. Cui maiore opus eſt prudentia, quam ei, qui de maximis rebus deliberat, cui ſuperiori iuſtitia, quam ei, qui eſt ipſis legibus maior, cui maiore animo, quam ei, cuius omnia viribus ſeruantur, cui abſtinentia, ſobrietate maiore, quam ei, cui omnia licent, quē magis oblectare debent virtutis exercitia, quam ei, qui omnes homines animi ſui ſpectatores habet, & teſtes, ſic etiam dicit idem Plut. vt refert Mant. in proh. de coniect. vlt. vol. tūc demum orbem beatum futurum, cum aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cæpiſ-
9 ſent, nam ſapiens non fallit, nec fallitur, l. 2. C. de pond. & auri illat. lib. 11. & dicitur prou. cap. 9. melior eſt ſapientia, quā arma bellica, & Exod. 20. Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens, & deſtruxit robur virtutis illius, & etiam Eccleſ. 10. principatus ſenſatus ſtabilis eſt, Rex autem inſipiens perdit populum. Sic quoque Veg. de re milit. lib. 1. nullus, inquit eſt, cui ſapientia magis conuenit quam principi, cuius doctrina omnibus debet prodeſſe
10 ſubiectis, & Rex Robertus, vt inquit Bal. in l. 3. C. de ſui, & leg. & refert Iuſt. Lypſ. in monit. & exemp. polit. lib. 2. cap. 4. fuit à Papa prælatus in ſucceſſione regni, filio primogeniti, propter publicam vtilitatem regni, & immenſam ipſius ſapientiam, quia fuit ſecundus
11 Salomō, proinde dicebat Alex. Mag. (vt refert Plut. in eius vita,) ſe malle doctrina, quam Imperij magnitudine cæteris præferri, ita etiam Robert. Sicil. Rex dicere ſolebat (teſte Fra. patrit. rerum memorab. lib. 1.) ego iuro, dulciores, & multo chariores eſſe mihi literas, quam regnum, & ſi altero carendū ſit, & æquanimius me diademate, quam literis cariturum. ſic quoque aiebat Alf. Arag. Rex (vt refert Iuſt. Lypſ. in monit. & exemp. polit. lib. 1. cap. 8.) ſe malle regnorum omnium iacturam facere, quam minimam doctrinæ, & plura ad hoc congerit Frecc.

de

de ſuff. lib. 1.cap. de off.mag. Iuſt. nu. 33. cum ſeq.& quantum ſit neceſſaria principi ſapientia declarat Card. Bellar. de off.princip. lib.1.cap.13.& dicebat idem Rex Arag. teſte Panor. in eius vita, quod etiā referunt Regē Roman.ſcripſiſſe Regi Fran. Caſſaſ. in catal. glo. mund. par. 5. conſ. 10. & Pet. Greg.Tol. de rep.lib. 10.
12 cap. 6. quod Rex illiteratus, nil eſt quam aſinus coronatus. Non tamen inniti debet propriæ prudentiæ,nec apud ſeipſum ſapiens eſſe debet, pro. c. 3. & 12.& cap.1. de conſt.&
13 inquit Cur.de reb. geſt.Alex. quod turbida ſunt conſilia,quę ſibi ſuadent,& refert Iul.Capi. Mar. Aut. phil.dixiſſe, æquius eſt, vt ego tot, & talium amicorum conſilium ſequar.quam tot, & tales amici, mei vnius voluntatem, & dicitur Eccleſ. cap. 32. Fili mi, ſine conſilio nihil facias,& poſt factum non pænitebit, & etiam Pet. Greg. Toloſ.de rep.lib. 24.cap.3.in-
14 quit, quod quantum diſtat pictus homo, ab homine vero,& ſapiente, tantum princeps benè conſultus, ab imperito, & Tarquinius Rom. Rex fuit regno eiectus, quod ſenatum contendebat, & omnia ex arbitrio gerebat, ſic quo Hiero. Siciliæ Rex(teſte Tit.Liuio lib. 3.ob hoc fuit interfectus, quia recta monentium conſilia cōtenderet,& ſenatus authorita-
15 tem peſſundauit, & Roboam filius Salom. fuit regno priuatus, quia noluit ſuos conſiliarios audire. cap. eccleſia. 16. quæſt.1.c.denique 7. quæſt.1. & glo. in cap. 2. 84. diſt. itaquoque Holofer. quia noluit Archinoam ſuum cōſiliarium verum conſulentem audire, fuit a Iudit capite truncatus. Iud. cap. 6. & 16. & Ideo Im-
16 per.Fed. qui ſine conſilio iniquas condebat leges, eius ſemen,nec ſuo tempore,nec poſt remanſit in terra, vt dicit Iſer. in conſt.incip.quanto, & Affl. deciſ. 265. proinde quamuis cedatur dicto principis clem. vni.de probat.cuius intellectū plenius explicant Gram.deciſ. 103.num. 228. cum ſequ. & Miſin. cent.5.obſ.35.ſi tamen dicat id,cum conſenſu,& aſſertione ſui conſilij, minorem fidem habebit,Iſer. in cap.1.nu. 16.qui ſucceſ. tenea.& in c.1. de contr. feud. apud par. ter.
17 Nam errare cum conſilio non eſt iniquitas, inquit Inno. in c. quanto. de iure iur. & inquit Couar. lib. vn.prac. quæ cap. 1. nu.

1. nu. 5. illud libenter admon. hac in parte nos Regem illum laudibus efferre, qui a ſenioribus, & probatiſſimis viris minime diſſentiat cuncta libera, & abſoluta voluntate, ac libidine acturus, immo ab his, dum leges condere velit, aliaque in reipublicæ vtilitatem expedire ſententiam petat cum his de rebus publicis conſultet ne deliberet. Quæ res non modo iſtis antiquitus exitioſa fuit, ſed recenter ludo. 11. reg. gall. qui nulla de re ſenatum conſulebat, qua re motus, & pænitentia ductus, Carolum eius
18 filium ita inſtitui voluit, vt literas neſciret, & alienis potius conſilijs, quam ſuis ſapere, ac ſe gerere conſueſceret, vt teſtatur Philip. com. in eius vita, nec debet princeps ardua expedire ſine authoritate ſui cōcilij. Spec. tit. de leg. §. qualiter in fine, Bald. in l. final. C. de diuer. reſcript. & in l. cum multa, C. de bon. quæ lib. eoſque Conſiliarios debet Princeps magno honore ꝓſequi, vt fecit
19 Alex. ſeuer. qui Vlp. iureconſ. parentem appellat in l. 4. c. loc. & amicum in l. ſecundum, C. de cont. & commit. ſtip. & ſalutatus in eius honorem aſſurgit l. 1. vbi glo. & Ang. C. de ſent. paſs. ob quod quidam ſenator dixit principi non deferenti ſibi debitum honorem, cur te habeam in principem,
20 cum me non habes, vt ſenatorem cap. eſt ſubiectus, circa princi. 95. diſt, & inquit Saluſt. in orat. ad Cæſa. de reip. ord. omnia regna, ciuitates, & nationes eouſque Proſperū Imperium habuerunt, dum apud eos vera conſilia valuerunt, Nam dum princeps ſine cauſa vtitur poteſtate abſoluta gra-
21 uiter peccat, vt inquit Innoc. in cap. innouamus de cenſ. & in cap. innotuit. de elect. nec dicitur rex, ſed tyrannus, Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 6. & Theſau. deciſ. 15. & 191. aut Dei miniſter, ſed diaboli, Hier. Iſer de ſtat. & conſ. eccl. §. habita, & tunc non poteſtatis, ſed tempeſtatis plenitudo diceretur Ferd. Vaſque ill. cont. lib. 1 cap. 5. num. 17. & Pereg. de fidei art. 62. nu. 123. ſic etiam diſpenſatio ſine cauſa dicitur diſſipatio. Ita And. in cap. de multa. de præb. quod refer, & alio congerit D. Molin. de hyſp. primog. lib. 2. cap. 7. nu.
22 12. & principis poteſtas circa rationabilia tantum verſari debet, vt poſt Abb. in c. quia diuerſitatem de conceſ. præben. tradunt

tradant doctiſſime D. Mol. de primog. lib.2.cap.3.num.31. 32.& 33. & Ani. Pinel.in l. 2. par. 1. num. 24. C. de reſcin. vendit. & inquit quoq; Couar. loco prædicto nu. 8. quod poteſtatis abſolutę mentionem fugere debemus,nec licere iuriſconſ.in principe conſtituere poteſtatem, quæ abſque rectis rationibus eius libidine,& libera voluntate ducatur,eum non ad poteſtatem principis,ſed ad tyrannidem pertineat, idque etiam teſtatur Ferd.Vaſq.Illu. contro.lib. 1. cap. 2. nu. 6. & c. 26. nu. 2. non minus inquit ineptè, quam noxiè, paſſim vſurpatum fuiſſe illum vulgarem dicendi modum, vt in principibus duplex ſit poteſtas altera ordinaria, & altera abſoluta, & Pet. Greg.Toloſ. de repub. lib. 9.c. 22.his quoque
23 verbis affirmat;abſoluta poteſtas, & libera relicta eſt principi, vt ea vtatur ad iuſtitiam æquo, & bono temperandam, non autem, vt abutatur. Item quoque conceſſa eſt,vt ſe tanquam principem, tutorem, defenſorem, & patrem, cum ſubditis gerat, loco, & vice Dei,à quo accepit poteſtatem, quod ſi nō agit, incipit aduerſus poteſtatem ſibi datam imperare, & aliam non ſibi conceſſam vſurpare, & ideo efficitur illegitimus Princeps, & conſequenter Tyrannus, & qui turpiter agit, contra poteſtatē ſibi conceſſam, quod crudeliter, quod male,hoc nō eſt poteſtatis. ſed impotentiæ. Idq; etiam aſſerit Andr. Gail.lib.2. obſer. 56. num.9. & refert ac ſequitur pluribus cōgeſtis Audr. Fach. contr. iur. lib.8.cap. 63. Proinde Diuus Thom. lib. 2. de erud. Principum, inquit, Multum cauendum eſt Principi, ne à miniſterio tranſire velit ad dominium, de hoc punitus fuit Nabucdonoſor, qui à miniſterio Regni tranſierat ad dominium, putans ſe regni dominum, & Antig.teſte Emilia. lib.2.var. hiſt. cum cerneret filium ſuum immodeſtiorem ſe gerere erga ſubditos. An non
24 inquit, noſti fili, noſtrum regnum nobilem eſſe ſeruitutem. Vnde ſatis notabilia erant inſignia Ernaſti Ducis Lumburgenſis, quæ facem ardentem deſignabant, cum hac inſcriptione, alijs inſeruio me ipſam conſumo. Oſtendebat namq; hoc problemate vir magnus, Principem ad inſtar facis, & candelæ eſſe, nam vt hæc omnibus lucem præbet, & ſe ipſā con-

conficit, ſic verum Principem decet omnia negotia in ſubditorum vtilitatem, potius quam in ſuam dirigere, vt ex Annal. Luceburg. deſumit Io. Cochi. polit. à foriſ. lib. 1. cap. 19. in fine. Et refert quoq; Iuſt. Lypſ. in monit. & exemp. polit. lib.
25 2. cap. 7. Heric. Imper. filium Feder. ita in rebus aſſiduum, vt vix ſero cibum caperet, & dum à ſuis moneretur, vt valetudinem, & vires cordi haberet, reſpondit, priuato quidam homini omne tempus cibi eſſe, cum id lubet, aut ſolet, at Regi ſi nomen ſuum non abdicat, id ſolum, quo vacat, atq; etiam ita dixiſſe ait Rudulf. Auſtria. Imperat. dum à domeſticis ſubmouerentur tenuiores ad ſe venire affectantes, per Deum ſinite homines ad me venire, non enim ideo ad imperiũ ſum vocatus, vt in arcula includar. Idq; quamplures principes egiſſe refert Pet. Greg. Toloſ. de
26 rep. lib. 6. cap. 6. & ideo Rex non poteſt bona ipſius Regni alienare, in maximam ipſius diminutionem, cap. intellect. de iure iura. Bart. in l. 3. §. 2. ff. quo. in auth. clam. Iſer. in cap. 1. quæ ſint reg. Bal. loquendo in Pap. alienante magnam ciuitatem eccleſiæ in l. cum multa, C. de bon. quæ lib. Afflict. in præl. conſt. quæſt. 24. Ferd. Vaſ. Ill. cont. lib. 1. c. 3. n. 8. & Menoch. qui id plenè declarat de arb. iud. lib. 2. cent. 6. caſ. 559. quæ iurat ſeruare c. tibi dominio. 63. diſt. Nec etiam
27 Imper. qui non eſt Imperij proprietarius, ſed maximus adminiſtrator, vt inquit Conſ. Maſt. Siciliæ decus, qui multos congerit de mag. lib. 1. cap. 4. & id quidem non poteſt, abdicando iura Imperij à ſe, ſecus communicando alijs & ideo poteſt facere Duces, & Marchiones, nam apud eum remanent iura ſuprema Ang. in L. 2. §. hoc interdictũ, ff. ne qui in loc. pub. & pulchrè Petr. Nuñez. qui alios congerit, & declarat. de exequen. mand. par. 1. cap. 1. nu. 13. quę iura, ſumma iuriſdictio, & poteſtas, quæ apud Regem extant, vt ab inferioribus iudicibus, prouocationes, & querelæ ad ipſum Regem, vti Supremum reipublicæ patrem deferantur, nullo modo alienari ab eodem poſſunt, nec in conceſſione iuriſdictionis, meri, & mixti Imperij, cum territorio, quibuſcunque verbis in hac re vberrimis, tranſtuliſſe videatur, vt inquit Luc. de Pen. in L. quicunque C. de omni

agro

deſert lib. 11. Ferdin. Vaſq. Illu. contro. lib. 1. cap. 5. nu. 23. & pulchrè exornat Couar. lib. vni. prac. quæſt. cap. 4. in prin.
28 225. Qui conſiliarij ſi iuniores ſint, debent eorum bona conſilia amplecti, C. de cõſtãtinopolitana, 22. diſtint. Nam ſæpè minori reuelatur, quod maior ignorat l. potioris. C. de offic. recto, proui. cap. ſecundũ 19. diſtinct. cap. fin. 38. diſtin. c. eſto. 95. diſtint. & plura congerit Caſſa. Catal. glo. mun. part. 11. conſ. 9. nec eſt reſpiciendũ quis loquatur, ſed quid loquatur cap. antep. 19. diſtin. c. neq. in homine 1. quæſt. 1. l. item legato §. parui, ff. de leg. 3. & Bal. in l. filia legatorum
29 nu. 13. C. de legatis. & filius eſt aliquando prudentior patre l. dedi §. ſi quis ff. de cond. ſine cauſa, & Alex. in l. gallus §. idem credendum ff. de lib. & poſth. & Deus ſepe ſapientibus ſecreta abſcondit, quæ paruulis reuelauit, vt in Hiſt. & Daniel. & plenè Theſaur. deciſ. 1.
30 nam Princeps, & ſi ſolutus ſit lege poteſtatiua. non tamen lege naturæ, & dictamine rationis, cuius ius potentius eſt, quam principatus, Bal. in l. 2. nu. 4. C. de ſeruit. & aqua. in cap. 1. §. fin. qui feud. dare poſs. Affl. in conſt. quanto. nu. 37. & Iaſ. in l. ciuitas ff. ſi cert. petat. & ſaltem legibus ex humilitate ſubijcere, l. digna vox C. de legib. l. ex imperfecto C. de teſtam. l. donationes C. de donat. int. vir. & vxo. c. ſi ergo 8. q. 1. & pulchrè Ferd. Vaſq. Illu. contr. lib. 1. cap. 45. per
31 totum. Tunc autem Princeps iura ſua ab omnibus cuſtodiẽda exiſtimet, cum, & illis reuerentiam præbet, c. iuſtum 9. diſti. & dicitur in l. officium ff. de re milit. quod officium Regentis exercitum, non ſolũ in danda, ſed in recipienda militari diſciplina conſiſtit, & Diu. Ambroſ. epiſt. 22. ad Val. Imper. inquit, cum leges perſcripſiſti alijs, præſcripſiſti, & tibi, leges enim imperator fert quas primus ipſe cuſtodit, ex Xenof. de laudibus Ageſ. inter maximas, inquit, patriæ vtilitates, hoc ego eius facinus poſuerim, quod perſpicuè oſtendebat, ſe nil mallè, quam legibus inſeruire, quis nam refragari his voluiſſet, cum regẽ obtemperare intueretur? ſic etiam Sañaz. dicebat ad Regẽ Feder. Publica tunc nimium ſibi res conſtat, & æquum imperium, cum Rex, quod alteri iubet, ipſe facit; & proinde

Card. Bellar. de off. princ. lib. 1. cap. 9. dicit, Principes in terris ſunt quaſi ſpeculum, & exemplaria, in quo ſubditi om-
32 nes reſpiciunt, ſeq; eorum moribus accomodare ſatagũt, ea de cauſa, ſi Principes iuſti ſunt, caſti, ſobrij, multos ex ſubditis cum magna laude, & ingenti merito apud Deum tales efficiuntur, contra vero ſi ſint iniuſti, ebrioſi, adulteri, parum pij, parum religioſi, plurimos exemplo ſuo trahunt ad inferos, & ait quoque eod. lib. 1. cap. vlt. Regis enim ad exemplum totus componitur orbis, & qualis eſt rector ciuitatis, tales inhabitantes in ea, vt dicit etiam glo. in cap. ex merito 6. quæ. 1. & inquit Sanct. Amb. quem allegat Affl.
33 deciſ. 403. quod hæc eſt regula iuſtitiæ, a qua non oportet principem declinare, vt non afficiat quemquã damno iniuſto, nec doli aliquid annectere fraudiſque componere, & potiſſimum contractus ſeruare, cap. 1. vbi omnes DD. de prob. cap. 1. & ibi Bal. de nat. feu. quibus, nec de libera poteſtate poteſt contrauenire, Caſtr. in l. digna vox C. de leg. plene Dec. conſ. 293. vol. 2. & communem eſſe omnium iuriſperitorum doctrinam inquit Caſs. in Catalag. glo. mun. p. 5. conſ. 36. eamque etiam ab omnibus receptam inquit Ferdin. Vaſq; Ill. cont. lib. 1. cap. 3. in princ.
34 Proinde ſi princeps conceſſit alicui priuilegium, aut officiũ ex contractu recepto pretio, non poteſt pro libito voluntatis illud ſine cauſa reuocare, Bal. in l. fin. num. 10. C. vnde lib. Affl. deciſ. 128. Cap. deciſ. 169. congerunt alios plenis manibus, Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæſt. 55. num. 2. Conſ. Maſt. de mag. lib. 1. cap. 35. & Pet. Greg. Tol. de rep. lib. 7. cap. vlt. ſecus vero ſi Princeps officium, aut priuilegium gratioſè conceſſit, cũ poterit ſine cauſa illud reuocare Io. Fab. in §. rectè inferre inſt. mand. Bal. in d. l. fin. C. vnde lib. Affl. in conſtit. ea, quæ ad decus, in princip. Gram. deciſ. 46. congerit concord. Conſ. Maſt. de mag. lib. 3. cap. 2. nu. 56. ſic etiam dum omnis iuriſdictio cum feudo in dominium conceditur, nec poterit reuocari, Bald. in d. l. fin. Foll. de cenſ. in ver. ſummiſſionis num. 74. & Conſ. Maſt. loco prædicto, & differt ab ea, quæ conceditur in officium, Præſ. de Franch.
35 deciſ. 370. & deciſ. 510. & fir-

mior eſt, & priuatiuè conceſſa intelligitur, nec concedens in ea ſe ingerere poteſt, Bal. in l. 1. nu. 35. ff. de rer. diui. Abb. Feli. & cæt. in cap. cæterum de iudit. Menoc. de præſump. lib. 3. præſump. 18. & hoc dictum Bald. communiter teneri per DD. affirmat Gaſpr Teſau. in reſpon. poſt deciſ. 132. Theſaur. ſui genit. ſed iuriſdictio conceſſa in officium, dicitur cumulatiuè conceſſa, Dec. qui congerit alios conſ. 3. Gram. deciſ. 30. & conſ. Maſtr. de mag. par. 1. lib. 4. cap. 12. nu.
36 104. Et ideo Princeps in terra baronis non poteſt aliquem actum iuriſdictionis exercere in cauſis Baroni conceſſis, c. paſtoralis, de offi. ordi. c. Romana, eod. in ſexto, pulchre Flam. Caſt. deciſ. Ianu. 68. nu. 26. & Ioa. Viu. de Anna ſing. 631. Niſi data ipſius negligentia in adminiſtranda iuſtitia, & precedente monitione, vt ex pluribus concludit Pet. Nuñez de exeq. mand. par. 1. cap. 5. num. 12. circa fin. Nec etiam poterit modum, aut conditionem, in conceſſa iuriſdictione adijcere Affl. in c. 1. de nat. feu. & in cōſt. pena carcere rub. 8. in fine. Nec penas, aut multas
37 ſibi applicare, etiam ſi ex noua lege à Principe prolata efficeretur delictum, quod de iure communi non eſt delictū, tunc etiam ipſius cognitio, & pęna ad Baronem pertineret, Boſſi. tit. de pęn. num. 25. & refert deciſum Præſ. de Franc.
38 deciſ. 434. Et id quidem etiā ſi edicto Principis expreſſe eſſet dictum, quod pęna fiſco applicaretur, tunc etiam ad Baronem pertineret cognitio, & pęnæ exactio, vt ex pluribus concludit, & iudicatum refert Theſaur. deciſ. 132. vbi optima additio filij, & Ioa. Vinc. de Anna, vbi etiam eius filius in addit. congerens cōcord. ſing.
39 63. cæterum in exequutione mandari, ſaluæ guardiæ, aut aliarum prouiſionum, nam ipſi curiæ tantum cognitio, & applicatio pęnæ pertineret, Theſaur. d. deciſ. 132. & deciſ. 250. & Andr. Gail. lib. 1. obſer. 1. & obſ. 4. tamquam ipſi ſoli debita, ob contemptum, & ipſius offenſam, l. ſi quis id quod. l. ſi familia, ff. de iur. omni. iud. l. nullum, C. de teſtib. Proinde contumaces M.C. ſi ab aliquo receptantur, ſola ipſa M. Cur.
40 cognoſcit, & eoſdem punit, nec ipſos remittit ad Barones, quamuis habeant ampliſſima priuilegia, quia cum receptan-

Digitized by Google

do contrauenerunt mandatis M.C.eamque contempſerunt, vti offenſa. & ſpreta, ſola tantum cognoſcit,& punit, vt inquit ante ſemper fuiſſe ſeruatum, & ſuo tempore ſeruari magna authoritate Præſ. de Franch. deciſ.470.& conſ.Rouit. in Prag. 1. in fine de perſeq. malef. Quòd autem dictū eſt iuriſdictionem à Principe conceſſam ex cōtractu firmiorem eſſe, id quoque efficit, vt feudum conceſſum ex contractu mediante pretio, præſuma-
41 tur datum cauſa transferendi dominium, nō cauſa cuſtodiæ, Bar. in l. 1. ff. pro dote, in l. ſub conditione, ff. de ſolut. & congerit alios Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſ. 96. num.4. Quos contractus noluit Deus eſſe in manu Principis, Bal. in
42 l. digna vox. & in l. 2. C. de ſeru. & aqua. Dec. conſ. 48. vol. 1.& conſ. 287. vol. 2. & dicit Magiſt. ſent. quem allegat Bald. in l. 1. ff. de pact. & in l. 1. vbi copioſe Iaſ. ff. de
43 conſt. princip. Quod etiam Deus ſua promiſſione obligatur, & ſequitur Abb. in c. quæ in eccleſiarum, de conſt.& Ripa reſp. 38. num. 20.& Ariſt. dicebat ad Alex. ò Alex.ſerua fidem, alias malus finis ſequetur, vt refert Bal. in d. l. 1.ff. de conſtitut. Princip. & inquit quoque in l. Princeps. ff. de leg. quem ſequitur Caſt. in d. l. digna vox, Rom. conſ. 352. & 293 vol. 2. quod ſi Princeps ex contractu non obligaretur,
44 nec cum eo contraentes eſſent obligati, & interdiceretur ei commercium, & eſſet tamquam exul, qui eſt omnibus præſul, qui & ſi nihil allegant, ſunt tex. In l. quod ſi minor, §. non ſemper, ff. de minor. in l. cum plures, §. 1. ff. de admitut. & in l. ratas, C. de reſcind. vend.
45 dit. Et quamuis Princeps, cum ſubdito contrahendo non obligetur ciuiliter, ſed tantum naturaliter, quia tantum iuri naturæ, & gentium, non etiam iuri ciuili ſubiacere intelligitur, vt inquit Bal. in l. Princeps, ff. de leg. & in l. p. vbi cet. dd. de pact. Tamen ea obligatio naturalis, qua Princeps ex cōtractu cum ſubdito, vel alio tenetur, tam efficax ſit, quam ſi eſſet ciuilis, & naturalis ſimul Abb. in cap. quæ in Eccleſiarum, col. pen. de conſt.& Ferd. Vaſq. qui hoc dictum pulchrè exornat, & alios congerit illu. cont. lib.2.cap.51.nu.29. Idq; etiam declarat his verbis Pet. Greg. Toloſ. de rep. & pluribus

Digitized by Google

bus exemplis comprobar,lib.7. cap. 20. num.28. & lib.8.cap. 8. num. 6. Alioquin, inquit, ſi Reges, & Principes fidei ſtare non deberent, miſerabiliores omnibus hominibus,& ſubditis eſſent, nullo cum his negotium gerere volente, & pro pęna eſſet illis interdictum à commercijs omnibus,quæ ſola fide perficiuntur, qua maior non datur;ſic etiam Fran.Pat. de repub. lib. 3. tit. p. inquit. Nil turpius his,qui reipublicæ præſunt,quam fidem fallere,
46 quæ quidem ignominia nulla vnquam obliuione deletur. Et magna pęna eſt inter homines eſſe, & hominum carere commercio, l. hi,qui. C. de apoſt. Nam, & ſi multa poſſit pro libito voluntatis facere, aliqua tamen dedecore non carerēt; cap. hac ratione 31. quæſt. p.
48 Et dicit Abb. in cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præb. Quod ſi Papa poſſit cæteros collatores præuenire, per eum tex. non tamen videtur honeſtum, ſi id faciat, allegat, cap. peruenit 2. quæſt.p.& cap.fin. 99. diſtin. & licet poſſit beneficium alteri collatum reuocare, nec etiam viderur honeſtū ſi id faciat per notata in cap. peruenit, de immun. eccleſ. & in cap. dilecto de conſ. & affinit. & per Hoſt. in cap. cum veniſſet de iudic. Nec enim omne, quod licet,honeſtū eſt. l. ſed ſi quis. §. idem labeo, ff. de relig. & ſumpt.fun.l.ſolent. ver.quantum,ff.de off. procon. l. non omne quod licet, ff. de reg. iur. Proinde dicit Bald. in auth. ingreſſi, C. de ſacroſan. Eccleſ. quod ſi Abbas poſſit ingredienti monaſterium, reſeruata de iure auferre, id tamen de honeſtate facere non debet, & etiam in l. decuriones, C. de infam. quod & ſi homicidium, quod à ſtatuto permittitur eſt tolerabile, non eſt tamen laudabile, & dicunt quoque glo. in rub. C. de decur. lib. x. Bart. in l. prohibitum. C. de fab. lib. xj. Bald.in rub. C. res inter alios acta, in l. p. C. ne fil. pro pat. & in l.
49 ſancimus, C. de pæn. Quod quamuis valeat lex, quod quis pro delicto alterius puniatur, ipſa tamen lex non eſt laudabilis, quod plenè declarat, & etiam communē dicit Couarr. var. reſol. lib. 2. cap.8. Gram. deciſ. 47. Menoch. de arbitr. Iud. lib.2.cēt.4.caſ.345.Ferd. Vaſque illu. cont. lib. p. c. 32. nu. 16. Io. Gutt. cano.quæſt. lib. 2. cap.30.per totum,Proſ.

Farin.

Farin. de deli. & pœn. quæ. 24.
num. 189. & nouiſſime Conſ.
Maſt. de mag. par. 1. lib. 3. c. 4.
num. 118. cum plur. ſequent.
50 Sic etiam valet ſtatutũ, quod
vxor teneatur ad debita viri, &
filij mercatorum, quamuis non
ſint hæredes, ad debita patris
Bar. in tract. repræſ. in princ.
num. 8. Bal. in l. dotis, C. de
iur. dot. & ita ſeruari in Cam.
Imper. teſtatur Miſing. cent. 1.
obſ. 29. ſicuti ex legis diſpoſi-
51 tione filij primipili tenentur
ad debita patris, quamuis non
ſint hæredes, l. 1. l. fin. C. de
primip. lib. 12. cuius officium
declarant Couar. var. reſolu.
lib. 1. cap. 16. num. 7. & Me-
noch. de præſump. lib. 2. præſ.
73. nu. 25. Et etiam tenentur,
quando pater contraxit debi-
tum pro ipſorum vtilitate, pu-
tá pro ipſis alendis, Rom. ſing.
113. & Veron. caut. 146. &
aliquando inſolidum, quamuis
pro parte ſint hæredes, in caſi-
bus quos adnotat glo. in l. 2.
C. de hæred. actio. In qua
re illud ſatis vtiliter ſciendum
eſt, quod pœna pecuniaria,
quæ alicui ob alterius delictũ
infertur, diuerſa eſt ab ea,
quæ ex proprio reatu infligi-
tur, cum hæc, quæ ex proprio
facto irrogatur, ſi pluribus in-
fertur, omnes inſolidum tenen-
tur, nec ſolutione vnius, cæte-
ri liberantur, l. item ſi mela,
52 §. ſi plures, ff. ad leg. Aquil.
illa vero, quæ ex alterius de-
licto pluribus infertur, & ſi om-
nes inſolidum tenentur, vno
pœnam ſoluente cęteri liberã-
tur, l. 3. cum glo. l. fina. ff. de his
qui diu. vel effun. Bar. per eum
tex. in l. ex maleficijs, §. 2. ff.
de actio. & obligat. Bal. nota-
biliter in l. 1. C. de cond. furt.
& Afflict. in conſtitut. incip.
ſuper inciſionibus, num. 32. &
inquit glo. in l. debitor, §. item
ſi prædixit, in ver. dumtaxat,
ff. naut. caup. & ſtab. quod ne-
dum in hoc differunt, ſed etiam
cum illa, quæ ex proprio facto
præſtatur, ab alio non repeti-
tur, ſecus ea, quæ ex alterius
delicto ſoluitur, nã ab alijs re-
petitur, & probat tex. in l.
mancipia, C. de ſerui. fugit.
etiam ſi pœna, quæ ex proprio
delicto præſtatur eſſet pro-
miſſa, gloſ. in l. quoniam
multa facinora, in ver. ſuppli-
cium, C. de leg. Iuli. de iu-
53 Hæc tamen pœna, quæ ex
alterius delicto infertur, ceſ-
ſat, vbi omnis culpa, & ne-
gligentia illius abeſt, vt con-
cludit Dec. conſil. 64. quem
ſequitur Gigas de crimine

lxſx

læſæ Maieſt. tit. de plur.& variar. quæſt. 4. quæſt. num. 13. & pulchrè exornant, & declarant Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 6. caſ. 551. à num. 8. vſque ad finem, & de præſump. lib. 5. præſump. 31. nu. 25. & Proſper. Farin. conſ. 27. qui loquitur de Bulla Pij IV. quæ mandat, vt conſanguinei debeant emere bona bannitorum, cui etiam conuenit diſpoſitio Reg. prae. 12. cap. 3. de exul. quæ mandat, vt conſanguinei vſque ad quartum gradum eorum, qui aliquem ceperint per vim, vt ipſum componerent, teneatur ſoluere taleam ſolutam ex proprijs bonis, & exfractare extra Prouinciam, vt non compræhendātur,
54 nec teneantur conſanguinei inimici odioſi banditorum, & ab eis offenſi, qui veriſimile non eſt, quod banditos receptent, eiſq; conſilium, auxiliū, & fauorem preſtēt. Nec ēt includuntur pupilli, viduę, & alij inhabiles, ad pſtādū auxilium, & ipſos receptādū, Bar. in l. ſi fortius, ff. de aqu. pl. arc. Ang. in l. ſi quis moriens, §. ignoſcitur, ff. ad ſille. Iaſ. in l. non ſolum. n. 1. ff. de op. nou. nunc. & pulchrè Menoc. de arb. Iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 222. n. 23. cum ſeq. Qua poteſtate Princeps ex magna cauſa, & neceſſitate vti debet, vbi agitur de vita hominis, cū Reges ex cauſa, & neceſſitate, in ſubditos ſæuiunt, graui
55 autem ex voluptate, vt inquit Senec. de clem. ad Nero. lib. 1. cap. 11. nec affectans ſeueritatis, aut clementiæ gloriam, ſed propenſo iudicio, quoad poſſit alia adhibens remedia, clementiam, & miſericordiam exerceat, nam qui miſericordiam negat Deum negat, qui eſt miſericordia, & veritas, c. omnis qui. 7. quæ. 1. & inquit quoque idem Sene. eod. lib. 1. cap. 14. quod refert Io. Fab. in l. 1. nu. 26. C. de ſumma Trin. nemo iuſtus ad ſupplicia exigenda peruenit, niſi qui reme-
56 dia conſumpſit, nec minus ſūt turpia principi multa ſupplicia, quam medico multa cadauera, & dicitur in cap. diſciplina 45. diſt. Miſcenda eſt ergo lænitas, cum ſeueritate, faciēdumq; quoddam ex vtroque temperamentum, vt neq, multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur, ſit itaque amor, ſed non emolliens, ſit rigor, ſed nō exaſperās, ſit zelus, ſed nō immoderatè ſęuiēs, ſit pietas, ſed non pluſquā oporteat parcēs.

Digitized by Google

& inquit Ammi.Marc.rer.geſt. lib. 14. in fine, q refert Franc. Pet. de rep. lib.3.cap.8. Quod Alex. Mag. Olimpiæ matri nimium eum vrgenti, vt quendã inſontem interimeret, poſcentique per nouem menſes, quibus eum in vtero geſtauerat, humaniſſimè reſpondit, aliam
57 inquit parens optima, de me quamuis mercedem poſce, hominis autem vita nullo beneficio compenſatur, & Niceph. lib. 4. cap. 3. quoq; ait, quod refert Mar.Mant.rer.ſing.lib.2 cap. 48. Quod Theod. minor. quidam dicenti, neminem ab eo, iniurij ei fuiſſent, morte multatum, reſpondit. Vtinam eos etiam in vita reuocare poſ ſem, qui iam dudum mortui
58 ſunt. Qua poteſtate ſi Princeps abutitur, & in peruerſum declinat, non eſt Rex,ſed diabolus, cap.fin. 2. quæſt.1.Bal. in l. 3. C. ſent. reſci. non poſ. congerit alios Gram. vot. 3. & ſæpiſſimè furore,& ira accẽſus à recto deuiat. Et ſcribitur hiſt. trip. lib. 9. cap. 30. quod refert, & multos ſacræ paginæ DD. congerit Couarr. de reſt. par.p. in init. n.5. & var.reſol. lib. 2. cap.8. in princip. & Bouad. in ſua polit. lib.2.cap.21 num.220. & etiam Pet. Greg. ſintag. iur. lib.2.cap.8.lib.15. cap.1 & lib.31.cap.8. & c.14. referens verba Beati Ambroſ. Quod dum apud Teſſa. Ciuit. quidam Imp.Theod.cariſſimus fuiſſet à populo interfectus,imperator,ira,& furore excandeſcens, iuſſit omnes pariter occidi,ob quod nullo habito diſcrimine, à ſuis militibus ſeptẽ
59 millia fuerunt interempti,qui fuit acerrimè à Beato Ambroſio repræhenſus, & dum Mediolan. petijſſet,fuit ab ingreſſu Eccleſiæ repulſus, ob quod reati conſcius, continuas lamentationes, & lachrymas effundebat, & octo dierũ ſpatio limina Eccleſiæ non calcauit, & dum iterum redijſſet,Eccleſiam ingredi non auſus fuit,ſed Antiſtiti ſupplicauit, vt eius vincula ſolueret, cui idem B. Ambroſ. quam pœnitentiam egiſti poſt tantas clades ? Cui Imper. Theodoſ. tuum eſt dicere, & meum obedire, & B.
60 Ambroſ. iuſſit, vt legem conderet, ne poſſit ſententia proferri animo irato, & prolatæ, exequutio differri poſt triginta dies, & ita humiliter templum ingreſſus eam condidit, l. ſi vendicari, C. de pœn. cap. cum apud Teſſaloniam xj.quæ. 3. quam legem diuinitus fuiſſe

con-

:onſtitutam inquit Menoch. le arb. iudi. lib. 2.cent.4.caſ. ;34. nu. 6. Et qui Regis iram nflammat grauiter peccat, c. icut dignum, §. ſi vero.de homi. & dicit Senec.de ira lib.3. :ap. 1. quod cætera vitia im-ɔellunt animos, ſed ira præci-ɔitat, & Eccleſ. cap. 7. Ne ſis ſudex ad iraſcendum. Quia :a in ſinu ſtulti requieſcit, & ɔrou. cap. 29. qui ad indignã-ſum facilis eſt, erit ad peccata ɔrocliuior, & dicitur etiam in ap. ira 11. quæſt. 3. ira ſæpè nocentes adducit in crimen, ui dum iuſto amplius iraſciur, & volumus aliena coer-:ere peccata, grauiora comittimus, & iudex per iracuniam innocentem occidens ca ite plecti debet, l. lege iulia, . ad leg. iul. repet. hinc dicit ex. in l. 2. C. de cuſto. reor. uod Iudicibus immodicè ſe-ientibus fræni temperies adibenda eſt, & multa conget Fab. Montel. in ſua praxi ar. 1. cap. 15. & plura ob irã :udeliter facta enumerat Fra. atr. de rep. lib. 5. tit. 6. Et æ locus eſt dandus, vt dicit poſt. Non vos defendentes iariſſimi, ſed date locum iræ, :. quæſt. 3. in princip. & ditur etiam in cap. illa præpoſitorum xj. quæſt. 3. quod ſub ratione ira reſtringẽda eſt, nec quid agendum, priuſquam cõcitata mens ad tranquillitatem redierit, nam commotionis tẽ-
63 pore putat iuſtũ, omne quod agit, cum ira, cęca ſit, nec ſinat cernere verum, & Senec. de ira lib. 1. cap. 16. de loquens, inquit, & ſi ingeritur oculis veritas, amat, & tuetur errorem, redargui non vult, & in malè ceptis, honeſtior videtur illi pertinacia, quam pœnitentia, & maximum remedium iræ eſt mora. vt dicit idem Senec. loco prædicto, cui concinit illud B. Greg. præceptum lib. 5. moral.
64 Quotiens, inquit, animum ira inuadit, mentem edoma, vince te ipſum, differ tempus furorem, cum tranquilla mens fuerit, fac quod placet, & Terent. in Adelf. reprime iracundiam, & ad te redi, & narrat Valer. Max. lib.4.cap.p. quod dum Archi. Tarent. Philoſ. ſe
65 dediſſet præceptis, Pytag. in Ciuitate Meſop. ibique longo tempore operã dediſſet, & ſolidũ doctrinæ opus fuiſſet adeptus, dum in patriam redijt, & rura ſua deuaſtata, & corrupta negligentia villici vidiſſet, malemeritum intuens dixit, ſumpſiſſem à te ſuppliciũ, niſi

Digitized by Google

fuiſſem iratus, & maluit impunitum dimittere, quam præter iram, iuſto grauius punire. Quod tamen noſtris demeritis datum eſt deſuper, vt Principes non ratione, ſed voluntate, & furore imperent, vt inquit Iſer. tit, quæ ſint regal. §. extraordinaria, & dicitur Exo. cap. 13. Dabo ei Regem in
66 furore meo. Nam Deus propter peccata populi facit impios regnare, cap. ſi gens Anglorum 56. diſt. cap. reuertimini 16. quæſt. p. cap. ſciſcitaris 7. quæſt. p. & plura congerunt Cap. deciſ. 130. nu. 35. cum ſeq. & Bouadil. in politic. lib. 3. cap. p. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *DIctio quilibet eſt magis generalis quam dictio omnis.*

2 *Dictio omnis in ſingulari eſt nomē diſtributiuum, in plurali eſt collectiuum.*

3 *Compromiſſum in plures factum, quod quilibet procedat dicitur in ſolidum factum.*

4 *Compromiſſum in ſeruum, & in ingenuum factum, vt quilibet iudicet, valet in ingenuum.*

5 *Delegatio facta pluribus, & cuilibet ipſorum, dicitur facta inſolidum.*

6 *Procuratores plures conſtituti, & quilibet ipſorum, cenſentur in ſolidum creati.*

7 *Rei plures debendi, & quilibet ipſorum obligati, tenentur in ſolidum.*

8 *Feudi conceſſio pluribus, & cuilibet ipſorum, cenſetur inſolidum facta.*

9 *Rei plures obligati cum dictione ſinguli, vnuſquiſque, quicunque, quiſquis, quiſque, aut vterque in ſolidum tenentur.*

10 *Plures ita promittentes Titius, & Meuius ex parte vna, pro rata tenentur.*

GLoſſa 3. in principio prag. Quilibet, &c.

1 Hæc dictio (quilibet) eſt generalis, magis quam dictio (omnis) vt dicit Afflict, in conſtit. incip. Pacis cultum, num. 71. & adeo generalis, vt omnia includat, Dec, conſ. 609. n. 2. Sed aliquando idem eſt. Nam ſi in plurali dictio (omnes) eſt
2 nomen collectiuum, l. diem proferre, §. cum in plures, ff. de arbit. & glo. in l. ſi pluribus, ff. de legat. 2. in ſingulari eſt diſtributiuum, & idem eſt dicere omnis, quod quilibet, l. moſchis, in princip. & ibi glo. & Bart. ff. de iure fiſci, glo. in l. 3. ff. de ſtat. hom. Bart. qui ſint rebel. in ver. omnes, & Bal. in l. quod ſi nolit. §. 1. ff. de ædil. edicto. Et inter plures adiecta, actum vnicuiq; inſolidum

lidum

Digitized by Google

lidum attribuit, Bart. in l. hoc articulo num. 3. ff. de hered. inſtitu. & Ioa. Gutt. qui id pulchrè declarat, & alios congerit de tutel. & cur. par. 3. cap. 16. num. 8. Ita vt, & ſi plures arbitri electi omnes iudicare debeant, l. ſi intres, ff. de ar-
3 bitr. Si tamen fuerit dictum, quod quilibet poſſit arbitrari, poterit vnus abſentibus alijs pronunciare, l. non diſtinguemus, §. cum in plures, ff. eod. & quamuis ſeruus non poſſit eſſe arbiter, l. illa verba la prima, ff. de verb. ſignif. & compromiſſum ob id factum in perſonam ſerui, & ingenui non valet, ita vt vtile per inutile vitietur, ſi tamen fuerit dictũ,
4 quod quilibet ipſorum procedat, cum ſit inſolidum factum, valet in perſonam liberi, Bart. & Bald. per eum tex. in l. pedius, §. 1. ff. de arb. ſic etiam dum ſunt plures iudices delegat., vnus ſine altero procedere nonpoteſt, l. duo iudices ff. de re iud. cap. cauſam il pri-
5 mo, de off. deleg. ſed ſi fuerit dictum, quod quilibet procedat, poterit vnus ſolus vti inſolidum datus procedere, cap. cum plures, de off. deleg. Ac etiam cum plures ſunt procuratores ſimpliciter conſtituti ad agendum, vnus ſine altero agere nequeat, cap. ſi duo de proc. in 6. & glo. in cap. penu.
6 eod. ſi tamen fuerint plures creati, & quilibet ipſorũ, vnuſquiſq; inſolidum agit, Bald. in l. fina. §. ipſum, C. de bon. quæ. lib. & erit occupantis melior conditio, l. pluribus, ff. de proue. l. ſi pluribus, ff. de legat. 1. & quamuis plures ſimpliciter obligari teneantur pro rata, l. reos, §. cum in tabulis, ff. de
7 duo. reis. Si tamen eſſet adiectum hoc verbum, & quilibet ipſorum tenentur inſolidum, Bart. in d. l. ſi pluribus, ff. de leg. 1. Idem in conceſſione fæudi facta pluribus, & vni-
8 cuique ipſorum, nam cenſetur inſolidum facta, vt affirmat Aluar. in §. fin. de ſucceſ. feudi idem in vltima voluntate, Bar. in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. idem in dictione ſingu-
9 li, Bald. conſ. 461. p. volu. Ant. in dictione, quiſq; Anc. conſ. 245. & in dictione quicunque Ruin. conſ. 76. num. 4. vel in dictione vterque, Bart. in l. ſi duas, §. grammatici, ff. de excu. tut. & Bal. in l. ſi ita. ff. de imu. rup. & & irrit. face. teſta. & in l. ſi pluribus, ff. de procu. Aret. in §. 1. inſt. de his, per quos ag. poſ. & ita in Cam.

Digitized by Google

do contrauenerunt mandatis M.C.eamque contempſerunt, vti offenſa. & ſpreta, ſola tantum cognoſcit, & punit, vt inquit ante ſemper fuiſſe ſeruatum, & ſuo tempore ſeruari magna authoritate Præſ. de Franch. deciſ.470.& conſ.Rouit. in Prag. 1. in fine de perſeq. maleſ. Quod autem dictū eſt iuriſdictionem à Principe conceſſam ex cōtractu firmiorem eſſe, id quoque efficit, vt feudum conceſſum ex contractu mediante pretio, præſumatur datum cauſa transferendi dominium, nō cauſa cuſtodiæ, Bar. in l. 1. ff. pro dote, in l. ſub conditione, ff. de ſolut. & congerit alios Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſ. 96. num.4. Quos contractus noluit Deus eſſe in manu Principis, Bal. in l. digna vox. & in l. 2. C. de ſeru. & aqua. Dec. conſ. 48. vol. 1.& conſ. 287. vol. 2. & dicit Magiſt. ſent. quem allegat Bald. in l. 1. ff. de pact. & in l. 1. vbi copioſe Iaſ. ff. de conſt. princip. Quod etiam Deus ſua promiſſione obligatur, & ſequitur Abb. in c. quæ in eccleſiarum, de conſt.& Ripa reſp. 38. num. 20. & Ariſt. dicebat ad Alex. ò Alex. ſerua fidem, alias malus finis ſequetur, vt refert Bal. in d. l. 1. ff. de conſtitut. Princip. & inquit quoque in l. Princeps. ff. de leg. quem ſequitur Caſt. in d. l. digna vox, Rom. conſ. 352. & 293. vol. 2. quod ſi Princeps ex contractu non obligaretur,

41 (margin beside "tur datum cauſa transferendi")
42 (margin beside "l. digna vox.")
43 (margin beside "conſt. princip.")

44 nec cum eo contraentes eſſent obligati, & interdiceretur ei commercium, & eſſet tamquam exul, qui eſt omnibus præſul, qui & ſi nihil allegant, ſunt tex. In l. quod ſi minor, §. non ſemper, ff. de minor. in l. cum plures, §. 1. ff. de adminiſt. & in l. ratas, C. de reſcind. vendit.

45 Et quamuis Princeps, cum ſubdito contrahendo non obligetur ciuiliter, ſed tantum naturaliter, quia tantum iuri naturæ, & gentium, non etiam iuri ciuili ſubiacere intelligitur, vt inquit Bal. in l. Princeps, ff. de leg. & in l. p. vbi cęt. dd. de pact. Tamen ea obligatio naturalis, qua Princeps ex cōtractu cum ſubdito, vel alio tenetur, tam efficax ſit, quam ſi eſſet ciuilis, & naturalis ſimul Abb. in cap. quæ in Eccleſiarum, col. pen. de conſt. & Ferd. Vaſq. qui hoc dictum pulchrè exornat, & alios congerit illu. cont. lib. 2. cap. 51. nu. 29. Idq; etiam declarat his verbis Pet. Greg. Toloſ. de rep. & pluribus

Digitized by Google

bus exemplis comprobat, lib. 7. cap. 20. num. 28. & lib. 8. cap. 8. num. 6. Alioquin, inquit, ſi Reges, & Principes fidei ſtare non deberent, miſerabiliores omnibus hominibus, & ſub ditis eſſent, nullo cum his negotium gerere volente, & pro pęna eſſet illis interdictum à commercijs omnibus, quæ ſola fide perficiuntur, qua maior non datur, ſic etiam Fran. Pat. de repub. lib. 3. tit. p. inquit. Nil turpius his, qui reipublicæ præſunt, quam fidem fallere,
46 quæ quidem ignominia nulla vnquam obliuione deletur. Et magna pęna eſt inter homines eſſe, & hominum carere commercio, l. hi, qui. C. de apoſt. Nam, & ſi multa poſſit pro libito voluntatis facere, aliqua tamen dedecore non careret, cap. hac ratione 31. quæſt. p.
48 Et dicit Abb. in cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præb. Quod ſi Papa poſſit cæteros collatores præuenire, per eum tex. non tamen videtur honeſtum, ſi id faciat, allegat, cap. peruenit 2. quæſt. p. & cap. fin. 99. diſtin. & licet poſſit beneficium alteri collatum reuocare, nec etiam viderur honeſtū ſi id faciat per notata in cap. peruenit, de immun. eccleſ. & in cap. dilecto de conſ. & affinit. & per Hoſt. in cap. cum veniſſet de iudic. Nec enim omne, quod licet, honeſtū eſt. l. ſed ſi quis. §. idem labeo, ff. de relig. & ſumpt. fun. l. ſolent. ver. quantum, ff. de off. procon. l. non omne quod licet, ff. de reg. iur. Proinde dicit Bald. in auth. ingreſſi, C. de ſacroſan. Eccleſ. quod ſi Abbas poſſit ingredienti monaſterium, reſeruata de iure auferre, id tamen de honeſtate facere non debet, & etiam in l. decuriones, C. de infam. quod & ſi homicidium, quod à ſtatuto permittitur eſt tolerabile, non eſt tamen laudabile, & dicunt quoque glo. in rub. C. de decur. lib. x. Bart. in l. prohibitum. C. de fab. lib. xj. Bald. in rub. C. res inter alios acta, in l. p. C. ne fil. pro pat. & in l.
49 ſancimus, C. de pæn. Quod quamuis valeat lex, quod quis pro delicto alterius puniatur, ipſa tamen lex non eſt laudabilis, quod plenè declarat, & etiam communē dicit Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 8. Gram. deciſ. 47. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cēt. 4. caſ. 345. Ferd. Vaſque illu. cont. lib. p. c. 32. nu. 16. Io. Gutt. cano. quæſt. lib. 2. cap. 30. per totum, Proſ.

Farin. de deli. & pæn.quæ.24. num. 189. & nouiſſime Conſ. Maſt. de mag.par.1.lib.3. c.4. num. 118. cum plur. ſequent.

50 Sic etiam valet ſtatutū, quod vxor teneatur ad debita viri,& filij mercatorum,quamuis non ſint hæredes, ad debita patris Bar. in tract. repræſ. in princ. num. 8. Bal. in l.dotis, C.de iur. dot. & ita ſeruari in Cam. Imper.teſtatur Miſing. cent.1. obſ. 29. ſicuti ex legis diſpoſi-

51 tione filij primipili tenentur ad debita patris, quamuis non ſint hæredes, l. 1. l. fin. C. de primip. lib. 12. cuius officium declarant Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 16. num. 7. & Menoch. de præſump. lib.2. præſ. 73. nu.25. Et etiam tenentur, quando pater contraxit debitum pro ipſorum vtilitate, puta pro ipſis alendis, Rom. ſing. 113. & Veron. caut. 146. & aliquando inſolidum, quamuis pro parte ſint hæredes, in caſibus quos adnotat glo. in l. 2, C. de hæred. actio. In qua re illud ſatis vtiliter ſciendum eſt, quod pœna pecuniaria, quæ alicui ob alterius delictū infertur, diuerſa eſt ab ea, quæ ex proprio reatu infligitur, cum hæc, quæ ex proprio facto irrogatur, ſi pluribus in-ferṫur, omnes inſolidum tenentur, nec ſolutione vnius, cæteri liberantur, l. item ſi mela,

52 §. ſi plures, ff. ad leg. Aquil. illa vero, quæ ex alterius delicto pluribus infertur, & ſi omnes inſolidum tenentur, vno pœnam ſoluente cęteri liberātur, l.3. cum glo.l.fina.ff.de his qui.diu.vel effun.Bar. per eum tex. in l. ex maleficijs, §. 2. ff. de actio. & obligat. Bal. notabiliter in l. 1. C. de cond.furt. & Afflict. in conſtitut. incip. ſuper inciſionibus, num.32. & inquit glo. in l.debitor, §.item ſi prædixit, in ver. dumtaxat, ff. naut. caup.& ſtab. quod nedum in hoc differunt,ſed etiam cum illa, quæ ex proprio facto præſtatur, ab alio non repetitur, ſecus ea, quæ ex alterius delicto ſoluitur, nā ab alijs repetitur, & probat tex. in l. mancipia, C. de ſerui. fugit. etiam ſi pæna, quæ ex proprio delicto præſtatur eſſet promiſſa, gloſ. in l. quoniam multa facinora, in ver. ſupplicium, C. de leg. Iuli. de iu-

53 Hæc tamen pœna, quæ ex alterius delicto infertur, ceſſat, vbi omnis culpa, & negligentia illius abeſt, vt concludit Dec. conſil. 64. quem ſequitur Gigas de crimine

ſæ Maieſt. tit. de plur.& va-
iar. quæſt. 4. quæſt. num. 13.
ꝛ pulchrè exornant, & decla-
ant Menoch. de arbitr. Iud.
ib. 2. cent. 6. caſ. 551. à num.
. vſque ad finem, & de præ-
ump. lib. 5. præſump. 31. nu.
5. & Proſper. Farin. conſ. 27.
ui loquitur de Bulla Pij IV.
uæ mandat, vt conſanguinei
ebeant emere bona bannito-
um, cui etiam conuenit diſpo-
itio Reg. prae. 12. cap. 3. de
xul. quæ mandat, vt conſan-
uinei vſque ad quartum gra-
um eorum, qui aliquem ce-
erint per vim, vt ipſum com-
onerent, teneatur ſoluere
aleam ſolutam ex proprijs bo-
is, & exfractare extra Prouin
iam, vt non compræhendãtur,
ec teneantur conſanguinei
nimici odioſi banditorum, &
b eis offenſi, qui veriſimile
on eſt, quod banditos recep-
ent, eiſq; conſilium, auxiliũ, &
auorem preſtẽt. Nec ẽt inclu-
untur pupilli, viduę, & alij in-
abiles, ad pſtãdũ auxilium, &
oſos receptãdũ, Bar. in l. ſi for-
us, ff. de aqu. pl. arc. Ang. in l.
i quis moriens, §. ignoſcitur, ff.
d ſillc. Iaſ. in l. non ſolum, n. 1.
. de op. nou. nunc. & pulchrè
Menoc. de arb. Iud. lib. 2. cent.
. caſ. 222. n. 23. cum ſeq. Qua

poteſtate Princeps ex magna
cauſa, & neceſſitate vti debet,
vbi agitur de vita hominis, cũ
Reges ex cauſa, & neceſſitate,
in ſubditos ſæuiunt, graui
55 autem ex voluptate, vt inquit
Senec. de clem. ad Nero. lib.
1. cap. 11. nec affectans ſeue-
ritatis, aut clementiæ gloriam,
ſed propenſo iudicio, quoad
poſſit alia adhibens remedia,
clementiam, & miſericordiam
exerceat, nam qui miſericor-
diam negat Deum negat, qui
eſt miſericordia, & veritas, c.
omnis qui. 7. quæ. 1. & inquit
quoque idem Sene. eod. lib. 1.
cap. 14. quod refert Io. Fab. in
l. 1. nu. 26. C. de ſumma Trin.
nemo iuſtus ad ſupplicia exi-
genda peruenit, niſi qui reme-
56 dia conſumpſit, nec minus sũt
turpia principi multa ſuppli-
cia, quam medico multa cada-
uera, & dicitur in cap. diſcipli-
na 45. diſt. Miſcenda eſt ergo
lænitas, cum ſeueritate, faciẽ-
dumq; quoddam ex vtroque
temperamentum, vt neq, mul-
ta aſperitate exulcerentur ſub-
diti, neque nimia benignitate
ſoluantur, ſit itaque amor, ſed
non emolliens, ſit rigor, ſed nõ
exaſperãs, ſit zelus, ſed nõ im-
moderatè ſęuiẽs, ſit pietas, ſed
non pluſquã oporteat parcẽs.

Et

& inquit Ammi.Marc.rer.geſt. lib. 14. in fine, ꝗ refert Franc. Pet. de rep. lib.3.cap.8. Quod Alex. Mag. Olimpiæ matri nimium eum vrgenti, vt quendã inſontem interimeret, poſcentique per nouem menſes, quibus eum in vtero geſtauerat, humaniſſimè reſpondit, aliam
57 inquit parens optima, de me quamuis mercedem poſce, hominis autem vita nullo beneficio compenſatur, & Niceph. lib. 4. cap. 3. quoq; ait, quod refert Mar.Mant.rer.ſing.lib.2 cap. 48. Quod Theod. minor. quidam dicenti, neminem ab eo, iniurij ei fuiſſent, morte multatum, reſpondit. Vtinam eos etiam in vita reuocare poſſem, qui iam dudum mortui
58 ſunt. Qua poteſtate ſi Princeps abutitur, & in peruerſum declinat, non eſt Rex, ſed diabolus, cap.fin. 2. quæſt.1.Bal. in l. 3. C. ſent. reſci. non poſ. congerit alios Gram. vot. 3. & ſæpiſſimè furore, & ira accẽſus à recto deuiat. Et ſcribitur hiſt. trip. lib. 9. cap. 30. quod refert, & multos ſacræ paginæ DD. congerit Couarr. de reſt. par.p. in init. n.5. & var.reſol. lib. 2. cap.8. in princip. & Bouad. in ſua polit. lib.2.cap.21 num.220. & etiam Pet. Greg. ſintag. iur. lib.2.cap.8.lib.15. cap.1.& lib.31.cap.8. & c.14. referens verba Beati Ambroſ. Quod dum apud Teſſa. Ciuit. quidam Imp. Theod.cariſſimus fuiſſet à populo interfectus, imperator, ira, & furore excandeſcens, iuſſit omnes pariter occidi, ob quod nullo habito diſcrimine, à ſuis militibus ſeptẽ
59 millia fuerunt interempti, qui fuit accerrimè à Beato Ambroſio repræhenſus, & dum Mediolan. petijſſet, fuit ab ingreſſu Eccleſiæ repulſus, ob quod reati conſcius, continuas lamentationes, & lachrymas effundebat, & octo dierũ ſpatio limina Eccleſiæ non calcauit, & dum iterum redijſſet, Eccleſiam ingredi non auſus fuit, ſed Antiſtiti ſupplicauit, vt eius vincula ſolueret, cui idem B. Ambroſ. quam pœnitentiam egiſti poſt tantas clades? Cui Imper. Theodoſ. tuum eſt dicere, & meum obedire, & B.
60 Ambroſ. iuſſit, vt legem conderet, ne poſſit ſententia proferri animo irato, & prolatæ, exequutio differri poſt triginta dies, & ita humiliter templum ingreſſus eam condidit, l. ſi vendicari, C. de pœn. cap. cum apud Teſſaloniam xj.quæ. 3. quam legem diuinitus fuiſſe

con-

Digitized by Google

conſtitutam inquit Menoch. de arb. iudi. lib. 2.cent.4. caſ. 334. nu. 6. Et qui Regis iram inflammat grauiter peccat, c. ſicut dignum, §. ſi vero.de homi. & dicit Senec.de ira lib.3. cap. 1. quod cætera vitia impellunt animos, ſed ira præcipitat, & Eccleſ. cap. 7. Ne ſis
61 Iudex ad iraſcendum. Quia ira in ſinu ſtulti requieſcit, & Prou. cap. 29. qui ad indignãdum facilis eſt, erit ad peccata procliuior, & dicitur etiam in cap. ira 11. quæſt. 3. ira ſæpè innocentes adducit in crimen, qui dum iuſto amplius iraſcimur, & volumus aliena coer-
2 cere peccata, grauiora committimus, & iudex per iracundiam innocentem occidens capite plecti debet, l. lege iulia, ff. ad leg. iul. repet. hinc dicit tex. in l. 2. C. de cuſto. reor. quod Iudicibus immodicè ſeuientibus fræni temperies adhibenda eſt, & multa congerit Fab. Montel. in ſua praxi par. 1. cap. 15. & plura ob irã crudeliter facta enumerat Fra. Patr. de rep. lib. 5. tit. 6. Et iræ locus eſt dandus, vt dicit Apoſt. Non vos defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ, 3. quæſt. 3. in princip. & dicitur etiam in cap. illa prepoſitorum xj. quæſt. 3. quod ſub ratione ira reſtringẽda eſt, nec quid agendum, priuſquam cõcitata mens ad tranquillitatem redierit, nam commotionis tẽ-
63 pore putat iuſtũ, omne quod agit, cum ira, cęca ſit, nec ſinat cernere verum, & Senec. de ira lib. 1. cap. 16. de loquens, inquit, & ſi ingeritur oculis veritas, amat, & tuetur errorem, redargui non vult, & in malè ceptis, honeſtior videtur illi pertinacia, quam pœnitentia, & maximum remedium iræ eſt mora. vt dicit idem Senec. loco prædicto, cui concinit illud B. Greg. præceptum lib. 5. moral.
64 Quotiens, inquit, animum ira inuadit, mentem edoma, vince te ipſum, differ tempus furorem, cum tranquilla mens fuerit, fac quod placet, & Terent. in Adelf. reprime iracundiam, & ad te redi, & narrat Valer. Max. lib. 4. cap. p. quod dum Archi. Tarent. Philoſ. ſe
65 dediſſet præceptis, Pytag. in Ciuitate Meſop. ibique longo tempore operã dediſſet, & ſolidũ doctrinæ opus fuiſſet adeptus, dum in patriam rediјt, & rura ſua deuaſtata, & corrupta negligentia villici vidiſſet, malemeritum intuens dixit, ſumpſiſſem à te ſuppliciũ, niſi

 fuiſſem

lidum attribuit, Bart. in l. hoc articulo num. 3. ff. de hered. inſtitu. & Ioa. Gutt. qui id pulchrè declarat, & alios congerit de tutel. & cur. par. 3. cap. 16. num. 8. Ita vt, & ſi plures arbitri electi omnes iudicare debeant, l. ſi intres, ff. de ar-
3 bitr. Si tamen fuerit dictum, quod quilibet poſſit arbitrari, potetit vnus abſentibus alijs pronunciare, l. non diſtinguemus, §. cum in plures, ff. eod. & quamuis ſeruus non poſſit eſſe arbiter; l. illa verba la prima, ff. de verb. ſignif. & compromiſſum ob id factum in perſonam ſerui, & ingenui non valet, ita vt vtile per inutile vitietur, ſi tamen fuerit dictũ,
4 quod quilibet ipſorum procedat, cum ſit inſolidum factum, valet in perſonam liberi, Bart. & Bald. per eum tex. in l. pedius, §. 1. ff. de arb. ſic etiam dum ſunt plures iudices delegat., vnus ſine altero procedere non poteſt, l. duo iudices ff. de re iud. cap. cauſam il pri-
5 mo, de off. deleg. ſed ſi fuerit dictum, quod quilibet procedat, poterit vnus ſolus vti inſolidum datus procedere, cap. cum plures, de off. deleg. Ac etiam cum plures ſunt procuratores ſimpliciter conſtituti ad agendum, vnus ſine altero agere nequeat, cap. ſi duo de proc. in 6. & glo. in cap. penu.
6 eod. ſi tamen fuerint plures creati, & quilibet ipſorũ, vnus quiſq; inſolidum agit, Bald. in l. fina. §. ipſum, C. de bon. quæ. lib. & erit occupantis melior conditio, l. pluribus, ff. de proue. l. ſi pluribus, ff. de legat. 1. & quamuis plures ſimpliciter obligari teneantur pro rata, l. reos, §. cum in tabulis, ff. de
7 duo. reis. Si tamen eſſet adiectum hoc verbum, & quilibet ipſorum tenentur inſolidum, Bart. in d. l. ſi pluribus, ff. de leg. 1. Idem in conceſſione fæudi facta pluribus, & vni-
8 cuique ipſorum, nam cenſetur inſolidum facta, vt affirmat Aluar. in §. fin. de ſucceſ. feudi idem in vltima voluntare, Bar. in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. idem in dictione ſingu-
9 li, Bald. conſ. 461. p. volu. Ant. in dictione, quiſq; Anc. conſ. 245. & in dictione quicunque Ruin. conſ. 76. num. 4. vel in dictione vterque, Bart. in l. ſi duas, §. grammatici, ff. de excu. tut. & Bal. in l. ſi ita. ff. de imu. rup. & & irrit. face. teſta. & in l. ſi pluribus, ff. de procu. Aret. in §. 1. inſt. de his, per quos ag. poſ. & ita in Cam.

Imper.ſeruari teſtatur Miſing. cent. 1. obſ.47. ac demum idem in dictione vnuſquiſque, vt inſolidum importet, Bald. in l. hoc articulo, ff. de hæred.
10 inſtit. Quid ſi plures promiſerunt centum ita, Titius Meuius, & Franciſcus ex parte vna, an teneantut inſolidum, an pro parte, & dicendum eſt eos pro rata teneri, vt inquit Bald. in l. ſed & loci, §. ſi alter ff. fini. regundo.

SVMMARIVM.

1 *Agere eſt in iudicio contendere, & proprium eſt actoris.*
2 *Reus etiam excipiẽdo dicitur actor.*
3 *Peragere eſt cauſam ſententia mediante diffinire.*
4 *Dictio (per) perfectionem ſignificat*
5 *Dictio (per) poſita inter diuerſas diſpoſitiones, eas in totum parifi- cat.*
6 *Dictio (per) modum, & tempus æquat.*
7 *Homicidium non dicitur perpetratum tempore mortis, ſi alio tempore fuit homo vulneratus.*
8 *Quæſtio, quæ fuit inter Guid. de Suza. & Oldrad. ob verbum agere, & peragere.*
9 *Compromiſſum eſt cautè dictandũ.*

Gloſſa 4. Agere, &c. Quod eſt litigare, & in
1 iudicio contendere, & propriũ eſt actoris, l. 1. in princip. ff. de ęden. l. 1. ff. de excep. l. 2. l. de eadem re. ff. de excep. rei iud. l. age cum Geminiano. C.
2 de tranſ. ſed etiam reus ſe defendendo dicitur agere l. 1. ſecundum commu. intellectum. C. de iur. & fac. igno. l. 1. poſt prior. cum glo. in ver. agendũ, ff. de æden. cap. 1. cum glo. in ver. experien. de iud. quod ẽt agere denotat, l. qui in alterius ff. de reg. iur. cap. paſtoralis, de cauſ. poſ. & prop. inde dicitur, quod reus in exceptione eſt actor, l. p. ff. de excep. Sed
3 peragere eſt litem mediante ſententia diffinire, l. quinquaginta, ff. de excuſatio. tuto. l. 2. in princip. l. quinquennium, ff. de adult. l. fina. C. de aſſeſ. Inde iudiciũ peragere eſt cauſam ad finem perducere, l. qui procuratorem, ff. de procur. §. fina. inſt. de Attil. tut. & litem peragere, l. filius in fine. ff. de inoff. teſtam. l. properandum, §. ſin alterutra, C. de iudi. l. 2. C. de litigio, cap. principatus, prima quæſt. p. ſic etiam peragere teſtamentum, l. qui teſtamento, ff. de teſtam. & pergere appellationem, l. vni. in princip. ff. ſi pend. appel. mors inter, & peractum perfectè actũ, & completum, §. cum hoc inſt. in

in proh. & in cap. cum vigeſimum, de offic. deleg. cum dictio (per)denotet perfectionẽ,
4 l. vrbana, §. pernoctare, ff. de verb. ſignif. l.non putabam,ff. de condit. & demo. Alibi hac dictio(per)poſita inter duas diſpoſitiones, cum altera dictione omnia, parificat eas æqualiter,ita vt nulla ſit differentia §. ſed non vſque, inſt. de leg. l. quid ergo §. cum autem, ff. de his, qui not. infam. Item
5 hæ dictiones (per omnia) perfectionem, & integritatem inducunt,l.fina.C.decont.empt. §. 2. inſt. quib. mod. ius pat. pote. ſol. Proinde dicit. Bald. in l. omnia, C. de epiſ.& cler. quem ſequitur Abb.in cap.fin.
6 ne cler. vel. mon. quod ſi ſtudio Toloſano fuerunt indulta priuilegia ſtudij Pariſienſis, & dictum fuerit, quod per omnia ſint paria,quod nedum ea priuilegia, quæ tũc extabant ſtudij Pariſienſis, ſunt communicata ſtudio Toloſano, ſed etiã ea, quæ poſtea conceduntur ſtudio Pariſienſi.Ex eo autem, quod diximus dictionem (per) importare perfectionem, quod Bald. in l. ſed & milites,§.plane, ff. de excuſ. tut. decidit
7 quæſtionem. Quod ſi eſt datũ arbitrium poteſtati ſuper maleficij ſuo tempore perpetrati, & aliquis fuit vulneratus tempore ſui prædeceſſoris, ſed eſt mortuus tempore ſuo, quod neuter habebit arbitrium,quia non fuit maleficium totaliter tempore in principio, nec totaliter in finem perpetratum. Idque etiam firmat in l. 1. ff. de orig.iur. quibus etiam conferunt quæ notat idem Bald.in l.ita vulneratus,in 2.lect. ff.de leg. aquil.

8 Et dicit quoque Nico.de Neap. in l. quinquaquinta, ff. de excuſ.tut. quod cum Bononienſes habuiſſenr litem cum Mutinenſibus, nam viciſſim vna pars petebat ab altera triginta millia florenorum, & fuiſſet factum compromiſſum, Guido de Suza,qui erat Mutinæ, & partes Bononien. fouebat, fecit apponi in compromiſſo, quod niſi Mutinen.infra tres menſes cauſam peragerẽt, caderent à iure ſuo, & ita Bononien. ſi infra id tempus cauſam non agerent, caderent à iure ſuo, & dum eſſet prædictũ tempus elapſum, & Bononien. obijcerent contra Mutinen. ꝙ amplius agere non poterant, & Mutinen. id ipſum retorquerent contra Bononen. qui litem fuerunt conteſtati infra

præ-

prædictum tempus in compromiſſo appoſitum, Guid. de Suz. Bononienſes defendit, qui promiſſa adimpleuerunt, cum fuerunt litem conteſtati, nam cum agere promiſerunt litis conteſtationẽ non effecerunt, cum cauſæ diffinitio requirebatur, & ideo Mutinen. à iure ſuo ceciderunt, & ita obtinuit
9 contra Oldra. qui partes Mutinen. tuebatur. Quod pro notab. caut, aſſumit Veron. inſtruens aduocatũ, quibus verbis dictet compromiſſum, in ſuis caut. 18. caut.

SVMMARIVM.

1 *Agere nemo inuitus cogitur.*
2 *Agere, & accuſare in quibus cogitur remiſſiuè.*
3 *Diffamanti ſe aliquod ius habere contra aliquem, iudex poteſt terminum ad agendum ſtatuere.*
4 *Diffamatione conſtare ſufficit, ad præfigendum terminum ad agendum.*
5 *Monitio non vnica ſed trina requiritur, vt poſſit diffamanti ſilentiũ imponi.*
6 *Monitio vnica ſufficit, vt imponatur ſilentium, dum ſemel monitus dixit nolle iura proponere.*
7 *Diffamatio etiam, quæ fit per extraneum ſufficit, vt quis poſſit moneri ad agendum.*
8 *Diffamationes probantur eo ipſo, quod monitus ſe opponit in cauſa.*
9 *Diffamanti ne dum imponitur terminus ad agendum, ſed etiam ad proſequendum, & probandum.*
10 *Remedium l. diffamari procedit in cauſa ciuili, & criminali.*
11 *Remedium l. diffamari procedit in petitorio, & poſſeſſorio, in cauſa reali, & perſonali, & in omni genere cauſarum.*
12 *Diffamatus in actione reali, debet rem poſſidere, vt agat contra diffamantẽ remedio l. diffamari.*
13 *Diffamatus ſi eſt excluſus, quia non egit, poterit poſtea ex noua cauſa agere.*
14 *Remedium l. diffamari procedit etiã iuribus de futuro.*
15 *Intellectus d. l. diffamari, qua procedit, in actore diffamante, non in reo diffamante.*
16 *Agens remedio l. diffamari coram vno iudice, non impedit, vt diffamans coram alio iura proponat.*
17 *Agens remedio l. diffamari dicitur reus ſecundum communem opinionem.*
18 *Agens remedio l. diffamari debet petere veniam, ſi diffamanti debetur reuerentia.*
19 *Agens remedio l. diffamari vtitur rei priuilegio, vt in ſententia in dubio abſoluatur.*

Gloſſa 5. Volens, &c. Eſt itaque in eius pote-
1 ſtate, quando velit agere, cum nemo inuitus agere, vel accuſare cogatur, l. 1. vt nemo inuit. agere, vel accuſ. l. diui. ff. de accuſ. l. qui in alterius, in fine,

ne, ff. de regul. iur. cap. freuen, §. ſolent, de reſtit. ſpoat. in 6. Quod tamen in plu ibus caſibus fallit, in quibus, uis cauſatiuè cogitur, quos dnotat gloſ. in d.l.1.& in c.1. e reſtit.ſpol. in 6. quæ ſexdeim caſus congerit. Quorum ; frequens, & cotidianus eſt, um quis iactat ſe habere aliquod ius contra aliquem, nam iffamatus comparens in iudiio, conſtito de diffamatione, oteſt petere, quod diffammai præfigatur terminus ad agéum, quem iudex ſuo arbitrio, t ex pluribus concludit Meoch. de arbit. Iud. lib.2, cent. . caſ.457. num. 8. quo elapſo on auditur amplius, l. diffamnari, C. de ingen. & manu. l. nancipiorum, ff. de opt. legat. ſi eo tempore, C. de diſt. pig. it conſtito ſummariè de infaatione, & ſine figura iudicij, att. in d. l. mancipiorum, & n l. titia in fine, ff. de accuſ. lebet iudex ſtatuere terminũ d agendum iuribus prædic. & aquit Couar. var. reſol. lib.1. ap.18. nu.2. iniquiſſime agere udicem, qui hanc monitionẽ omminationemque indixerit aturo actori, niſi prius ſaltem ũmariè de diffamatione cõſtiuit. Et vnica nõ ſufficit iudicis

5 monitio, ſed bina requiritur, cum termini aſſignatione, vt ſilentium imponatur, glo. in rub. de excep. inſt. col.7. Veron. caut. 110. Iaſ. in l. rem, quæ nobis in fin. ff. de acquir. poſſ. cap. deciſ. 207. & refert deciſum Affl. deciſ. 264. & hãc eſſe communem opinionem, & in cap. Imper. ſeruari affirmat Andr. Gail. lib. 1. obſ. 12. Si
6 tamen ſemel monitus, dixerit nolle ſua iura proponere, alia monitio non requirirur, Felyn. in cap. ex literis col.7. ver. nono fallit. de conſt. Io. Vinc. de Anna ſing. 542. & Fab. Anna filius in nouiſſimis addit. num.
7 552. Immo ſufficit diffamatio, quæ fit per extraneum, Bal. in l. aut. ſi quis, C. de teſt. & Ve-
8 ron. caut. 242. Atque dum aduerſarius ſe opponit in cauſa, probantur diffamationes, Bart. in l. ſi prius, num.3. ff. de oper. nou. enunc. Bald. in l. ordinarij num. 12. C. de rei vend. & Vant. de nullit. cap. de nullit. ex defec. pro. num. 65. Et
9 Iudex nedum poteſt terminũ ad agendum aſſignare, ſed etiã ad proſequendum, glo. Bald. & Salic. in l. ea quæ, C. qui accuſ. non poſ. Bald. in d. l. diffamari. Salic. in l. 2. C. vbi in rem act. & Abb. in cap. licet,

de

de accuſ. atque ad producen-
dum omnia iura ſuã. Azo.in
10 Summa, C. vt nemo inuitus
agere. Quod remedium proce-
dit tam in cauſa ciuili, quam
criminali, Bart. in l. ſi quis li-
bertatem, ff. de pet. hær. in l.
Titia, ff. de accuſ. Caſt. in l. Pa-
pinianus, §. ſi quis, ff. de inoſ.
teſtam. & Ang. de maleſ. in
ver. nec non ad Titij quærelã.
11 Et tam in actione reali, quam
perſonali, in petitorio, & poſ-
ſeſſorio, Socc. ſenior. conſ. 38.
p. vol. Boer. deciſ. 255. num. 7.
Feli. in cap. præſentia, de prob.
Rip. reſp. 85. Io. Vin. de Anna
ſing. 543. & præſ. de Franc. de-
ciſ. 657. & procedere in omni
genere cauſarum teſtatur Mi-
ſing. cent. 5. obſ. 81. num. 2. &
And. Gail. lib. 1. obſ. 9. Atque
in prælato etiam, & in rebus
Eccleſiæ, Cap. deciſ. 18. Sed
12 ita pro reali actione datur, qñ
agens eo remedio rem poſſidet
alias non auditur, Bal. optimè
in l. 3. C. qui bon. ced. poſ.
Boer. deciſ. 255. num. 10. Et
13 excluſus remedio l. diffamari,
poterit ex noua cauſa agere
Innoc. in cap. cum noſtris, cir-
ca finem, verſ. item fatendum
eſt, de conceſ. præb. Quod re-
medium habet locum etiam in
iuribus de futuro, Couar. var.
reſol. lib. 1. cap. 18. num. 8. &
14 refert deciſum Præſ. de Franc.
deciſ. 695. quod procedit in
reo diffamato, vt agere poſſit
contra actorem diffamantem,
15 ſed non è contra, vt reo diffa-
mante poſſit actor ius ſuum
conditionale deducere, vt in-
quit Pereg. de fideicom. ar. 41.
num. 7. Et ſi fuerit coram vno
Iudice deductum, poterit dif-
16 famãs corã alio ſda iura pro-
ponere. Nec obſtat litis pen-
dentia, Mar. Socci. in eaq. pro-
poſuiſti, de for. compet. Socc.
ſen. conſ. 41. vol. 1. & Præſ. de
Franc. deciſ. 585. & deciſ. 657.
dicens, quod dum in M.C. fuiſ-
ſet propoſitum prædictum re-
medium, & conuentus in Sac.
Conſ. propoſuiſſet iura ſua, ꝙ
cauſa non fuit remiſſa ad M.
C. ſecus in l. ſi contendat, ff.
de fideiuſ. & pulchrè declarãt
Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 18.
Benint. deciſ. 66. And. Gail.
lib. 1. obſ. xj. & Flam. Cart. de-
17 ciſ. 44. Et is reus, qui eo reme-
dio vtitur dicendus eſt, & ſuũ
non diffamantis debet adire
Iudicem ex communi DD. ſen-
tentia, vt teſtatur pluribus cõ-
geſtis Ioan. Gutt. conſ. 51. &
And. Gail, lib. 1. obſer. 9. & xj.
vbi etiã dicit ita in Cam. Imp.
ſeruari, & inquit etiã de pac.
pub.

Digitized by Google

ſub. cap. 12. num. 26. quod
conuentus ſuper l.diffamari nõ
eſt reus, & Doctores commu-
niter concludunt, quod defen-
ſio ipſius eſt voluntaria,& non
neceſſaria.Et ſi in Regno actor
licatur, & diffamantis forum
ſequi tenetur, & refert deciſũ
Affl. deciſ. 268. & Cap. deciſ.
18. in fine. Immo ſi diffamans
ſt perſona à qua eſt petenda
enia, diffamatus antequam
o vtatur remedio, debet ve-
iam petere. Mar. Socci. de
itat. act. 20. quæſt. princip.
19. Sed diffamatione cauſæ
titur rei priuilegio; vt agens
oc remedio in dubio abſolua-
r, Dec. & Cagno. in l.fauo-
biliores, ff. de reg.iur. Crau.
onſ. 182. Ioan.Gutt.conſ.51.
um. 2. Menoch. de arbit.iud.
). 2. cent. 1. caſ. 98. num.7.
de præſ. lib. 2. præſump.90.
um. 11.

SVMMARIVM.

1 *Officialis durante officio conueniri non poteſt.*
2 *Officialis perpetuus poteſt officio durante conueniri.*
3 *Eccleſia quare, etiam non minorem poteſt ad diuiſionem prouocare, ad aliam Eccleſiam poteſt.*
4 *Eccleſia, & non minoris quare poteſt prædium ſterile alienari.*
5 *Contrahens cum eccleſ. aut minore ſine ſollemnitate, quare inuito prælato, & non minore, reſcindit contractum.*
6 *Officialis ad beneplacitum ſicuti perpetuus, poteſt durante officio conueniri.*
7 *Barones non poſſunt conſtituere officiales ad beneplacitum, & creati ſunt annales.*
8 *Actuarij ſi ſingulis reddunt rationem, poſſunt per plures annos officium in eodem loco continuare.*
9 *Indulgentia, quæ poteſt eſſe temporalis, & perpetua, iudicatur perpetua.*
10 *Officiali temporali poterit nouum opus nunciari, aut ſi actio deperiret in iudicio vocari.*
11 *Officialis cum dignitate ſine administratione poteſt conueniri.*
12 *Officialis, in quibus caſibus durante officio poteſt cõueniri, remiſſiue.*
13 *Officialis dum ex delicto commiſſo poteſt officio priuari, eo durante poteſt inquiri, & puniri.*
14 *Tutor durante tutela non poteſt à pupillo conueniri.*
15 *Curator adulti durante adminiſtratione generali actione conueniri non poteſt, ſed particulari.*
16 *Curator furioſi, & prodigi, etiam durante adminiſtratione conuenitur, & quæ ſit ratio.*
17 *Filius in poteſtate non agit regulariter contra patrem.*
18 *Filius contra patrem, & ſi ſit in poteſtate in quibus caſibus agit, remiſſiue.*
19 *Filius emancipatus poteſt petita venia contra patrem experiri.*
20 *Venia à quibus perſonis petenda eſt remiſſiue.*

21 *Agens contra Principem, aut dominum debet veniam petere.*
22 *Filius agendo contra patrem debet honeſtis verbis, nec ei, & liberto datur actio famoſa.*
23 *Filio, & liberto patris, & domini perſona ſancta, & honeſta videri debet.*
24 *Filius non poteſt contra patrem criminaliter inſtrumentũ liquidare.*
25 *Frater non poteſt ad inſtantiam alterius fratris pro debito ciuili carcerari.*
26 *Vaſſallus contra dominum non poteſt famoſam actionem inſtituere.*
27 *Libertus, & vaſſallus in iure parificantur.*
28 *Maritus contra vxorem, & è contra non proponunt actionem de dolo.*
29 *Maritus, & vxor ſunt vnum corpus, & duo in carne vna.*
30 *Vxor non poteſt maritum banditũ occidere, qui ex ſtatuto poteſt impune occidi.*
31 *Saluus conductus, & immunitas conceſſa viro comprahendit etiam vxorem.*
32 *Occidens vxorem magis puniri debet, quam ſi matrem occidiſſet.*
33 *Cato cenſor dicebat, quod qui vxori manus intuliſſet, ea eſſet pœna dignus, qua ſi Deorũ ſacra violaſſet.*
34 *Cato cenſo. ob honeſtatem, non patiebatur à marito vxorem, præſente filia deoſculari.*
35 *Banditus non poteſt ſe ipſum occidere, vt euitet pœnam l. 3. ff. de bon. cor. qui ſib. mort.*

GLoſſa 6. Hoc tamen, & ſi ex perſona actoris verum ſit, vt ſibi agere liceat quando velit, ex his tamen aduerſus quos experiri intendit, non eſt ge-
1 neraliter verum. Nam magiſtratus durante officio conueniri non poteſt, l. 2. ff. de in iuſ. voc. l. pars literarum ff. de iudic. l. reus ff. iudic. ſol. niſi eſſet perpetuus, qui poterit officio durante, Bart. in l. de pupillo, ff. ſi quis num. 10. ff. de oper. noui nunciat. & par. de ſindi. in ver. an officialis duran-
2 te officio. Nam cum eius officium perpetuum ſit, perpetuo experiri impediret, & ius alterius perderet ſic Eccleſia, quæ & ſi minorem ad diuiſionem
3 non prouocat, poterit tamen aliam Eccleſiam ad diuiſionẽ prouocare, ne perpetuò in cõmunione permaneant, Bal. in l. fin. C. comu. diuid. & quamuis fundus ſterilis minoris alienari non poſſit, l. ſi fundus in princip. ff. de reb. eor. Eccleſiæ vero inutile prædium poterit, aut. item prædium C. de ſacr.
4 eccl. ea ratione, cum in minore temporalis ſit prohibitio, & deſinat eo maiore effecto, ſed cum Eccleſia ſemper eadem ſit, prohibitio, & detrimentum

eſſet

Digitized by Google

eſſet perpetuum, vt inquit Bal. ex mente in Diu. in d. l. ſi fundus. Ita etiam, ſi in vtroque eadem ſit prohibitio alienationis bonorum ſine ſollemnitate, in minore l. magis puto §. ne paſſim ff. de reb. cor. qui ſub tut. quod pulchrè ampliat, & limitat, atq; declarat Menoch. de arb. iud. lib. 2. caſ. 171. & in Eccleſia. auth. hoc ius porrectam, C. de ſacroſ. eccl. & Menoch. loco prædicto caſ. 172.

5 contrahens cum minore ſine ſollemnitate, & inuito non agit ad reſciſſionem cõtractus, cum per tempus erit in ſuſpenſo, & maiore effecto poterit ratificatione contractus validare; l. fina. C. ſi maior factus rat. hab. & Dec. conſ. 232. Cæterum in contrahente cum Eccleſia, & Prælato, qui cum nunquam ſit tutus, & Eccleſia ſemper eadẽ ſit, & eiſdem gaudeat priuilegijs, poterit Prælato contradicente agere ad reſciſſionem contractus ſine ſollemnitate confecti, ita Præſ. de Franch. vir nunquam ſatis laudatus, cui omnes plurimum debent, vt inquit Fab. de Anna in nouiſſimis add. nu. 405. qui magiſtraliter, & doctiſſime loquitur, & deciſum refert dec. 55. quẽ ad hoc allegat Menoc. de arb. iud. lib. 2. caſ. 172. nu. 39. & refert, & ſequitur Conſ. Rouit. in prag. vni. num. 115.

6 de titul. abu. in ſcribi idem in officiali beneplacitum, vt dicit Bart. in d. §. ſi quis num. 12. & Bal. in l. ſolent. §. final. ff. de offic. proc. & argum. l. niſi §. fin. ff. de tut. & rationi diſtrac. nam cum incertum ſit, quouſq; eius officium durat ius agendi permittitur, glo. in d. §. fina. qui perpetuo æquiparatur, l. iuriſperitos, vbi omnes DD. ff. de excuſ. tutor. & Bal. in d. l. ſolẽt. § final. & facit tex. in l. ambiguitatem C. de vſufr. namdubium interpretantur perpetuũ, l. ſufficit ff. de condit. indeb. C. ſi gratioſè de reſcript. C. ſi delegatus de offic. deleg. in 6. Dec. 108. vol. 1. plen. Boer. deciſ. 149. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæſt. 55. & pleniſſime Ioa. Guttier. qui id declarat, & communem teſtatur parc. quę. lib. 3. & 4. quæſt. 11. nu. 2. cum ſeq. & Conſ. Maſtril. de mag. prat. 2. lib. 6. cap. 5. per totum, ſecus tamen ſi eſſet officialis à barone creatus ad beneplacitum, qui cum ex diſpoſitione

7 Regiæ prag. debeat eſſe annalis, perpetuus dici non poterit, cum vltra annum ipſum exercere non poterit, Præſ. de

Franch.deci.409.dicens,quod quando ita fuerint commiſſiones,per Sac.Conſ.reuocantur, & prouidetur, quod ſint annales;nec tenetur vniuerſitas recipere officialem,qui ad beneplacitum vel non per annum creatus eſt,vt ex pluribus concludit, Capic. in pragm. 3. de
8 baro. num. 139. Quod tamen non procedit in actuario,qui ſi vnius anni reddiderit rationē, poterit continuare officium anno ſequenti,& ſic in futurū reddita ratione in ſingulis annis,vt inquit Conſ.Rouit. aſſerens, ita per Sacrum, & Reg. Collat. Conſ.fuiſſe deciſum in prag. 5. de offic.iud.& alio offic.& per d.l. ſufficit ff.de condit. indeb. dicit glo.in c.fin.in ver. perpetuus de reſcrip. in 6.
9 & Cap. deciſ.123. nū.4. quod indulgentia, quæ poteſt eſſe temporalis, & perpetua iudicatur perpetuā, per quā inquit etiam glo.in cap.fina.de ſolut. quod ſi incertum ſit, an exceptio temporalis ſit an perpetua, tanquam perpetua iudi-
10 catur. Sed officiali temporali propter iuris conſeruationem, poterit nouum opus nunciari, l.de pupillo.§.ſi quis ff.de ope. noui nunciat.auth.ſi actio deperiret,ſine ſpe reſtitutionis in integrum, & tunc permittitur vſque ad litis conteſtationem, l. ſenatus conſulto ff. de offic. præſ. l.ſi adulterium §. fina. ff. de adult. & l. vt perfectius C.
11 anna. except. Item officialis, qui dignitatem habet,ſine adminiſtratione, nam etiam in ius vocari poterit, l.nec magiſtratus, ff.de iniur. vbi Bart. & in d.§.ſi quis ipſi prætori,num.
12 9.& in alijs caſibus, quos adnotant Afflict. in conſt. ſtatuimus num. 49. cum ſeq.Roma. conſ. 413.par.de ſind. cap. an officialis durante officio.Boer. deciſ. 11.& Nig. in cap.incip. inuinxit nobis,& plena manu congerit alios Conſ. Maſt. de mag. part.2.lib. 6. cap. 5. per
13 totum potiſſimum propter furtum,& baractariam, nam cum ex ipſis poterit officio priuari, l. 3.C.de off.pręf.pręt.Orient. Cap. deciſ.121.nu.18. durante officio conueniri, & accuſari poterit, Afflict. in d. conſt. ſtatuimus, Nig. in cap. item prædicti 135.Iul. Clar.in ſua praxi §.final.quæ. 16. vbi dicit ſe ita vidiſſe ſeruari,& communem teſtatur Boſs. de off. cor. rup.nu.34.cum ea pæna eluſoria redderetur, ſi tempus ſindicatus expectaretur,quo officio caret,ob quod puniri debet

Digitized by Google

eo durante, nam priuari non diceretur, l. manumiſſiones ff. de inſt. & iur. l. decē ff. de verb.
14 oblig. Nec etiam pupillus cō-tra tutorem, experiri poterit durante tutela, ſiue pro generali ipſius adminiſtratione, ſiue pro vna tantum ſpecie, nec pro ea tantum ſpecie actio nata dicitur l. niſi in princip. l. ſi tutor. §. fina. cū l. ſeq. l. ſi ad huc ff. de tut. & rat. diſt. l. actus ff. de adm. tut. Nec etiā pro alia ſi vetuſtiorem cauſam non habet ipſa tutela, quamuis actio nata ſit, d. l. ſi tutur §. final. cū ſeq. ff. de & rat. diſt. cæterum ſi vetuſtiorē cauſam haberet l. ſi plures ff. de teſt. tut. glo. in l. 2. C. de adm. tut. & Ioa. Gutt.
15 de tut. cur. par. 3. cap. 1. Curator tamen adulti pro generali adminiſtratione curæ, ea durante, nec conueniri poteſt, nec actio nata dicitur, l. aduerſus, vbi optima glo. & l. curatores C. de adm. tutor. pro particulari vero, aut pro alia etiam vetuſtiorem cauſam nō habente conuenitur, & in hoc à tutore differt, l. cum curatore, vbi glo. & Bart. ff. de admin. tut. l. non quaſi §. hanc ſtipulationem cum glo. ff. rem pup. ſal. fore. glo. in l. rationes C. de admin. tut. & plenè Ioa. Gutti. loco prædicto nu. 165. vſque
16 ad finem. Sed furioſi, prodigi, & mente capti curator durante cura, etiam pro generali adminiſtratione in iudicio cō-uenitur, cum in adulti curatore certum ſit tempus, quo eius adminiſtratio ceſſet in curatore, furioſi, prodigi, & mente capti incertum, & ideo etiam durante adminiſtratione conuenitur l. niſi finita §. cum furioſi, vbi glo. hanc reddit rationem ff. de tut. & rat. diſt. Nec
17 etiam filius, ſi eſt in eius poteſtate regulariter agit contra patrem l. ſis nulla ff. de iudic. l. actiones ff. de actio, & oblig.
18 quod tamen in aliquibus caſibus fallit, quos adnotant gloſ. in d. l. his nulla, Cap. deciſ. 56. in princip. Aſcan. clem. de pat. poteſt. tertio. effec. nu. 14. cum ſequ. & Surd. de alimen. tit. 8.
19 priu. 6. ſed poteſt filius emancipatus venia petita, l. fin. C. de in ius voc. & naturalis l. parentes vbi Bart. ff. eodem, debet tamen ante iudicialem conuentionem interpellare, quod agendum eſt cum omnibus, à quibus petenda eſt venia; glo. & Bart. in l. manumiſſori, C. de obſ. patro. preſt. quā-uis in alijs ea interpellatio ſit de vrbanitate glo. in §. appellemus

ſlemus, in verbo denunciare Inſt. de actio. & in l. 3. vbi Bal. C. de pignor. dicentes interpellationem, l. quidam hybernus ff. de ſeruit. vrba. prædiorum de vrbanitate non de neceſſitate procedere, eamque interpellationem ipſorum, à quibus venia peti debet, puto
20 veniæ vicē obtinere, à quibus autem venia ſit petenda, vide Alex. in l. 2. ff. de in ius voc. Io. Andr. in add. ſpec. & ibi ſpec. tit. de actio. num. 21. Iaſ. in §. pœnales, inſt. de actio. & clem. loco prædicto de pat. pote. 3.
21 Immo qui agit contra Principem, vel Dominum debet etiā petere veniam, Bal. in l. bene à Zenone, C. de quatric. præſcript. & ne dum filius debet
22 veniam petere, ſed iudici honeſtis verbis ſuam intentionē exponere l. 2. ff. de inof. teſt. inde famoſa actio filio, & liberto contra patrem, & patronum non datur, ſed in factum, l. ſed ſi hac §. prætor ait, ff. de in ius
23 voc. quorum perſona filio, & liberto ſancta, & honeſta videri debet, l. 2. l. liberto ff. de obſeq. à libert. præſt. & glo. in l. fina. l. qui, & aduer. quoſ. nec actio de dolo, cum infamat, l. non debet vbi Bart. ff. de dol. mal. & libellus non valeret, ſi de dolo fieeret mentionem, d. l. non debet, & Veron. cau. 162
24 Nec etiam poteſt filius contra patrem criminaliter liquidare instrumentum, Præſ. de Frāch. deciſ. 162. aut interdictum vnde vi proponere, cum famam ſigillat. l. 1. §. hoc interdictum,
25 ff. de vi, & vi arm. Immo nec frater poteſt pro debito ciuili ad inſtantiam alterius fratris carcerari, Theſaur. qui ita re-
26 fert deciſum deciſ. 119. Nec Vaſſallus etiam poteſt contra dominum famoſam inſtituere actionem, & eum ſine venia in ius vocare, Specul. tit. de hon. & fidel. §. 1. verſ. 17. quæro. Guid. Pap. deciſ. 531. Afflict. deciſ. 265. verſ. decima fallentia, & ita in Camera Imper. ſeruari teſtatur, Miſing. cent. 4.
27 obſer. 92. Nam vaſſallus, & libertus ad paria iudicantur, gl. in l. 1. in ver. cum inimicis, ff. de offi. præf. Vig. in l. 2. C. de lib. & eor. libe. & plenè Euerard. loco. legal. loco à liberto ad vaſſallum num. 59. & patronus tutor dum ſuſpectus allegatur, debet ita honeſte exprimi, vt eius famæ parcatur, §. 2. inſt. de ſup. tuto. Bart. in l. infamem nu. 4. ff. de pub. iud. & facit tex. in l. ſi libertus C. de
28 cond. ob cau. & aduerſus vxorem,

Digitized by Google

rem; nec etiam datur actio de dolo, l. 1. C. de iure dot. nam in honorem matrimonij, turpis actio contra vxorem denegatur, l. 2. ff. rer. amot. nec eo ſoluto in memoriam ipſius l. 1.
9 ff. eod. nam cum maritus, & vxor, ſint vnum corpus, & duo in carne vna, cap. ſicut debitum, de bigam. glo. in l. ſicut dotẽ §. ſi maritus ff. ſolut. mat. & facit tex. in l. penult. ff. de ſeruit. leg. in l. cæterum ff. de vſuf. & quæ not. Iaſ. in l. non tantum, ff. de iud. & in l. 1. C. de in ius voca. propterea famæ vxoris, quæ eſt ipſius viri, parcere debet, cum crudelis ſit, qui ſuam famam ſpernit, cap.
40 nolo. 12. q. 1. & ideo vxor banditi, qui à quocunque occidi poteſt, non poteſt ipſum occidere, cum ſit eadem caro, & & perſona. Veron. conſ. crim. 5. & ciuil. 48. Mar. in l. diuus, ff. de parric. Boer. deciſ. 262. num. 13. Rip. in l. ſi conſtante nu. 46. ff. ſolut. matr. Menoc. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 356. nu. 86. & Præſ. de Fran.
31 deciſ. 176. ſic ſaluus conductus, & immunitas conceſſa viro comprehendit etiam vxorem, Boſs. tit. de remed. ex ſola clem. Princip. num. 7. congerit alios, & declarat Menoc. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. caſ.
32 336. num. 7. & magis punitur occidens vxorem, quam matrẽ glo. in cap. de certor. 89. diſt. Dec. conſ. 525. Crau. conſ. 2. in fine, & pulchrè. Mar. Mant. rer. ſing. lib. 3. cap. 73. & Cato ille Cenſor. tantum cultus, & venerationis deberi cenſebat,
33 vt quiſquis vxori ſuæ manus intuliſſet, non aliter inſectandus eſſet, quam ſi deorum ſimulacra temeraſſet audax, vt inquit Alex. de Alex. dier. genial. lib. 4. cap. 8. & refert idem Mant, loco prædicto lib. 5. ca. 123. qui Cato Cenſor. ne dum cenſebat à viro hanc venerationem in vxorem eſſe ſeruan-
34 dam, Imo ob honeſtatem non patiebatur à marito vxorem deoſculari præſente filia. vt inquit Plut. in eius vita. & refert Menoch. de arb. iud. lib. 2. cẽt. 3. caſ. 287. nu. 9. & Manlium ob id a ſenatu fuiſſe motum, narrat idẽ Alex. de Alex. dier. genial. lib. 2. cap. 25. & banditus, qui à quocunque poteſt offendi, non poteſt ſe ipſum occidere, vt euitet pœnam l. 3. ff. de bon. eorum, qui ſibi mort. conci. Bal. in l. 1. num. 21. C. de ſerui. fug. Ioa. Andr. in addit. ſpecul. titu. de pœn. §. 1. Dec. in l. 2. C. qui teſt. fac. poſſ. Fel.

in

In c. quæ in Eccleſiarum num. 9. de conſti. Menoch. de arb. Iudic. lib. 2. cent. 3. caſ. 284. num. 31.

SVMMARIVM.

1 *Aduerſarius dicitur is, qui mecum litigat.*

2 *Inimicitia inducitur ex lite omniũ bonorum.*

3 *Bonis, qui inſidiatur, dicitur perſonæ inſidiari.*

4 *Iniuria facta in bonis, dicitur facta in perſonam.*

5 *Index ex qualitate cauſæ exiſtimabit, quanta fides ſit aduerſario adhibenda.*

6 *Aduocatus mei aduerſarij, dicitur meus aduerſarius.*

7 *Aduocatus, qui contra me patrocinatur, dicitur meus inimicus.*

8 *Aduocatus fiſci in cauſa criminali, dicitur inimicus inquiſiti.*

9 *Inquiſitor obtinet locum partis.*

10 *Vaſſallus aduocans contra dominũ à quo habet feudum, eo priuatur.*

11 *Vaſſallus aliquando plus debet domino, quam proprio parenti.*

12 *Libertus aſſumens patrocinium cõtra patronum, reuocatur in ſeruitutem.*

13 *Vaſſallus, & libertus ſe habent, tanquam excedentia, & exceſſa.*

14 *Libertate nil melius, & gratioſius conferri poteſt.*

15 *Statutum etiam pœnale loquens in vno ex aquiparatis, extẽditur ad aliud.*

16 *Vaſſallus, & libertus ore, & opere debent dominum, & patronum vt dominum, & patronum tractare.*

17 *Vaſſallus, & libertus debent nedũ à malo abſtinere, ſed etiam pro domino, & patrono bonum facere.*

18 *Clericus contra eccleſiam, aut Epiſcopum patrocinando, à quibus beneficium habet eo priuatur.*

19 *Ciuis contra patriam patrocinando, à qua officium habet, officio priuatur.*

20 *Parentes chari ſunt, liberi, propinqui, & familiares, ſed omnium charior eſt patria.*

21 *Ciuitas maiorem poteſtatem habet in ciuem, quam pater in filium.*

22 *Ciuis derelinquendo patriam in periculo, amictit iura ciuilitatis.*

23 *Filius, quẽ pater exponit, abijcit, & non nutrit, ſi ipſum occidit, nõ punitẽ de paricidio, ſed de homicidio.*

24 *Pater occidens filium, qui aliquam cauſam ingratitudinis commiſit, pœna mortis non punitur.*

25 *Parentibus qualia feceris, talia à filijs expecta.*

26 *Donatarius, ſi contra donantem patrocinatur, donatio reuocatur.*

27 *Cauſa famoſa aquiparatur cauſæ mortis.*

28 *Donatio ſicuti reuocatur, quando donatarius inſidiatur vitæ donãtis, ita quando omnibus bonis.*

29 *Exhæredatio, ne dum ſit ex cauſis in auth. expreſſis, ſed etiam ex ſimilibus.*

30 *Aduocati officium, eſt humano generi valde neceſſarium.*

31 *Aduocati officium, eſt valde periculoſum.*

32 *Aduocati debent gratis patrocinari, iudex iuſtitiam facere, & actuarius*

rius acta ſcribere, pro pupillis, & alijs miſerabilibus perſonis.

33 *Nero Imper. ſtatuit, vt aduocati gratis, ſine mercede, & muneribus. cauſis adeſſent.*

34 *Conuentus diues, tenetur actori pauperi litis expenſas ſubminiſtrare.*

35 *Aduocati coguntur aduocare mulcta indicta, vel ſub pœna priuationis officij.*

36 *Aduocati capientes ſalarium à pauperibus, tenentur in foro conſcientiæ.*

37 *Aduocatus coactus aduocare, pro patrocinio aliquod damnum non ſubit.*

38 *Facienti actum ex neceſſitate magis ſubuenitur, quam facienti ex voluntate.*

39 *Aduocatus cogi non poteſt, vt contra patriam, dominum, eccleſiam, & donantem aduocet.*

GLoſſa 7. Aduerſarium, &c. Et qui
1 mecum litigat, is meus dicitur aduerſarius, l. ſi aduerſarius, C. de fide inſtrum. l. ſi aduerſarius, C. ad Senat. Velleia. l. 1. C. de æden. l. ſi iudex ff. de adminiſt. tutor. l. ſi dolo. ff. de dol. mal. C. aduerſarius, de eo, qui mitt. in poſs. Abb. per eum tex. in cap. propoſuiſti, de for. cōp. in cap. de iudic. in cap. accedens, vt lite. nou. conteſtata, &
2 in cap. penu. de excep. ſed etiā dicitur inimicus, quando eſt lis omnium bonorū, aut maioris partis, Bart. & Bal. in l. atlete. §. 2. ff. de excuſ. tutor. Bart. in l. admonendi nu. 53. ff. de iure iura. Bal. in l. parentes, C. de teſtib. & latè Menoch. de arb. iud. lib. 2. cen. 2. caſ. 110. & qui
3 inſidiatur bonis, inſidiatur perſonæ, glo. l. 4. ff. ad leg. aquil. & in l. vt ium. ff. de iuſt. & iure. Bal. optime in auth. quod mater. C. de reuoc. donat. & plura congerit Couar. de matrim. p.
4 2. cap. 3. §. 4. num. 18. & iniuria facta in bonis, dicitur facta in perſonam, Bal. in l. prohibitum,
5 C. de iure fiſ. lib. 10. & quanta fides ſit adhibenda huic aduerſario, iudex ex qualitate cauſæ exiſtimabit, gl. in auth. de teſtibus §. ſi vero. Abb. in cap. 1. nu. de iudic. in cap. cum oporteat, & in cap. inquiſitionis de accu-
6 ſat. Imo aduocatus aduerſarius glo. in l. 1. ff. de calumn. in l. 1. C. de pœna iud. qui mal. at-
7 que inimicus glo. in l. ſi pecuniam in ver. reputetur, ff. de cond. ob cauſ. quam ſequitur par. de ſind. in ver. ſuſpitio. nu. 5. & Conſ. Rouit. in pragm. 1. nu. 21. cum ſuſp. off. quam glo.
8 etiam procedere in fiſci aduocato, in cauſa criminali, inquit idem conſilia, quamuis id agat

ex neceſſitate officij, & ob id dici poteſt accuſator, ex not. per Bart. in l. 2. §. ſi publico nu. 14. ff. de adult. & inquit etiam Bal. in l. vni. in fine, C. ne quis in ſua cauſ. iud. quem refert, & ſequitur Menoch. de preſũp. lib. 2. præſumpt. 67. num. 7.
9 quod inquiſitor tenet locum partis, & multis congeſtis declarat Proſp. Far. de ind. &
10 tort. quæſt. 49. num. 74. & ideo vaſſallus aſſumens patrocinium contra dominum, à quo feudũ habet, eo priuatur, Spec. tit. de homa. & fide §. 1. Iſer. in tit. quæ ſit cauſa benefic. amitt. §. ſed quia delator. Guid. Pap. deciſ. 451. ver. ſed iuſta hæc quæro. Affl. deciſ. 265. & Gram. de-
11 ciſ. 80. cum aliquando vaſſallus plus debet domino, quam proprio parenti, vt probat optime Aluar. in cap. 1. in ver. omnes num. 2. hic fuit, lex deinde incipit conſ. & pluribus exornat Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 19. idem in liberto, qui cum poſſit aduocare, l. 2. C. de poſt. & glo. in l. 2. &
12 ibi DD. C. de offic. aſſeſ. ſi cõtra patronum fuerit patrocinatus, poterit vti ingratus priſtinæ ſeruituti ſubijci, glo. & Iſer. in d. §. ſed cum delator, cum libertus vaſſallo æquiparetur, glo. in l. 1. in ver. cum inimicis ff. de offi. præf. vrb. in l. 2. C. de lib. & eor. lib. & in cap. de forma. 22. quæſt. 5. idem communiter velle DD. teſtatur Miſing. cent. 4. obſ. 91. & dicit etiam Iſer. in cap. 1. nu. 5. qui. mod. feud. amitt. quem refert, & ſequitur Conſ. Rouit. in rub.
13 prag. de ſer. manu. quod vaſſallus, & libertus, ſe habent inter ſe vti excedentia, & exceſſa. Qui libertus plus tenetur domino, quam vaſſallus, cum ab
14 eo fuit conſequutus libertatẽ, qua nil gratioſius dare potuit, l. paulus in fine ff. de fideic. libert. ſed vaſſallus rem, quæ mi minus eſt l. in ſeruorum in fin.
15 ff. de pęnis, qui cum æquiparentur, ſtatutum in vno etiam in materia pænali ad alterum porrigitur glo. in l. ſi quis ſeruo. in fin. C. de furt. quam glo. dicit communiter approbatam Ioa. Gutt. pra. quæ. lib. 2. quęſt. 37. & in l. quod vero. ff. de leg. nam quamuis adocatus non accuſat. l. qui cum natu maior
16 §. pen. ff. de bon. libert. tamen vaſſallus, & libertus non ore tantum, ſed opere debent dominum, & patronum, vt dominos tractare, gloſ. in l. 2. C. de lib. & eor. lib. & Bal. in l. 2. C. de oper. libert. cum nõ ſufficiat abſti-

abſtinere à malo, niſi fiat bonum l. in illa ſtipulatione ff. de verb. oblig. cap. 1. de form. fidel. & cap. de forma. 22. quæſt. 5. & qui alium ex debito aduerſus offendentem iuuare debet, eo magis ipſum offendere non poteſt, l. altius ff. de ſeruit. vend. & Bal. optimè in l. 1. nu.
18 34. ff. de rer. diuiſ. nec clericus contra eccleſiam, aut Epiſcopum, a quibus beneficium patrocinari poteſt, nam eo priuatur cap. final. de poſt. c. graue. de exceſ. prælat. c. ſi imperator. 96. diſt. glo. in ca. de for-
19 ma. 22. quæſt. 5. aut ciuis contra patriam, aqua dignitatem, & officium habet l. 2. vbi Bal. C. de aduo. diuer. iud. cui magis, quam patri fauendum eſt, l. minime ff. de relig. & ſumpt. fune. & inquit Cicer. offic. lib.
20 1. cari ſunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium chariores patria vna complexa eſt, pro qua quis non dubitat, mortem oppetere, ſi ei ſit pro futurus, quę
21 maiorem poteſtatem, in ciuem habet, quam pater in filium, Bart. in l. 1. quod ſeruus ff. de vi, & vi armata, & in l. poſt liminium §. filius ff. de cap. & poſth. reuer. & non ſolum nobis, ſed etiam patriæ, & parentibus nati ſumus, l. 1. §. & generaliter ff. de vent. inſp. quam
22 adeo iuuare tenemur, vt ciuis eam deſerens in diſcrimine amittit iura ciuilitatis, Bal. in l. 2. C. de infant exp. ſic pater exponens filium priuatur patria poteſtate, c. vni. de infant. expo. & ſeruus infirmus a domino eietus efficitur liber. l. vni. §. ſed ſi ſciens, & ibi Bal. C. de lat. lib. toll. & impius eſt ciuis, qui ciuitatem deſerit, rus habitandi cauſa l. vni. C. ſi cur. relic. viuit. lib. 10. & Athal. Rex apud Var. lib. 8. epiſt. 31. in fine, ſcribens ſeuero viro ſublimi mandabat, vt curiales datis fideiuſſoribus pæna interpoſita promitterent, anni parte maiore in ciuitatibus manere, quas habitare elegerint, ſic fiat, inquit, vt eis nec ornatus ciuium deſit, nec voluptas denegetur agrorum, & pulchrè Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 12. & de arb. iud. 2. cent. 4. caſ. 306. & proinde
23 pater qui filium nō nutrit, ſed abjicit, & exponit, ſi ab eo occidatur filius pæna parricidij non tenetur, ſed homicidij tātum. Carre. in ſua praxi §. homicidium, Petra ſanct. ſing. 2. qui ampliat in patre, qui miſit filium in hoſpitale, nolens eum

Ee 2 cura-

curare, & Menoch. de arb. iud. loco prædicto, Surd. de alim. tit. 8. priuil. 73. & 64. & plenè Far. qui. mod. commit. parric. num. 164. ſic etiam dicendum eſt, ſi pater aliquam ex cauſis commiſit, qua poterat à filio exhæredari, vt nec filius pæna
24 parricidij teneatur, itaquoque ſi filius nouercam adulterauit, vel aliam ingratitudinis cauſam patrauit, vt nec pater eum occidens pæna parricidij teneatur, ſed deportationis, glo. & Bar. in l. diuus ff. de parricid. Iaſ. qui dicit, id eſſe perpetuo menti tenendum, & alibi non legiſſe, in l. vis pluribus num. 28. ff. de iuſt. & iure, idque omnes Doctores vno ore affirmare prædictos non mortis naturalis pæna, ſed deportationis, vel alia arbitraria affici teſtatur, Proſp. Far. conſ. crim. 66. & filius ingratus ea menſura à ſuis nutritur filijs, iuxta illud Biantis, qui fuit ex ſapienti-
25 bus Græciæ, qualia feceris parentibus eadem à liberis expecta, quod refert Rainal. corſ. indag. iuriſ. lib. 2. cap. 4. quæ patria ſuauiſſima dicitur, l. qui habebat ff. de leg. 3. & maior videtur, quacunque alia ciuitate l. 1. in fine ff. de offi. præf. vrb. l. 1. ff. de cenſ. & glo. in l.
26 fina. C. ſi ſer. expo. ven. & donatarius ſi contra donantem aduocationem præſtiterit, etiã donatio reuocatur, glo. & Iſer. in dicto §. ſed quia delator, quã glo. communiter approbatam, dicit Rip. in . final. num. 31. C. de reuo. dona. & pulchrè And. Gail. in omnibus prædictis lib. p. obſ. 88. ſed diſtinguendum videtur, aut patrocinium præſtat in cauſa famoſa contra do-
27 nantem, quæ morti æquiparatur, l. iuſta cum glo. ff. de manu. vind. glo. in §. ſuſpectus iuſt. de ſuſp. tutor. & Bal. in l. trãſigere C. de tranſact. vel in cauſa criminali, aut magna pecuniaria, quæ criminali æquiparatur glo. in l. 4. ff. ad leg. aqui. & in l. vt cum ff. de iuſt. & iure, & Bar. in l. admonendi, nu. 53.
28 ff. de iure iura. & ſicuti reuocatur donatio, quando vitæ donantis inſidiatur, ita quando omnibus bonis, Bal. in auth. quod mater C. de reuo. donat. quæ cauſa, & ſi expreſſa non ſit in l. fina. C. de reuo. donat. cum tamen ſimilis ſit expreſſis comprehenditur, nam quamuis certæ cauſæ exprimantur, in §. aliud quoque capitulum, auth. vt cum de app. cognoſ.
29 ex quibus filius poteſt à patre exhæredari, ſi tamen ſint aliæ

Digitized by Google

expræſſis ſimiles etiam ex ipſis poterit exhæredari, Alex. & Iaſ. in auth. quod licet C. de lib.præt. & commu. dicit Rip. in rub. de iud. nu. 20. Clar. in §.teſtamentum,q.42.Menoch. de arb. iud. lib. 2.cent. 3.caſ. 267. eamque etiam veriſſimã, & receptiſſimã teſtãtur Andr. Fachi.contr.iur.lib.6.cap. 78. Couar.de teſta.cap.Rainutius num. 16. & Ioa.Guttier.cano. quæ.lib.1.cap.14.nu.4.& facit ad hoc glo. in ob æs. C. de præd.Menoch.in l.1.C.de leg. in l. 1.C.de cond. vide in l.ita nobis,C.de adult.& in cap.penul.24.diſt. Sed in cauſa minima dicerem donationem non reuocari, cum cauſæ qualitas inſpicienda ſit,& non aduocati officium,quod eſt per quam

30 humano generi neceſſarium, l. aduocati C. de aduo. diuerſo. iudi. & meritorium, Alb. in l. vni. C. de ſuffra. ſed tamen ex prædictis cauti ſint aduocati,

31 nam eorum officium periculoſum eſt, vt inquit Bal.in l. fin. ff.de inoff.teſta. ſed ſi aduocatus fuerit coactus, cum cogi poſſit, l. ſancimus C. de aduo. diu. iudit.Bart.in l.1. §. præter ait, ff. de poſt.& Fel.in c.ſi pro debilitate de officio deleg. potiſſimum pauperibus, & miſerabilibus perſonis, quibus iudex ex officio aduocatos impartiri debet, l. nec quicquam §.aduocatos, ff. de offic. proc. Bart. in l. 1.§.hoc autem num. 1.ff. de damno infecto, & glo. in cap. 1.de ff.iud. ord. eiſque

32 debent gratis patrocinari,Bal. in l.ſi furioſi C. de nup. Guid. Pap. deciſ.562.& Dec.in c. 1. num.46. de prob. ſic etiam iudex gratis iuſtitiam facere, §. ſit tibi cum glo. auth.de mand. princip. glo.in c. ſtatutum §.inſuper in ver. pauperes, de reſcript. in 6. & notarius acta conficere,glo.in l. tam clemẽtis C.de Epiſcop. And. & pulchrè Ferd. Vaſq.Ill.contro.lib.

33 1. cap.41.in princip.quod antiquitus fuit à Nerone factum, vt cauſarum patroni ſine mercede, aut muneribus cauſis adeſſent, vt ſcribit Alex. de Alex. dier.genial. lib.2.cap.5. & refert Menoch.de arb. iud. lib. 2. cent. 4. caſ.369. immo

34 actori pauperi conuentus diues tenetur litis expenſas ſubminiſtrare,Guid.Pap.dec.561. Afflict. & Vrſil. deciſ. x. Aym. Crau. conſ. 264.Fra.Mila. qui hoc optime declarat deciſ.18. Alciat.de præſump.reg.3.preſ. 9.Surd.de aliment.tit.p.quæſt. 20. quamuis Boer. deciſ. 303.

col.

col. 2. aſſerat hanc opinionem
nunquam vidiſſe in practica
ſeruari,& idem quoque teſta-
tur Couar.lib.vni.prac. quæſt.
cap.6. num.5. exiſtimans eam
eſſe ſeruandam, vbi perpenſo
ſtatu litis, conſtaret aliqua
præſumptio pro iure actoris
pauperis,namque etiam in ſta-
tu Eccleſiaſtico ſeruari inquit
Ioſ.Ludou.deci. Peruſ.46.qui-
bus autem perſonis ſint præ-
ſtanda alimenta lite pendente,
annotant Menoch.de arb.iud.
lib.2.cent.2.caſ.169.à num.xj.
vſque ad finẽ, & Miſing. cent.
6. obſ.21. & qualiter ſint præ-
ſtanda,declarat multa relatiue
congerens Ioa.Vinc. de Anna
ſing.25.& inquit Bal.in l. ma-
gis puto §. in primis ff. de reb.
eorum,quod ex textu fundatur
iuſtitia, quæ eſt in Francia,
quod ſi aliquis pauper habet
litem cum Rege,& non habet
vnde faciat expẽſas litis, quod
Rex ſubminiſtrabit aduocatũ,
vt veritas cauſæ ſciatur, quod
refert Boer.deciſ.303.& deciſ.
35 324.qui aduocati nedum cogi
poſſunt mulcta indicta, ſed ẽt
ſub pœna priuationis officij, l.
prouidendum .§ ſi vero C. de
poſtul.l.vni.§. & vrbe ff.de off.
præfec. vrb.& Aſin. qui plures
congerit caſus,in quibus cogi-
tur quis officium ſuum exerce-
re in l.quod ſi locus ff.de relig.
& ſumpt.fune. Cap. Toloſ. &
dec.481.Afflict.in conſt.incip.
lege præſenti, ex eo textu nu.
7.pulchrè Couar.var.reſol.lib.
3.cap.14.num.1. Menoch.de
arb. iud.lib.2.cent.3.caſ.369.
& Miſing. cent.4. obſ. 32. &
36 capientes, à pauperibus ali-
quid pro patrocinio tenentur
in cõſcientia,Iaſ.in l.nec quic-
quam§.vbi decretum ff.de pro-
conſ. congerit alios longa ſe-
rie Bouad.in ſua polit.lib.3. c.
37 14.nu.16.& tunc ſi eſſet coa-
ctus excuſaretur, l. poſt lega-
tum §. aduocatum l. tutori, ff.
de his quib.vt indig.l.qui cum
maior §. ſi libertus ff. de oper.
libert. & dicit glo. in cap. qui
timore de reg.iur.quod ſi cle-
ricus inuitus ferat teſtimoniũ,
vel aduocet contra ſuam Ec-
cleſiam,non eſt ei imputandũ,
ſecus ſi ſponte,& plura ad hoc
congerit And.Gail. lib. 1.obſ.
38 88.num.5.cum ſequ.nam ma-
gis ſubuenitur ei,qui facit actũ
ex neceſſitate,quam ex volun-
tate, l.ſi fideiuſſor §.neceſſaria
ff.qui ſatiſd. cogant l. qui erat
hæres ff. famil. herciſ. l. qui
in alterius in fin.ff. de reg. iur.
39 ad quod nec de iure cogendũ
videtur, vt contra patriam,do-
minum

Digitized by Google

minum patronum, & donantē, patrocinium præſtet, l. penul. ff. de poſtul. l. humanitatis, cum glo. C. de excuſ. tuto. Bal. in l. petitionem C. de aduo. diuer. iud. in l. 1. num. 19. ff. de rer. diuiſ. Ang. in l. 1. §. ait prætor. in l. penul. de poſtul. & Conſ. Rouit. in rub. prag. de poſtul. nu. 10. cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *HÆreditas iacens non verè, ſed abuſiue vicem perſonæ ſubſtinet.*

2 *Hæreditas defuncti, non hæredis, perſonam repreſentat.*

3 *Hæreditas iacens ſi in domo defuncti citatur, patitur primum decretum.*

4 *Hæreditas iacens æquiparatur pupillo.*

5 *Curator qualiter detur hæreditati iacenti.*

6 *Practica optima a iudice ſeruanda, quando dat curatorem hæreditati iacenti.*

7 *Curator datus hæreditati iacenti, quæ debet adimplere.*

8 *Hæreditas iacens non patitur ſecūdum decretum.*

9 *Hæreditas iacens quæ ſit, quæ vacans, remiſſiue.*

10 *Hæreditas iacens non datur in ſuo hærede ſecundum Bal.*

11 *Filius poſſidendo bona patris, dicitur dominium continuare, & non de nouo acquirere.*

12 *Filius Regis nec ſacerdotis dicitur, natus ante Regnum, vel ſacerdotium adeptum.*

13 *Filius ſecundogenitus natus poſt regnum adeptum præfertur in ſucceſſione regni primogenito.*

14 *Suus hæres quare non habet titulū pro hærede.*

15 *Præteritio matris quare habetur pro exhæredatione, & non patris.*

16 *Suus hæres quare ſubripiendo bona hæreditatis ipſam adit, & extraneus delinquit.*

17 *Comes de nouo creatus, non precedit filium alterius alterius comitis, qui poſtea in comitatu ſucceſſit.*

18 *Filius eſt eadem perſona patris, eadem vox, & iſdem ſanguis.*

19 *Extimum patris dicitur extimum filij.*

20 *Autor pluribus rationibus probat, etiam in ſuo hærede hæreditatem iacere.*

21 *Dominium, quod dicitur in filium continuari, non eſt verum dominium, ſed fictum, & intellectuale.*

22 *Poſſeſſio bonorum hæreditatis, non tranſit in hæredes, etiam ſuos, niſi actualiter apprehendatur.*

23 *Poſſeſſio ſi acquiritur aliquarum rerum hæreditatis, non operatur acquiſitionem omnium.*

24 *Ius accreſcendi quamuis accreſcat portioni, aliam portionem quoad dominium, non tamen quoad poſſeſſionem.*

25 *Poſſeſſione Eccleſiæ, aut caſtri capti cenſetur etiam capta omnium rerum ad Eccleſiam, & caſtrum pertinentium.*

26 *Iuriſdictio cum exercetur in principaliore ciuitate prouinciæ, acquiritur poſſeſſio totius prouinciæ.*

Sui

27 *Sui hæredis exiſtentia facit ipſum hæredem bonorum hæreditatis, ſed non poſſeſſorem.*

28 *Filius nõ præſumitur hæres patris, niſi probetur vere poſſidere bona paterna.*

29 *Filius conuentus vti heres patris, quamuis liti ſe offerat, nec excipiat ſe non eſſe hæredem, non poteſt condemnari.*

30 *Filius bona patris iacentia, poteſt propria authoritate occupare.*

35 *Filius poſſidendo bona patris, ſi dicat poſsidere pro dotibus maternis, non dicitur heres patris, niſi valor bonorum excederet quantitatem dotium, niſi eſſet domus.*

32 *Filius agendo vti hæres patris, ſufficit probare ſe filium tantum, ſecus ſi ageret vti hæres matris.*

33 *Poſſeſsio quæ ex ſtatuto tranſfertur, non eſt vera, & perfecta poſſeſsio, ſed ficta.*

34 *Poſſeſsio quæ ex ſtatuto tranſfertur, non parit interdictum recuperandæ, ſed adipiſcendæ poſſeſsionis.*

35 *Dominium vbicunque in iure trãſfertur, non tranſfertur poſſeſsio.*

36 *Poſſeſsio tantum in vno caſu tranſfertur ipſo iure, ſine facto hominis*

37 *Poſſeſsio niſi vacua ſit, & non occupata, nõ tranſfertur fictionis iuris.*

38 *Poſſeſsio quæ alieno corpore detinetur, vt per colonum, tranſit in hæredem ſine apprehenſione.*

39 *Poſſeſsio vt per colonum in hæredẽ tranſferatur, quæ requiruntur, remiſsiuè.*

1 GLoſsa 8. Si quis vult agere contra hæreditatem iacentem, quæ vera perſona non eſt, ſed ficte, & abuſiue vicem ipſius ſubſtinet, vt dicit Bart. in l. vſufructus ff. de ſtip. ſeruo l. mortuo, vbi etiam Bart. ff. de ſolution. & in l. omnes populi num. 23. ff. iuſtit. & iure. dicens, quod id, ꝙ dicitur in d. l. mortuo, vt hæreditas perſonæ vicem ſubſtineat, non vere, ſed abuſiue intelligitur. In quem eſt facienda citatio, quæ baſis eſt, & fundamẽtum iudicij, glo. in c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Conſt. & in clem.
2 1. de iudic. quæ cum defuncti & non hæredis perſonam repræſentat, l. non minus in fine, ff. de hæred. inſt. l. nouatio, & ibi Bart. ff. de nouat. & Bal. in rub. C. de ſucceſ. edicto, & in
3 domo defuncti citari poterit, vt primum decretum patiatur, l. ſi bona. & ibi DD. C. de bon. auth. iud. poſs. l. fin. ff. de priuil. credit. Bart. in l. 3. §. prætor ait, ff. de damno infec. & Bal. in d. rub. C. de ſuc. edic. num. 4. vel ſi celeritatem deſiderat, puta damni infecti, l. dies cautionis, §. toties. ff. de damno infecto, alias contra eam agi non poterit, nec iudicium inchoari l. ſeruus hæreditarius ff. de ſtip.
4 ſeruo. niſi curator detur, quæ pupillo æquiparatur, l. 1. ff. de curat.

Digitized by Google

curat. bonis dandi, l. in poſſeſſionem ff. ex quib. in poſſeſ. eat. & dicit Ang. in l. ad diem ff. de verb. oblig. in l. ſi ſeruus ff. de ſtipul. ſeruo. & in l. 4. §. totiens. ff. de damno infecto, quod fatui ſunt, qui faciunt proceſſum contra hęreditatem iacentem, quia eſt funditus nullus, cum hæreditas litigare non poſſit, ideo prouidendum de curatore hæreditati iacenti, cum quo
5 iudicium procedat, qui explorato prius à iudice an aliquis ſit, qui velit hæreditatem adire, & defendere, in partito termino, & elapſo datur, Bal. in l. cum debitoris, C. de iud. Bar. in l. ſi bona C. de bon. aut iud. poſ. Ang. in l. debitor. ff. de neg. geſt. Alex. in l. ſi conſtante §. ſi exhæredato ff. ſol. matr. Cap. qui ponit quinq; requiſita dec. 87. & copioſe And. Gail. lib. 2. obſ. 108. & 130. dicens ita cõ-
6 muniter tenere DD. debet tamen iudex in aſſignatione termini admonere hæredem, vt infra dictum terminum adeat, alias conſtituat curatorem bonis hęreditarijs, vt creditoribus reſpondeat, & etiam ſi ita non admoneat, eo non adeunte infra tempus prædictum debet curatorem dare, ad effectum prædictum, non autem ipſum excludere ab hæreditate, & repudiantem declarare, cum habeant ad id longiora tempora, quę non poterit iudex tollere, aut breuiare, & hanc eſſe bonã practicam, & ſæpiſſime ita admonuiſſe iudices, vt agerent inquit Ioa. Gutt. in l. nemo po-
7 teſt nu. 226. ff. de leg. 1. & curator datus iurare debet vtilia agere, & inutilia omittere, & ſeruare formam, l. de creationibus C. de Epiſcop. And. quæ & ſi loquatur in curatore furioſi, ad quoſcunque curatores extenditur, Bar. in l. legitimos nu. 7. ff. de leg. Tut. & Aret. in §. præterea circa finem, inſt. de
8 excep. ſed non patitur ſecundum decretum, niſi curatore impartito, l. ſi diu. ff. ex qui cau. maio. & Bart. in l. ſi quis ita ff. de acq. hæred. quæ autem ſit
9 iacens, & quæ vacans hæreditas, & quamplura ad hoc pertinentia declarant Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 2. caſ. 150. And. Gail. lib. 2. 130. & Conſ. Maſt. de mag. par. 1. lib. 3. c. x. nu. 359. cum ſeq. quod tamen dictum eſt, vt iacenti hæredi-
10 tati detur curator, negat Bal. authoritate glo. in l. cum hæreditas C. depoſ. procedere in ſuo hærede, cum in eo, vt aſſerit, non dicatur iacere hæredi-

tas, proinde inquit ſi detur, proceſſus cum eo factus non valeret, dicens ita tenere Cynum in l. liber homo. §. fina. ff. de ſtip. ſeruo. & exiſtentiam ſui hæredis operari continuationẽ dominij ſine aliquo medio, allegat l. in ſuis ff. de lib. & poſtu. per quam etiam affirmat, in
11 l. 1. C. de rep. hæred. quod ſuus hæres poſſidendo bona patris, nihil videtur innouare, ſed cõtinuare, & idem dicit in l. quæ C. de furt. & ideo filius dicitur dominus, quod ſola adminiſtratio ei deficiat, dicit glo. in l. 1. §. domini, ff. ad ſylleia. & ideo filius Regis etiam patre viuente dicitur Rex, glo. in cap. fina. 14. q. 1. in c. andrianus 93. diſtint. & pleniſſime Frecc. de ſuffeu. lib. 2. Cap. quis dicat. comes nu. 14. cum ſeq. congerit alios nouiſſime dicens etiã gaudere priuilegijs patris, eaq; inſinuat Conſ. Maſt. par. 1. lib. 1. c. 5. per totum, & p. 2. lib. 4.
12 c. 18. 13. nu. 139. & id quidem ſi natus eſt patre rege, cæterũ ſi rex non fuiſſet, cum filius regis non diceretur, Bart. in l. ſenator C. de dignit. lib. 12. in l. cum ſatis C. de agri, & cenſ. lib. 11. & glo. in c. iam itaque 1. q. 4. ſic filius ſacerdotis non dicitur, natus ante ſacerdotiũ glo. in l. imperialis §. his illud, C. de nup. & Ioa. And. de filijs preb. in rub. cum ea qualitas debuit adeſſe tempore natiuitatis, vt dici poſſit filius ſacerdotis l. titius ff. de milit. teſtam. l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxal. actio. nec gaudet priuilegijs Regis l. 2. §. in filijs, & ibi glo. in ver. pertinet. §. de decur. & glo. in l. ſenatoris ff. de
13 ſenat. & in Regni ſucceſſione excluditur à fratre nato poſt regnum acquiſitum, Bal. & glo. in d. l. imperialis §. his illud C. de nup. & in l. in ſuis, ff. de lib. & poſt. crem. qui alios congerit ſing. 50. idque antiquitus ſeruatum inter filios Darij Regis Perſarum Artemonem, & Cyrum teſtatur Iuſt. hyſtor. lib. 2. & recenter. Iuſt. Lypſ. in monit. & exempt. polit. lib. 2. c. 4. inter quos cum mortuo Dario eſſet quæſtio, quis eſſet in regno præferendus, an Artemones primo natus, more, & iure gentium, an Xerſes natus poſt regnum ademptum, qui non de ordine, ſed de naſcendi felicitate controuerſiam faciebat, cum Artemones Dario priuato exiſtente natus eſſet, & Xerſes Rege, ſumpto ab eis Antiferno patruo in hoc arbitro, is ea ratione Xerſem fratri

tri præpoſuit, ea quoq; cauſa Ludouicus Sforzia aſſerebat Ducatum Mediolanenſem, nõ ad Galeatium fratrem maiorẽ, ſed ad ipſum ſpectare, cum ille in lucem prodijt Frãciſco Sforſia communi patre adhuc priuato exiſtẽte, ipſe autem poſtquam fuiſſet Dux, quare Ioannem Galeatium filium prædicti fratris, eiuſque nepotem, cuius etiam tutor erat, dominio ſtatus prædicti ſpoliauit, vt inquit Franc. Guic. hyſt. lib. 1. & c. noſtris Ray. Corſ. indag. veris lib. 3. cap. 7. cuius infelix euentus iniuſtam ipſius cauſã detexit, & Captus ab altero Ludouico Rege Galliæ XI. ibique ductus, vt teſtatur idem Guic. decemnali carcere deuictus, dominio, & vita exutus fuit, de qua re plenius agit rationibus hinc inde adductis, Pet. greg. Toloſ. de repub. lib.
14 7. c. 9. per totum, ex qua l. in ſuis Bar. & Caſt. in l. 2. §. 2. ff. pro hæred. & Bal. in l. 2. C. eo. reddẽtes rationem, quare ſuus hæres non habet titulum pro hærede, dicunt, nam cum filius viuẽte patre ſit quaſi dominus bonorum paternorum, & eo mortuo idem dominium continuetur in filium, d. l. in ſuis, ob id non poteſt mutare titulum, dicendo de nouo dominum, & poſſorem, qui antea erat, extrinſecus cauſa non accedente, l. cum nemo C. de acq. poſs. idque omnium DD. conſenſu receptum eſſe teſtatur Couar. de perſcrip. par. 2. §. 5. & idem quoq; Bar. in l. ſi mater, C. de
15 inof. teſt. dum quęrit rationem quare præteritio matris habetur pro exhæredatione, §. pen. inſt. de exhær. lib. & in patre requiratur expræſſa exhęredatio, quam Doctores non poſuiſſe, inquit, ſed tantum iureconſ. in d. l. in ſuis, quia filius in patris poteſtate dicitur dominus viuo patre, & eo mortuo non dicitur poſſidere pro hærede, nec ei noua hæreditas ſuperuenire, ex d. l. vnde cum viuo patre fingatur dominus, niſi expræſſe exhæredetur, & excludatur, hæreditas alteri dari non poteſt, ſed cum mater non habeat ſuum hæredem, nec ea viuente ſit filius quaſi dominus bonorum ipſius, ob id ſufficit præteritio ad eum
16 excludendum, & ideo ſuus hæres ſubripiendo bona hæreditaria cenſetur ſe immiſcuiſſe, l. ſi ſeruum ſi. ait prætor ff. de acq. hæredit. & extraneus delinquere, l. ſi qui extraneus ff. eod. quia vt ibidem dicit glo.

Digitized by Google

ex d.l.in ſuis, quod ſuus hæres accipit quod ſuum eſt, & hanc declarationem dicit communem Craſ.de ſucceſ.lib.2.Art. acqu.hæred.q.6.nu.7. & dicit quoq, Bened. Cap. conſ.12.ꝙ quamuis qui patris hæreditati renunciauerit, poſſ t ſuccedere filio, & fratri, qui patri hæres extitit, cum non dicatur amplius hæreditas paterna, ſed fraterna, vt notat Alex.in l. 1. §.veteres ff.de acq.poſ.congerit concord.Theſau. deciſ. 61. nu.2. & indicatum refert Preſ. de Franch.dec.171.& dec.690 ita ſi non adierit hæreditatem patris, tamen ex quo ſucceſſit vt ſuus, & ratione ſuitatis, cenſetur fuiſſe, & eſſe bona ipſius filij, d.l.ſuis, vnde qui ſuccedit in talibus bonis, non vt in bonis patris, ſed vt in bonis filij

17 ſuccedere videtur. Ex quibus & alijs ad hoc adductis infert quoq; Frecc.lib. 2. de ſuff.cap. qui dicatur comes nu.37.cum ſeq; ꝙ Comes de nouo creatus non præcedit filium alterius Comitis, qui poſtea in Comitatu ſucceſſit, cum mortuo patre filius ad Comitatum continuãdo dominium, & poſſeſſionem venire dicitur, non de nouo acquirere, aut appræhen-

18 dere; quod etiam ex propria perſona filius habere dicitur, cum ſit eadem perſona patris, l. final.C.de imp. & alij ſub c. iã itaq, 1.q.4.& ſanguis patris, l.4.ff.de inoff.teſt.& vox filij ſit et patris §. ei qui.inſt.de inut. ſtipul.ob quod inquit glo. in l.

19 C. qui ætate lib. 10.quod extimum patris dicitur extimum filij, quam glo. alibi non reperiri dicit Bal.in l.1.§.domini ff. ad ſylleia, eamq; etiam eſſe celebrem communiter approbatam, & in practica quampluri mum neceſſariam affirmat Ioa. Gutt. in §. ſui nu.114. inſt. de hær. qual. & diff.ex qua veluti ex perenni fonte DD.innumeras eliciunt concluſiones, quas ſeriatim recenſent Vero. in auth. ſed nouo iure nu. 80.cũ ſeq.c.de.fug.Iaſ.in l.ſciendum ff.qui ſatiſd.cog, & in l.fina.C. de imp. & alijs ſubſt.nec pater dicitur donare filio, ſed debitũ perſoluere l.vni.C.de impo.lucrat.deſcrip.lib.10.& congerit concord.Surd.deciſ.mant.96.

20 Quod tamen pace tanti viri de iure mihi perſuadere non poſſum, ſiquidẽ & ſi ſuus hęres viuẽte patre ſit quaſi dominus & dominiũ videatur in filiũ cõtinuari, d. l.in ſuis, ꝙ tñ verum dominiũ non eſt, ſed fictum, & intellectuale, nã cũ lex interpre-

te-

Digitized by Google

tetur filiũ eſſe eãdẽ pſonã cũ patre,& intellectualiter etiam interpretetur,illũ eſſe dominũ, ſecus aũt quoad dominiũ verũ, & effectuale, cum dominus nõ dicatur,& his verbis declarando,d.l.in ſuis,inquit & in Cam. Imper. ſeruari Miſing. cent.4.
22 obſ.25.non tamen mortuo patre poſſeſſio bonorum hæreditatis continuatur in filium ipſo iure ſine noua apprehenſione, vt dicatur poſſidere bona hæreditatis, vt hæreditas non iaceat, cum poſſeſſio in hæredẽ non tranſeat, niſi fuerit actualiter apprehenſa l.cũ hæredes, vbi Bar. & alij l. pomponius §. quæſitum l. qui vniuerſas, §. qui per colonum ff.de acq.poſ. Bal.& Caſt.in l. ſi ſorori C. de iure.delib.& Bal.in l. fin.C.de ſacro.Eccl.& id quidem ne dũ in extraneis, vt requiratur apprehenſio, ſed ẽt in ſuis hæredibus,dicunt glo.Bar.& cæteri in l.cum miles ff.ex quib. cau. maio.in d.l.cum hæres, & in l. in ſuis, ff.de lib.& poſt. contra glo.quæ ibidem contrarium aſſerere videatur, Io.Fab.in d. ſui,qui probat.opinionem glo. in d.l.cum miles, Bal. in auth. ingreſſi C.de ſacr. Eccl. in l.1. C.de app.& in auth.defuncto. n.6.C.ad trebel.eãq;opinionẽ dicit cõmunem, & ipſã plenè declarat Io.Gutt.in §.ſui n.66. inſt.de hęr.qual.&diffe. idq.ẽt in feudo procedere,& in Cam. Imper.ſeruari teſtatur Miſing. cent.3.ob.38.& And.Gail.lib.
23 2.obſ.152.nu. 11. nec per apprehenſionẽ poſſeſſionis vnius vel plurium rerum hæreditatis acquiratur poſſeſſio cæterum Bal.& DD.in l.2.ff.de acq.poſ. And. Gail.qui concord.adducit lib.2.obſ.129.& Miſing.dicens communem cent. 3. obſ. 39. imo ſi vnus ex duobus hæredibus adeptus ſit poſſeſſionẽ
24 bonorum ſuæ portionis, & ſi altero hærede repudiante, accreſcat portio repudiantis portioni adeuntis quoad proprietatem, ita vt opus non ſit alia aditione,ſed ipſo iure,vt inquit glo. in l.2.ff.de acqu. hæredit. non tamen quoad poſſeſſionẽ, ſed opus erit noua apprehenſione poſſeſſionis, Bal. notabiliter in l.vni.nu.3.C. qua. non pet.part. quem ſequitur Aret. in d.l.3.n.8.ff.de acq.poſ.& id quidem dum vna res ad alteri non pertinet, ſecus ſi ad ipſam vti principaliorem ſpectaret,vt bona alicuius Eccleſiæ. Nam
25 capta poſſeſſione ipſius Eccleſiæ,cenſetur capta rerum particularium ad ipſam ſpectantiũ Inno.

Digitized by Google

Inno.& Ioa.And.in c.in literis de reſt. ſpol.Bart.in l.cum hæredes in princip.ff.de acq. poſ. Guid.Pap.deciſ.355.Cap.dec. 1.n.x.Gram.dec.71.& Couar. var.reſol.lib.2.c.16. vbi n. 13. & declarat etiã nu.7. qualiter de iure poſſeſſio beneficij, & eccleſiæ acquiratur, & Meno. quoque relatiue de acqu. poſ. remed.vlt.n. 61. ſic etiã capta poſſeſsione caſtri, omnes pertinentiæ tanquam acceſſoriæ, etiã apprehenſæ videtur, And. Gail. qui de communi teſtatur lib. 1.de pac.pub.cap.6.nu.28 & lib. 2. Cam.Imper.obſ.62,& obſ.129. & etiam communem dicit Pereg.de fidei.art.48.nu. 74. & omnium locorum ſubiectorum,boſs.in ſua praxi. titu. de principe,& priuil.eiuſ.num.
26 265. ſic quoque generalis iuriſdictio alicuius prouinciç acquiritur, cum ea in principaliori ipſius ciuitate exercetur, Inno.in c.dilectus n.3. de cap. monac. & Cap.deciſ.1.nu.11. & an legato caſtro cum pertinentijs prædia, & bona particularia contineantur, declarat optime And.Fach. cõt.iur.lib. 5.c.61.Menoch.de præſ.lib.3. præſump. 99.& Mant.de con. vlt. Volunt.lib.9.tit.2.nu. 34. & inquit idem Bal.in l.fina.C. de edic.diu.Adria. Toll. quod
27 ſui hæredis exiſtentia facit ipſum hæredem,ſed nõ poſſeſſorem,& omni hæredi tam ſuo & neceſſario, quam extraneo, eſt neceſſarium beneficium illius legis, eo magis cum prætoris beneficio poſt illam legẽ, qua ſui erant neceſſarij hæredes,ſunt effecti voluntarij S.3. inſt. de hær. qual. & differ. & ſuus hæres per beneficium abſtinendo,eſt redactus ad inſtar extranei l.nam nec emancipatus ff.de leg. 1. Dec. per eum
28 tex. conſ.263.ob quod pænes ſuos hæredes non præſumitur poſſeſsio bonorum patris vt hæredes ſint, niſi vere probetur poſsidere,& adijſſe hæreditatem,l. 1.& ibi glo.C. ſi min. ab hęred.glo.in l.neceſſarijs ff. de acq.hæred. in l.ſi cum dotẽ S.tranſgrediamur,vbi Bar.Bal. & Alex. qui dicit communem ff. ſolut.matr. Tiraq. l.mort.l. viſ. p.7.declar. 2.Cap.dec.70. quam opinionem dicit etiam communem, & veriorem pluribus rationibus comprobans,
29 etiam ſi conuentus liti ſe offerat,& iudiciũ ſubeat, Io.Gutt. in S. ſui num. 106.cum ſeq.de hære.qual.& diff.cõgerit alios & etiam communem fatetur, Flam.Cart.deciſ.Ianu.32.n.12 cum

Digitized by Google

cum ſeq. etiam ſi filius conuictus non excipiat non eſſe hæredem Mant. qui etiam de cõmuni teſtatur de coniect. vlt. volunt. lib. x. vlt. tit. x. num. 4.
30 ſed tamen poteſt filius bona patris iacentia propria authoritate occupare, Bal. in auth. licentiam n. 3. C. de Epiſ. & cler. & Io. Gutt. in d. §. ſui nu. 75. & prac. quæ. lib. 1. q. 79. & Proſp. Far. de furt. q. 175. p. 8. n. 288. quibus autem modis facto, an verbis præſumatur, & inducatur hæreditatis aditio, adnotãt pleniſſime Menoch. de præſ. lib. 4. præſump. 100. & 101. & Mant. de coniec. vlt. vol. lib. 12. tit. x. & qualiter ex poſſeſſione bonorũ hæreditatis probetur, declarat optime Andr. Gail. lib. 2. obſ. 128. per totam,
31 ſed ſi poſſeſſor aliam cauſam poſſeſſionis dixerit, quia filius dicens poſſidere pro dotibus maternis, excluditur titulus hæreditatis paternæ, Bar. in l. gerit. nu. 21. ff. de acq. hær. in l. 1. & ibi Bal. C. de repud. hære. Aſin. in l. 4. §. ne quis putet. n. 141. ff. de relig. & ſupt. fune. plenè And. Fach. contr. iur. lib. 6. c. 53. & Præſ. de Franch. dec. 80. nu. 11. etiam ſi ad probationem dotium produceret inſtrumentum in forma non probante, Vrſil. qui ita refert deciſum in Conſ. 372. niſi valor bonorum excederet dotium quantitatem, nam ex eo quod ſupereſt, ex poſſeſſione præſumitur aditio, Bal. conſ. 272. vol. 2. Crau. cõſ. 33. vol. 1. & Aſin. loco prædicto num. 150. ſed ſi eſſet domus, cuius valor & ſi præualeret, habitatione ipſius non induceretur aditio, nam cum ex concurrenti quantite dotium de neceſſitate communionis non poterit præciſe inhabitari, ex huiuſmodi habitatione non præſumitur, licet tota domus debitam quantitatem excedat, Bar. & Bal. in l. duo fratres, ff. de hæred. Mant. de con. vlt. vol. lib. 12. tit. 9. nu. 17. cum ſeq. & ita per Rot. Ian. refert deciſum Fla. Cart. deciſ.
32 124. quod dictum eſt, vt non ſatis ſit probare, quem eſſe filium, niſi etiam probet hæredem, procedit, quando conuenitur vt hæres, cæterum ſi ageret, cum ſufficeret probare tãtum eum eſſe filium, nã eo ipſo quod eſt filius, præſumitur hæres, & paternæ hæreditati ſe immiſcuiſſe. Pet. Iacob. in ſua pra. Tit. de pet. hære. nu. 2. Tiraq. loco prædicto nu. 8. Mant. vt ſupra nu. 3. & congerit alios Menoch. de præſu. lib. 4. præſ. 99. nu.

99.nu.5.& id quidem cum agit vti hæres patris,ſecus ſi tãquã hæres matris,nam etiam tenetur probare ſe hæredem Mãg. deciſ. Lucc.62.& Flam. Cart. qui rationem reddit dec.Iann. 54.in fine,quæ poſſeſsio bonorum hæreditatis adeo eſt verè & naturaliter adipiſcenda ; vt ea quæ forſan ex ſtatuto transferetur,abſque appræhenſione & continuatur in hæredem,vt eſt Mediolani inquit Tiraq. le mort.ſai le viſ.in princ.& Frãciæ idem Tiraq. de iur. conſt. ampliat.12.& etiam in Comit. Burgun.bello.conſ.46.& ſupp. iur.lib.5.ac Parmæ,& Placentiæ,Gab.recept.ſent.lib. 5.tit.
33 de acq. poſs. concluſ. 9. Non ſufficit , nec vera , & perfecta intelligitur, niſi hæres corporalem poſſeſſionem apprehenderit, Caſtr.in l.ſi ſorori C.de jure delib. & Ruin. conſ. 27. nu. 6. Proinde poſſeſſio continuata vigore ſtatuti, cum ficta ſit , non parit interdictum re-
34 cuperandæ , ſed adipiſcendæ poſſeſsionis , Bal. in l. ſi ea lege C.de cond.ob cau.in auth. defuncto nu.6. C. ad Trebell. Alex. in l. cum hæredes ff. de acq. poſs.Affl. in conſt. incip. circa violentiarum n.4.& dec. 299.nu.13.& And. Gal.lib.2. obſ.152.nu.6.& quamuis de hoc videatur dubitaſſe, Rip. reſp.81.nu. 75.tamen contrariam ſententiam , quod non pariat interdictum recuperandæ, ſequitur in l. fina.nu.135. C. de reuo. donat. eamque etiam communẽ dicit , in l. 1. nu.37. ff. de acq. poſs.& quãuis videatur in patrem, & filiũ dominium continuari, non tamen poſſeſsio continuatur, cũ in omnibus caſibus, in quibus ipſo iure transfertur dominiũ, quos annotat glo. in l.ſi ager. ff.de rei vendicat.in l.traditionibus C.de pactis nõ transfertur poſſeſſio, ſine apprehenſione,glo.communiter recepta in l. fin.C.de ſacroſ.Eccl.in c. 2. vbi omnes Canon.de conſuet. optime And.Gail.lib.2.ob.51. & obſ.152.& probat tex. in l. commiſſa.ff. de pub. & Vectig. in l.ſi fratres, §.idem reſpondit ff.pro ſocio.& in l.ſi vt proponis C.de ędif.priuat.ſed in caſu.l.raptores,C.de Epiſ.& cle. & vni.C.de rapt.Virg.transfer-
36 tur poſſeſſio ipſo iure, ſine facto hominis , qui vnicus caſus eſt , vt inquit ibi Bart. & alibi non reperiri affirmat Alex. in l. ſi mora.num.3.§.ſol.matr.& Surd.dec.211.nu.7. ſed fictione iuris transfertur ſine tradi-

tione,

ditione, in pluribus caſibus quos adnotat glo.in l.3.in pri. ff.de acq.poſ.Bal.in l. traditionibus,C.de pact.Iaſ.in l.fin.C. de ſacro.Eccl.& in l.1.C.cõm.
37 de legatis. quod tamen intelligitur de poſſeſſione vacua, & non occupata,glo.in l.cum miles.in verbo. quaſi cõiunctim, ff.ex quib. cauſis maio. quam allegat, & pluribus exornat, Io. Gutt. in l.nemo poteſt nu. 362.ff.de leg.1.ad quod etiam vide Ferdin. Vaſq.illu. contro. lib.2.c.57.n.19.cum ſeq. ſi tamen defunctus poſſidebat corpore alien.vt per colonum, & mortuus fuerit pendente locatione,poſſeſſio in inlocatè trã-
38 fertur in hæredem ſine apprehenſione, ſi nomine hæredis continuat. Alex.in l. qui vniuerſas §.quod per colonum ff. de acq.poſſeſs.& Afflict.deciſ. 167. quem refert, & ſequitur Tiraq. de iure conſt. ampliat. 12.in fine,nam poſſeſſio poteſt quæri ſine apprehenſione per mediã perſonã l.ſi adopt.vero ff.de prec.&.Bal. per eum tex. in l.dotis actione.C.ſolu.mat.
39 quæ autem neceſſaria ſunt,vt per colonum transferatur poſſeſſio in hæredem; declarant Afflict.dec.325.Viu.dec. 277. Benet.dec.12.nu.7.& S. Fran. Mila.dec.1.nu.81.Pereg.de fideicomm.art.47. num. 35.& Præſ. de Franch.dec. 204.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas caſtri, aut ciuitatis, propriè appellatione perſonæ nõ venit.*

2 *Vniuerſitas eſt corpus fictum,myſticum, & inanimatum.*

3 *Vniuerſitas poteſt vti beneficio ceſſionis bonorum.*

4 *Vniuerſitas ſi eſt congregata, poteſt in arengo citari.*

5 *Vniuerſitas ſi non eſt congregata, poſſunt ipſius adminiſtratores citari*

6 *Vniuerſitas dum condemnatur,aut liberatur, ſententia debet ferri in perſonas adminiſtratorum.*

7 *Sindicus citatus comparens, poteſt cum eo iudiciũ legitima proſequi.*

8 *Vniuerſitas, aut plures pro eadem cauſa citati, debent vnum procuratorem conſtituere.*

9 *Vniuerſitas dum vult aliquid agere, & procuratorem conſtituit, debet à maiori parte fieri.*

10 *Procurator electus ſi præſens eligitur, & conſentit, numeratur in numero eligentium.*

11 *Electores imperatoris poſſunt vnũ ex ſe ipſis eligere in imperat.*

12 *Electio ſi vni ſoli competit, non poteſt ſe ipſum eligere.*

13 *Conſentire in eo quis alteri poteſt, quod per ſe ipſum facere nequit.*

14 *Actio, & paſſio non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.*

15 *Imperatiuus quare non habet primam perſonam.*

Digitized by Google

16 *Perſona loquentis non includitur in generali ſermone.*
17 *Eligens iure proprio ſi eſt ſolus, poteſt alteri electionem demandare, qui ipſum poterit eligere.*
18 *Poſſumus multa per alios, quæ per nos non valemus.*
19 *Eligens ſi habet duas voces, debet in electione unius perſonæ cõcordare.*
20 *Vna perſona poteſt vicem duarum perſonarum ſubſtinere.*
21 *Electio quando valet, ſi non adſint duæ partes ex tribus.*
22 *Electio debet eſſe ſimplex, & pura, & non conditionalis, aut alternatiua.*
23 *Electio poteſt abſenti demandari, & dicitur facta a mandante.*
24 *Nomina ciuium dum de re graui agitur, ſunt ſpecialiter exprimẽda.*

GLoſſa 9. Quid ſi vult agere contra vniuerſitatẽ alicuius ciuitatis, vel caſtri, in quem, vel quos
1 dirigit citationem, cũ propria perſona non dicatur, auth. itẽ quæcunq; vbi Bal. C. de Epiſ. & cleric. & in rub. G. ad trebel. l. metũ. §. animaduertendũ, ff. ꝙ met. cau. c. romana. §. vniuerſitatem, de ſent. excõm. in 6. ſed repreſentata, Bar. in l. 1. §. fina.
2 ff. de acq. poſs. quæ non venit appellatione perſonæ, cum ſit corpus fictum, & miſticũ, Dec. conſ. 466. quẽ allegat Io. Vinc. de Anna alleg. 53. num. 24. & inquit Bar. in l. nam ita diuus. nu. 9. ff. de adoptio. quod vniuerſitas non poteſt perſonaliter citari, quia eſt corpus inanimatum, & res inanimata dicitur, inquit glo. in c. ſi ſententia, de ſent. excom. in 6. & Couar. var. reſol. lib. 2. c. 8. num. 9. etiam dicit, vniuerſitatem eſſe fictam, & repræſentatam quãdam perſonam, non veram, & anima rationali carentem, ob quod ingerit Menoch. de arb. ind lib. 2. caſ. 183. nu. 19. quod
3 quamuis vniuerſitas poſsit vti beneficio ceſsionis bonorũ §. ſi quis autem auth. vt deter. ſit num. cler. quod in eo debet ſeruare formã iuris communis, nõ autem ſtatuti, ſi ex diſpoſitione ipſius debet cum ignominia fieri, nam cum vniuerſitas ſit corpus fictum, & inanimatum,
4 non debet iniuria affici, quæ ſi eſt congregata, poterit in aringo citari, cum ſit perſona politica, glo. & Bar. & Cag. in l. nõ poteſt ff. de reg. iur. Bal. in l. ẽt C. de exeq. rei iud. & Ang. in l. 1. §. 1. ff. quod cuius vni. & inquit And. Gail. de pac. pub. lib. 2. c. 9. nu. 19. quod vniuerſitas legitime congregata, vicem perſonæ ſuſtinet, ex repræſentatione per rectores, & gubernatores vniuerſitatis, & non in do-

domibus ſingulorum ciuium, ſed vbi ſolet congregari domũ habere dicitur, Bal. in auth. ni-
5 ſi rogati C. ad trebel. & ſi non eſt congregata ſufficit citare adminiſtratores, l. municipibus ff. de cond. & demo. Bal. in l. fi. ff. quod cuiuſq. vniu. in l. non poteſt videri ff. de reg. iur. in l. 1. C. de iure reip. lib. x. Guid. Pap. deciſ. 321. Affl. in conſt. incip. iuris peritorum ſoller. in ſua prax. crim. in ver. vel eos verbaliter, & And. Gail. lib. 1. Cam. Imp. ob. 49. vbi ponit formam citationis contra vniuer-
6 ſitatem. In quorum perſonas adminiſtratorũ in genere, poteſt fieri condemnatio, vel abſolutio, vt dicatur vniuerſitas legitime condemnata, vel abſoluta, prout declarat, & in Camera Impe. ſeruari affirmat Miſing. cent. 5. obſ. 50. & And. Gail. qui ponit formam ſentẽtiæ contra vniuerſitatem proferendæ de pæn. publ. lib. 2. c. 9. num. x. quod tamen ita fieri poteſt, dũ in citatione dicitur, quod vniuerſitatem, vel ipſius adminiſtratores citet, Bart. in conſt. ad reprimẽdum in verbo
7 citationem, & ſi comparet ſindicus ipſius, & vniuerſitatem defendit, valet iudicium, ſed ſi contumax eſt, poteſt contra vniuerſitatem ad primum decretum perueniri; Bar. in d. l. 1. C. de iure reip. lib. x. in l. non poteſt de reg. iur. & in l. 1. §. ꝙ ſi nemo, ff. quod cuiuſque vni.
8 Quæ citata ſicuti etiam plures pro eadem cauſa debẽt vnum procuratorem conſtituere l. ſi familiæ, vbi Bal. ff. familiæ herciſ. Io. Vinc. de Ann. ſing. 386. Fab. fil. in nouiſs. add. nu. 499. Conſ. Maſtril. in deciſ. 108. & Præſ. de Franch. deciſ. 309. & conferũt, ꝙ annotat. Bar. in l. ſi quod C. de lega. lib. x. ſic dum vniuerſitas iurat de calumnia, cogitur eligere duos, aut tres, qui iurant, Io. Gutt. pract. quæ. lib. 1. c. 62. quę citata miſit ſindicum, ſemper citari poterit, & cum eo iudiciũ proſequi Bart. in l. 1. C. de iure reip. lib. xj. l. 1.
9 §. vſus ff. de procur. & in eius aut procuratoris electione, debet maior pars eorum, qui cõgregati ſunt conſentire, & debẽt adeſſe duę partes ex tribus omnium ciuium, l. nulli ff. quod cuiuſq; vniuer. l. quod maior. ff. ad municip. l. nominationũ C.
10 de decurio. lib. x. & electus ſi pręſens eſt, & conſentit, numeratur in numero eligentium, l. planè, ff. quod cuiuſ. vniuer. c. cum in iure peritus. de elect. glo. in l. 3. ff. de decret. ab ord.

facie.glo.in c.Epiſcop. 8. q. 1. & Bal.in l.quod ſi vno. §. verũ ff.de diem adie. & inquit Bal. in d.l.plane,ꝙ electores Imper. poſſunt eligere vnum,ex ſe ipſis
11 in Imperatorem. Sic ordo decuniorum poteſt dare vnum ex ſe ipſis in tutorem pupillo, l. vbi abſunt,& ibi Bar. ff.de tut. & curat.dat.ab his,& id quidẽ ſi de iure cõmuni competeret electio,ſecus ſi ex delegatione, quia non poterunt vnum ex ſe ipſis eligere, glo.1.in fin. in c. fina.de ſortileg. & in d.c. cum
12 in iure peritus, aut ſi ſoli electio competeret,cum nec etiã poterit, ſeipſum eligere, l. ſi mandauero §. ſi tibi ff. mand. glo.in d.c.qui Epiſcopatum 8. quæ.1.Inno.in d.c.cum in iure de elect.glo.& Abb. in c. conſuluit,de iure patro.glo.& Bar. in d.l.plane,& in l.ſi cõſul. vbi etiam Ang. ff.de adoption. & Bal.in l.ſi is qui. C.de furt. nã
13 in eo quis alteri cõſentit,quod per ſe facere non poteſt l.2.cũ glo.l.ſi pater in fine, ff.de manumiſ. vindicta, ſic etiam patronus nõ poteſt ſe ipſum preſentare, c. per tuas, de iure patro.nec is,ad quem pertinet
14 inſtituere, c. fin. de inſti.& in eod. in ſubiecto,actio,& paſſio non poſſunt, l. vranius ff.de fideiuſ.proinde inter obligantẽ, & obligatum,debet eſſe diſtinctio,l. cũ filio,ff.de leg.1.& inter baptizantem, & baptizatũ, C.debitum de baptiſ.inter cõtrahentem,& rem,de qua contrahitur l.2.ff.de ſtipul.ſeruor. & demum inter precipientem, & eum,cui præcipitur,l.1. in ratione ſui, C.ne quis in ſua cauſa,l.penult.ff.de arb.vbi gl.
15 dicit, quod ideo imperatiuus non habet primam perſonam, quia nemo poteſt ſibi ipſi imperare,ex qua l.penult.de arb, dicit glo.in.ſi is qui.xj. q.3. & in c.quotiens.1.q.7. quod nemo poteſt ſe ipſum excommunicare, quia in ſe ipſum imperiũ non habet,& pulchrè Dec, conſ.151.n.x.& xj.& Io.Gutt. de iura. confir. par.1.c.69. ſic
16 etiam in generali ſermone, nõ includitur perſona loquentis, l.1.ff.de ſenat.l.ſi mercedem §. fin.ff. de actio.empt.l. inquiſitio.C.de ſolut. proinde ſi vniuerſitas vendidit alicui gabellam ſalis,ſi ipſa emit ſal,non tenetur ſoluere gabellam, inquit Bart.in l.licitatio §.fiſcus, ff.de publ.& vectig plurè Menoch.de præſump.lib. 3. præſ. 44. & Marc.Mant.rerum ſing. lib.12.c.277.nam duo contraria,non poſſunt eſſe in eodem

ſubie-

ſubiecto, l. 1. C. de furt. l. cum poſt §. gerrer. cum glo. in vrb. placuit, ff. de iure dot. l. vni. C. ſi ſer. extero. l. §. fi. C. de codic. l. commiſſoriæ, C. de pac. inter
17 empt. & vend. quæ ſi iure proprio competeret, per viam iuris, vt canonicis eligendi Epiſcopum, vel Abbatem, aut ex vltima voluntate, Bart. & Ang. ibi l. ſi ſtipulatus fuerim, ff. de verb. oblig. ꝙ declarat Vaco. à Vacu. declar. iur. ciuilis lib. 6. declar. 84. & ius eligendi reſideret in eorum perſona, vt dicũt Bar. in l. 2. §. 1. ff. de optio. legata. & Ioa. Lup. in rub. de donatio. §. 3. nu. x. poterit ius eligendi alteri demandare, qui deinde mandantem eligere poterit, glo. in cap. fina. de inſt. Ang. in l. nulli, ff. quod cuiuſq; vniu. dicens, ita fuiſſe ſeruatũ in electione Abbatis S. Benedi-
18 cti, & Arno. caut. 35. nã multa poſſumus per alios, quę per nos non valemus, l. ſi communem, ff. quem admo. ſeruit. vendit. l. ſin. ff. de lib. & poſt. l. decurio. ff. de decur. l. cum hæreditate, ff. de acq. hæred. l. ariſto. in fin. quæ res pigno. l. is qui duos ff. de lib. leg. l. imperator. & ibi Bal. ff. de ſtatu homi. c. fin. 5. q. 3. glo. in l. milites in fine, ff. de re milit. Iaſ. in l. emancipati C. de collat. Fel. in c. 1. de perſcript. Rip. optime reſp. 184. & plenè And. Gail. plura afferens exempla, de pac. pub. lib. 1. c. 6. num. 17. cum ſequent. ſed ſi forte quis haberet duas voces, vnam iure proprio, alteram ex alterius delegatione, prout ſæpe accidit in pluribus compatronis vnius beneficij Eccleſiaſtici, in quo aliquando per vnũ datur alteri poteſtas præſentãdi quẽ velit, ob duas quas habet voces, vnã iure proprio, alterã ex cõmiſſione cõpatroni,
19 quod non poterit præſentare diuerſas perſonas, vnam iure proprio, & alteram ex delegatione, ſed in eadem debet concordare, ita vt quæ idonea videatur proprio nomine, videri etiam debeat nomine delegãtis, alias electio non valet, cap. penul. §. porro de electio in 6. Innoc. in c. quia propter in fin. de elect. Abb. in c. quãuis, qui ait idem dicẽdum eſſe in ſimilibus caſibus, de off. deleg. in c. conſtitutus, vbi etiam Dec. de appell. Rom. ſing. 77. Corſ. in ver. vox. Borell. ad Bellug. in princip, nu. 64. & congerit cõcord. Præſ. de Franch. dec. 69.
20 nu. x. nam vna perſona poteſt vicem duarũ ſuſtinere l. duarum, ff. de oper. liber. glo. in l. ſi plares,

plures in ver.nam difficile,quæ allegat cõcord.ff.de pact. And. Gail.plura inſinuans exempla. de Arreſt.imp.c.6.nu.14. cum ſequ.& Præſ.de Franch. deciſ. 138.ſic etiam poteſt quis proprio nomine, & procuratorio inſimul agere, l. plane, & ibi Bal. ff.fam. herciſ.ſed ſi omni-
21 bus ciuibus eſſet à ſuperiore mandatum,vt certa die cõgregarentur,pro electione facienda,aut aliud agendo,hi qui ſtato tempore noluerunt venire, poterunt propter contumaciã, ea poteſtate priuari, l. ſi legatario,§.1.ff.de fideic. libert. c. ex literis,de conſt.& cum eorũ voces venientibus accreſcunt, vt inquit,Bal.in l.1.nu. 34. C. qua non pet. part.Iaſ.& Rip.n. 234.in l re coniunct. ff. de legat.3.ob id duæ partes nõ omnium tantum qui interfuerunt ſufficiunt, & electio à maiori parte ipſorum facta valet,ita Vero.caut.29.auth. ſi fuerunt in loco ſolito cõgregatę voce pręconis,aut pulſata campana vt moris eſt, qui venerunt ſtatuta hora, & ſi fuerunt minus duarum partium omnium ciuium,valet,quod per maiorem partem intereſſentium factum eſt,glo.in l ſed ex dolo,§.1. in ver.facere,ff.de dol.malo.in c. cum nobis,& Inno.quoque de electio. Franche. de Corneto in ſua compen.par.1.vlt.q.15. Abb.in c.cum cauſam de offi. deleg.Vero.caut.79.Dec. cõſ. 151.& 214. Bello.conſ.39. & Conſ.Maſt. qui id optime declarat.de mag.p.2.lib.5.c. 15. nu.40. cum ſeq.& inquit Pet. Iacob.in ſua praxi. tit.de conſul. in fine, quod ſemper vidit ſeruari, vt ꝙ facit maior pars præſentium pulſata campana omnibus vocatis,omnes feciſſe
22 videantur; nec electio debet eſſe alternatiua, vel conditionalis, puta eligo talẽ ſi voluerit,aut ſi poteſt eligi,vel eligo quem eligit Titius, ſed debet eſſe ſimplex, & pura,alias non valet, c.2.de electio.in 6.Inn. in c. cũ in iure peritus de electio.Angel.in l.2.ff.de procur. & in l.cum quidam,C.de verb. ſignificat. & Præſ. de Franch. 438.& ſequitur Conſ.Roui.in prag.2.nu.14.de adm. vniuer.
23 poterit tamẽ ſi abſens eſſet & iuſto impedimento detẽtus, qui electioni intereſſe debet, vnum de collegio ad hoc ſibi eligere, & vices ſuas eidem committere, c. qui propter,§. 1.de elect. & deinde electus, dicitur ab ipſo nominatus,& à mandante electus, l. vnum ex fa-

Digitized by Google

famil.§ ſi de falcidia, ff. de leg. 2. l. item eorum, §. 1. ff. quod cuiuſq; vni. l. poſtulare. ff. de fideiſſ. & nominat. Bal. in l. ſi ad ſcribatur, in princ. C. de app. Dec. conſ. 287. nu. 2. & congerit alios Menoch. arb. iud. lib. 2 cent. 2. caſ. 220. n. 9. & eligendo proprio nomine vti vno de collegio, & alieno iure debet in eandem perſonam concordare, c. penul. §. 1. de electio. in
23 6. & dū de magno agitur præiudicio, vel conſtituitur procurator ad ipſos obligandos, vt certi ſint, qui obligantur, eorū nomina ſunt ſpecialiter exprimenda, Specul. tit. de ſind. §. 1. Bar. in l. 1. ff. de alb. ſcrib. in l. 1. & ibi Bal. ff. de mag. conu. Cap. deciſ. 4. nu. 4. Iaſ. in l. placet. C. de ſacroſ. Eccl. & Pet. Nuñez de exeque. mand. par. 1. cap. 19. num. 14.

SVMMARIVM.

1 *Concorditer an dicatur factum, quod fit à maiori parte vniuerſitatis.*

2 *Vniuerſitatis maior pars quod facit, dicitur ab omnibus factum.*

3 *Notarij verba intelligenda ſunt ſecundum iuris diſpoſitionem.*

4 *Statuti verba ſunt proprie intelligenda.*

5 *Concordia duplex eſt, altera qū nemo diſcrepat, altera maioris partis*

6 *Statutum ſi requirit conſenſum vniuerſitatis, ſufficit conſenſus maioris partis.*

7 *Concorditer idem eſt quod nemine diſcrepante ſecundum commu. opinionem.*

8 *Concorditer, & de omnium conſenſu, idē eſt quod nemine diſcrepante*

9 *Verba geminata magis quàm ſimplicia operantur.*

10 *Verba generalia geminata non recipiūt reſtrictionem de habilitate*

11 *Geminata nominatio filij facta à patre probat eum filium.*

12 *Vnanimiter verbum idem eſt quod nemine diſcrepante.*

13 *Verba nemine diſcrepante, non maioris partis, ſed omnium importat conſenſum.*

14 *Conſuetudo excuſat notarios à pœna falſi.*

15 *Conſuetudo excuſat à delicto.*

16 *Ciues congregati debent conſentire in his, quæ ad eos pertinent, vt ad vniuerſos.*

17 *Ciues quando eorum factum alijs nocet, debēt congregatim cōſentire*

18 *Delegati plures nomine collectiuo congregatim debēt iudicare, ſecus ſi nomine proprio.*

19 *Hæredes plures inſtituti nomine collectiuo, vnam perſonam repreſentant.*

20 *Electio data rectori, & ſcholaribus, vnam vocem habet rector, & aliā omnes ſcholares.*

21 *Rector ſi in electione habet vocem vnius ſcholaris, electus præfertur electo ab alijs ſcholaribus.*

22 *Nomina propria quando præcedūt nomen collectiuum, tunc in viriles admittuntur.*

23 *Pre-*

Digitized by Google

23 *Pretium conuentum quando augeri vel minui debet, in venditione facta expreſſa menſura.*

24 *Delegatio facta nomine proprio, & officij, quando tranſeat vel non ad ſucceſſorem.*

25 *Indultari ſi poteſt vnus banditus, ob caput banditi, & duo nominantur, primo nominatus meretur indultum.*

26 *Vocari nomine collectiuo, vt generis, vel familia, non omnes ſimul, ſed proximiores admittuntur.*

27 *Teſtator ſi mandat quod mortuo herede bona remaneant in familia, vel ad proximiores, intelliguntur ipſius teſtatoris, non haredis.*

28 *Familia verbum quod refertur ad teſtatorem, intelligitur de deſcendentibus ab eo, & non de tranuerſalibus.*

29 *Notarius ſi dixerit quod municipes fecerunt ſindicum, præſumuntur congregati.*

30 *Notarius ſi ſcripſerit quod Canonici aliquid egerunt, præſumuntur collegialiter feciſſe.*

31 *Canonicis ſi eſt aliquid relictum, an vt capitulo, vel vt ſingulis videatur relictum.*

32 *Teſtes in probatione ſi dicant Canonicos feciſſe procuratorem, de duobus intelligitur.*

33 *Probatio non per contingens, ſed per neceſſarium debet concludere.*

GLoſſa 10. An ſi aliqui cōgregata vniuerſitate contradicāt, ſed maior pars conſenſit, & notarius dixit id concorditer fuiſſe cōcluſum, an dicatur falſus, quod de iure dicendum non videtur, cū
1 id concorditer dicitur factum, quod à maiore parte fit, c. cum olim in fine, vbi glo. & Bald. de ſent. & re iud. & dicit glo. in c. 3. eod. ꝙ ibi ſatis dicitur concordia, vbi maior pars concordauit, & idem glo. in cap. 1. de maior. & obedi. & in c. vbi periculū, in ver. ſingulis de elect.
2 in 6. imo ſi diceretur ab omnibus factum, quod fit à maiori parte vniuerſitatis, vel capituli, nec inſtrumentū vitiaretur, gl in l. exactores, C. de ſuſcept. lib. x. Bar. in l. reſcriptum in princ. ff. de pact. & Bal. in l. 1. nu. 20. C. com. de leg. quod eo magis procedit, in actibus colleg. & vniuerſitatis, in quibus à maiori parte factum, dicitur ab omnibus factum, l. aliud eſt vendere, §. refertur, ff. de reg.
3 iur. vbi Dec. & Cag. & proinde cum notarij verba ſint intelligenda ſecundum iuris diſpoſitionem, glo. & DD. in l. 1. C. de vſur. ad eam concordiam referenda ſunt, quæ de iure ad maiorem partem refertur, & idem in reſcripto, cuius verba etiam intelligēda ſunt ſecundum iuris mētem, vt dicit Bal.
4 in d. c. cum olim, ſecus in ſtatuto,

tuto, quæ ſunt propriè intelligenda, l.1.§.ſi is qui nauem,ff. de exer.actio.& cum ea verba ad vniuerſitatem referuntur, intelligenda ſunt ſecundum ſubiectam materiam,vt de vniuerſitatis non de ſingulorum concordia intelligatur, Abb. in c.1.in fine,de maio.& obed. Cagno.in d.l. aliud eſt vendere,§. refertur ff. de reg. iur. & Fel.in d.c.3.de ſent.& re iudi. & dicit Bal.in ſuo diuino conſ. ſciſmat. quod eſt poſitum,poſt tit.C.de edic.Diu.Adria.Toll.
5 n.28.quod duplex eſt concordia, alia plena, quando nemo diſcrepat,alia duplæ partis vel maioris,& hæc nõ dicitur concordia reſpectu perſonarũ, ſed reſpectu actus, & eſt tanta, & talis, quæ ſufficit in ipſo actu, per tex.in c.licet vitanda,& in c.capientes,§.ad hoc de elect. in 6.& inquit Crau.conſ.195.
6 nu.9.quod ſi ſtatutum requirit omnium conſenſum, ſufficit quod maior pars vniuerſitatis conſentit, & licet hæc diſtinctio ſatis probabilis videatur,& iuri conſona, tamen contrariam opinionem, quod quamuis referatur ad vniuerſitatem, vel
7 collegium, verbum concorditer idem importet quod nemine diſcrepãte, duobus tantum caſibus exceptis,dicit communem Fel.in c.non poteſt,nu.8. de ſent. & re iud.eamq; etiam indubitabilem putarem quãdo hæc verba concorditer, & de conſenſu omnium eſſent ſimul
8 copulata,tunc etiam dicerem, quod omnium ciuium nullo excepto importãt conſenſum, arg l.baliſta ff.ad Trebel.l.quinquaginta ff. de probat.& eorũ quæ notat Bart. in l.cũ ſcimus C.de agrico.& cenſ.x.quæ au-
9 gent ſimul adiecta vim ſimplicium,& magis operantur, l. ſi ſtipulatus,in princip.ff.de vſur. glo.notab.in l. locationis in ver.cederet ff.locat.& pulchrè Io.Vin.de Anna.alleg.127.nu. 7. cum ſeq.nam & ſi verbum futuri temporis non importet nullitatẽ ipſo iure,ſed per ſententiam,glo.in l.iubemus C. de ſacro.Eccl. & in l. in criminali C.de iuriſ.omnium iud.ſi tamẽ fuerint geminata importat nullitatem ipſo iure,Bal.in tit. de cõſt.in verb.omnia,& pulchrè Bello.conſ.8.nu.xj.ſeq.& quãuis verba generalia recipiant reſtrictionem de habilitate l.1 cum glo.in verb. vnuſquiſq,C. de ſacroſ.Eccl.l vt gradatim §.
10 1.ff.de mum.& honor.ſi tamẽ fuerint geminata comprehendunt etiã inhabiles, l. promiſ-

Digitized by Google

tendo, cum glo. in ver. conditioniſq; ff. de iure dot. & plene Saly. in l. 2. col. 3. C. de nox. actio. & plura ad notabilia cōgerit Io. Gutt. pract. quæ. lib. 3. & 4. q. 17. nu. 128. cum ſeq. & plenaria reſtitutio inducitur p verba geminata, Proſp. Far. de inquiſ. q. 6. n. 38. & Conſ. Maſt. de indul. c. 23. nu. 20. ſic geminata conditio excuſat à pœna aſcribente ſibi in teſtamento, l. diuus la prima in fine, cũ glo. ff. de falſ. & Proſp. Far. qui cōgerit alios, de falſ. & ſimulat. q.
10 250. p. 8. nu. 208. atq; geminata nominatio filij à patre facta probat eum filium, Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 89. n. 81. Mant. de conie ct. vlt. volu. lib. 3. tit. 6. Bello. conſ. 6. nu. 4. conſ. 8. nu. 10. & 12. conſ. 13. n. 14. Surd. deciſ. 145. & deciſ. 233. Ferd. Vaſq. Illuſt. contro. lib. 2. c. 83. n. 12. cũ ſeq. Proſp. Far. de oppoſ. cont. perſ. teſt. q. 62. in princip. & num. 7. & xj. & capib. de Bar. prag. 3. nu. 25. & & 26. ad quod eſt etiam glo. not. in clem. vni. in ver. exigere de teſtam. & inquit Dec. conſ. 326. quē allegat Præſ. de Fran. dec. 624. quod, & ſi promittēs factum alienum, faciendo ſuũ, excuſatur, tamen ſi ſit promiſſio verbis geminatis 53. curare, & facere cum affectu, non excuſatur, ſed ſi fuerit ſcriptũ, q vnanimiter fuerit electus, id procul dubio omnium ciuium nullo excepto, & non maioris partis conſenſum importaret, c. bone. il ſecōdo in fin. de poſt. prælat. Abb. in c. cum dilectus de temp. ordin. in c. poſt trãſlationem n. 4. de renunciat. in c. ad aures de reſcrip. in cap. cum ad aures de reſcrip. in c. cum Eccleſ. de cauſ. poſ. & prop. & in c. licet. de off. deleg. & Alex. in l. iuriſgentiũ §. fin. ff. de pac. idem ſi eſſent verba nemine diſcrepante, aut reluctante, cũ
13 tunc omnium nullo excepto importaret conſenſum §. final. ſecundum communem intellectum auth. de defen. ciuit. ſed ſi ex conſuetudine vbi maior pars conſentit, prædicta verba concorditer, & nemine diſcrepante, ſolita eſſent apponi, quæ de iure omnium & ſingulorum importat conſenſum, notarius ea apponens, vbi maior tantũ pars concordauit, excuſaretur
14 à pœna falſi, nam conſuetudo excuſat notarium, glo. in c. 2. de temp. ord. pulchrè Surd. deciſ. 284. & latè Iaſ. in l. ſingularia n. 48. ff. cert. pet. & inquit Bal. in rub. C. de fide inſt. n. 14 in l. 1. nu. 14. C. de confeſ. & in l. 1.

1.l.nu.14.C.de confeſ. & in l. 1.nu.xj.C.de edil. actio. quod ſi notarius dicat, quod talis habuit, & recepit, & re vera coram eo non fuit aliquid numeratum, ſed tãtum burſa oſtenſa ſi ex conſuetudine ſolent ea verba apponi, erit excuſatus, & facit, quod in pulchro caſu conſuluit Ancar.conſ. 227. &
15 ſi ex conſuetudine, quæ erat Bononiæ, fuerit annorum ſexdecim, & infra, faciunt coadunationes præliando cum ſaxis, & lapidibus, quod ſi in tali colluctatione euenerit, vt vnus alterum vulneret vel occidat, quod à pœna iuris ratione cõſuetudinis excuſatur, & plenè Iaſ.in l.de quibus ff. de legib. & optime declarat Proſp. Far. de pen. temp.q.95.per totam.
16 Hæc tamen maior pars congregata vniuerſitate ſuum debet conſenſum præſtare, nec ſufficeret diuiſim, & ſingulariter præſtari in his, quæ pertinent adplures vt vniuerſos, C. in geneſi. cum glo. de elect. Specul.tit.de ſind §.1.ver. qd ſi vnus, Bar. in l. omnes populi nu.18.ff.de iuſt.& iur.Bal.in l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſti. præd. Io. de plat.in l. nominationum, C.de decur.lib.x.Fel. in c.cum omnes de conſt.Rip. qui magiſtraliter loqtũr reſp. 98. & Flam. Cart.deciſ. Ianu.
17 60.& cum eorum factum alijs præiudicat, ſimul etiam conſentire debent l.iuriſgentium, §. final.cum l.ſeq.ff.de pact. l. 2. de decur.lib.x.Bar.in l.ſi qs filio §.fin.ff.de leg.1.in l.ſi vni. ff.de re iud.Bal.in l.ſi vxorem, C. de condit. inter. Ang. in l. nulli, ff. quo. cuius vniuerſ.& Aret.in §.2.iuſtit.de auth.tut. quod quidem nedum ex re de qua agitur dicendum eſt, vt ſimul, vel diſiunctim ſit præſtandus conſenſus, ſed etiam ex verbis, quibus mãdatur aliquid
18 agendum, nam ſi nomine collectiuo, in forma collegij, vt ordini, capitolo, vel collegio, tunc qui ita vocantur, ſimul id expedire debent. ſecus autem ſi proprio nomine puta Franciſco, Menoch. aut Titio, Bald. optime in l. non ambigitur in principio, ff. de legat. in l. ſi adſcribatur in fine, C.de appel.& in l.1.nu.2.ff.de offi.conſu.Ant.de Brut.& Fel. nu.28.in c.cũ omnes de conſt. & Dec.conſ.61.n.2. & nedum
19 vocati ſub nomine collegij, & Capit. videntur vnum corpus, ſed heredes inſtituti ſub nemine collectiuo, ad vnam portionem ſunt vocati, tamquam re-

repreſentantes vnum corpus, ita vt ſi filij plures vnius nominati nomine collectiuo, inſimul cũ alio proprio nominato, puta Frãciſco, ſint hæredes inſtituti, quod Franciſcus ad dimidiam hęreditatis, & ad alterã omnes illi filij admittuntur, l. ſi quis titio ff. de vſuf. aures. per quẽ tex. dicit ibi Bal. quod
20 ſi ſit data electio rectori, & ſcholaribus, vel impoſita pęna, quod ſcholares habeãt vnã vocem, & alteram rector, & idem dicit in auth. cauſa, quæ. C. de Epiſc. & cler. & ſic etiam in pęna, ad quod ſunt etiam tex. in l. interdum, in princ. ff. de hær. inſt. in l. liber. homo. §. ſi Titius ff. eod. vbi Ang. quo infert ad nota b. quæſt. in l. ſi pater filio. vbi Alex. ff. de vulg. & pupil. Bal. in l. quoniam iudices C. de appel. in l. fina. vbi etiã Iaſ. C. de imp. & alijs ſubſt. Iaſ. in l. iuriſgẽtium §. hodie nu. 9. ff. de pact. Rip. in l. re cõmitt. n. 106. cum ſeq; ff. de leg. 3. Menoch. qui id pluribus exẽplis ampliat cõprobat, & limitat. de præſu. lib. 4. præſ. 18. num. x. cum ſeq. Mant. de comitt. vlt. volũt. lib. 4. tit. x. & Pereg. qui hoc etiã plenè declarat. de fideicom. art. 17. nu. 21. cum plu. ſeq. ſed
21 ſi rector eligendo aliquem haberet etiam pro ſe vocẽ vnius ſcholaris, quamuis omnes alij ſcholares, eligerent alium, electus à rectore præferetur, nam rector habendo vnum ex ſcholaribus, excedit dimidiam partem, & proinde dicitur facta à maiori parte, vt ex pluriũ ſententijs cõcludit Marſ. ſing. 376 quod obtinet dum nomen collectiuum ſolũ adijceretur, aut præcederet nomina propria,
22 cæterum ſi propria nomina antea eſsẽt poſita, veluti Titiũ & maiorẽ filios fratris mei, & Franciſcum hæredes inſtituo, tunc cum propria nomina attendi debent l. ſi ſeruus 37. ff. de ſtip. ſeruo. in viriles vocantur, glo. in l. non nunquã ff. ad Trebel. in l. ita §. 1. ff. de ſtat. lib. & Bar. in d. l. ſi ſeruus com-
23 munis, ſic etiam in venditione facta expræſſa menſura, vt tũc ſit ipſius ratio habenda ad augendum, vel diminuendũ pretiũ, cũ menſura præcedit corpus, puta vendo tot iugera talis fundi, ſecus ſi corpus præcederet menſuram, vt vendo talem fundum tot iugerum, nã cum demoſtrationis cauſa ſit menſura adiecta conuentum pretium ſeruandum eſt, l. ſi vẽditor in princip. ff. de euictio. Bar. in l. Iulianus §. ſi titius ff.

de

de actio. emp. Bal. in rub. C. de cōtrah. emp. q. 22. Capic. deci. 14. Su. d. deciſ. 64. & deciſ. 257 And. Fach. cont. iur. lib. 2. c. 27 & Couar. qui id pluribus declarat exornat, & communem teſtatur, lib. vni. prac. quæ. c. 3. & infra quod tempus debeat menſurari vide Theſau. deciſ.
14 185. ita quoq; delegatio, quæ ſi eſt facta nomine dignitatis, & officij, tranſit ad ſucceſſorē in officio, ſecus ſi proprio nomine, nā apud ipſam remaneret, c. quoniā Abbas, & ibi panor. & cæteri de offi. deleg. ſecus ſi eſſet facta nomine proprio & officij, nam inſpiciendū eſt quod nomē pręcedat vt iudicetur, an ad ſucceſſorē tranſeat, vel apud ipſū exiſtat. Bar. in l. more maiorum in fine, ff. de iuriſd. omnium iud. Abb. in in c. mādata. de præſump. dec. qui etiā communē dicit in d. l. more maiorem nu. 55. & congerit alios Menoc. de arb. iud. lib. 1. q. 68. n. 16. idq. ex ordine ſcripturę, qui in pluribus inſpicitur l. quotiens ff. de vſu. l. qui ſoluendo ff. de hęr. inſt. l. generaliter §. quid ergo ff. de fidei. libert. ex quo tex. inquit deci. Præſ. de Frāch. deci. 433. quod
25 ſi duo banniti nominantur pro indultu, ab eo qui cępit bannitum, pro quo ſolus vnus poteſt indultari, ꝙ primo in ſcriptura nominatus mereter, indultum: ad quod optime conuenerunt, quæ notant idē Præſ. dec. 138 Proſp. Far. in frag. crim. p. 1. c. bannum exi. ium relegatio nu. 103. & Conſ. Rou. in rub. prag. de exul. nu. 14. illud quoq; notandū in hac re, quod ſi ex volūtate teſtatoris aut ſtatuti diſpoſitione aliqbus nomine collectiuo puta talis familię, agnationis, aut alterius aliqd deferatur, puta hęreditas aut aliud
26 ius, quod non ſimul omnibus competit, qui ſunt de eadē familia, vel agnatione, ſed gradatim, hoc eſt proximioribus tātum, vt inquit Bal. in l. 1. C. de ſecu. nu. glo. in l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2. Iſer. in c. 1. ver. hoc quoq. qui feud. dar. poſſ. Surd. plene, quæ id optimè declarat deciſ. 346. & communē inquit Couar. in c. Rainutius §. 2. n. 6. de teſta. & lib. vni. prac. quæ. cap. 38. vbi quoq; id pulchrè exornat, nec
27 etiam hic quoq; omittendum eſt, quod ſi teſtator forſan cauit, vt mortuo hærede inſtituto, bona remaneant in familia, vel pertineant ad iuſtos hæredes, aut ad proximiores ſui generis, cum præſumendum non

ſit

ſit velle teſtatorē alienas ſucceſſiones,& extraneos proprijs antepónere l. cū acutiſſimi C. de fideiu.vt ea verba intelligātur de familię hæredibus, & proximioribus, ipſius teſtatoris,non autē hæredis,vt inquit Bar.in l.filius familias, §. cum pater ff.de leg.2.in l.peto § fratre ff.de leg.2.in l.ſi cognatis, ff.de reb. dub. in l.ex facto in princip. ff. ad Treb. Rip. qui ita dicit cōſuluiſſe in l.filius familias §.diui.n.31.ff.de leg. 1. cōgerit concord. & communē dicit Laur.dec.auen.37.eamq; plene declarat Couar. lib.vni. prac.quæ.d.c.38.cōgerit alios & pulchrè declarat Pereg. de fidei.art.22.n 20.cum ſeq.atq; etiam numeratis DD. vtriuſq; opinionis teſtatur magis receptam veriorem, & ſecundū eā iudicatū Theſau.deciſ.64.quę opinio non procedit quando grauatus reliquit filios, nā iſti videntur à teſtatore vocari,& multorum authoritate cōcludit idem Theſau.& declarat ſi habet locum ſubingreſſio dec.

28 65.ad quod etiam ſciendū eſt q verbū familiæ, aut agnationis ad teſtatoris familiā relatū vt dictū eſt, intelligitur de familia teſtatoris, in ſpecie,quæ comprehendit ſolū ab eo deſcendētes,non autem de familia in genere,quæ comprehendit alios agnatos trāſuerſales; vt multis congeſtis concludit Menoch.de præſu.lib.4. præſ. 88.n.2.vbi etiam plene declarat,quid ſit genus, familia,domus,ſtirps,cippus,linea,cōſors & agnatio, vt tandem ad rem noſtram redeamus,quid ſi non apparet, an ſimul, aut ſeparatim aliquid actum ſit,ſed dicitur in ſcriptura, quòd municipes illud egerunt,puta conſtituerunt ſindicum, & dicendū eſt, collectiuè, & vniuerſitate congregata feciſſe,l.ſi municipes,ff.quod cuius, vniuer.l.ſed ex dolo.§.1.ff.de dolo malo.l. 1.§.fin.ff.de acq.poſs.l.vni. cū rub.ff. de lib. municip. & alia. vniuer.l.ſi ſe non obtulit,& ibi Ripa nu.24.ff.de re iud.idē dicendū eſt ſi fuerit dictū, quòd creauerunt ſindicum,l.ciuibus ff.de reb.dub.l.lutius la ſecon-

29

30 da §.ciuibus ff.de leg.2. ſed ſi ſcriptum eſt,quòd canonici fecerunt procuratorē, tunc etiā idem dicendum eſt,quod congregati tanquam capitulū illū creauerunt,c.ſi canonici, cum glo.de offi.ord.in 6.c.cum omnes,vbi plene Fel. c. cū acceſſiſſent de conſt.c. ad decimas. de reſt.ſpoliat.& Rip.in c.cū mar-

marcus Ferrarienſis,nu. xj. de conſt. ſic etiam legatum factũ canonicis,nõ ſingulis,ſed col-
31 legio,& capitulo relictum cẽſetur,ita vt nõ equaliter inter eos, ſed eo modo diuidatur, quo bona ipſius capituli inter eos diſtribuũtur, inquit Card. in c.requiſiuiſti,n.4.& Couar. nu.x.de teſt.Mant.de coniect. vlt. volunt. lib. 8.tit.6.nu.24. And.Fach.cont.iur.lib.5.c.41 & plene declarat Menoch. de præſump.lib. 4. præſump.113. n.xj. quamuis affirmet opinionem,vt ſingulis nõ vt collegio relictum, videatur eſſe magis
32 cõmu.& id quidẽ verum eſt in quacunq;alia materia,quã probationis, in qua ſi teſtes aut inſtrumẽtũ dicant,canonicos fuiſſe præſentes,de duobus tãtum intelligitur,vt inquit Fel. ad nõ plura congerens,in c.cũ omnes nu.28.de conſt. & in c. auditis nu.24.de præſcript.nã in materia probationis indefinita non equipollet vniuerſali Inn.in d.c. auditis,& Dec.cõſ. 221.cõgerit alios,& hanc opinionem eſſe magis receptã teſtatur Couar.qui etiam ipſam optime declarat varia.reſ. lib. 1.c.13.nu.x.cũ ſeq.& cũ illud verbũ canonici,in duobus poterit verificari, l.inter illam in
33 fin.ff.der.ſign.vtiq,omnes neceſſario nõ includit, nam probatio de neceſſitate non per contingens concludere debet. l.fin.ſ.neq.natales C.de prob. l.non hoc C. vnde legit.c.in præſentia. de probat.

SVMMARIVM.

1 *Officialis, qui fuit impeditus exercere anno electionis exercebit anno ſequenti.*
2 *Tempus iuris congrui non currit,dũ diſceptatur de validitate cõtractus*
3 *Appellans impeditus vna die proſequi appellationem habet integrũ annum ad proſequendum.*
4 *Officialis electus ad exercendum certo tempore, ſi fuit impeditus nõ poteſt alio tempore exercere.*
5 *Conductor per certum tempus in quo non potuit vti re conducta, non poteſt petere reconductionem.*
6 *Tempus eſt inreuocabile, nã aerius & tẽporis cõpleſſio mutat naturã.*
7 *Tempus determinatum alterius tẽporis non recipit functionem.*
8 *Fructu certi temporis ex fundo legati, ſi non ſufficiunt ad quantitatem legatam non ſupplentur anno ſequenti.*
9 *Forma in tempore tradita eſt ſeruanda.*
10 *Reſtitutio legis aut Principis non operatur in praiudicium alterius.*
11 *Lazarus reſuſcitatus non recuperauit bona in alium translata.*
12 *Prorogatio non poteſt fieri in alterius praiudicium.*
13 *Emptor feudi cum pacto retrouendendi infra certum tempus cum aſſenſu.*

Digitized by Google

aſſenſu, non poteſt tempus prorogari in præiudiciū præſtiti aſſēſus

14 *Tēpus certus ſi vni impartitur aliquid agendi, & in defectum alteri non poteſt prorogari in præiudicium alterius.*

15 *Prorogatio temporis facta à creditore debitori, qui erat obligatus cum pignoribus, & pœna, intelliguntur repetita pignora, & pœna.*

16 *Fideiuſſor quando prorogatione temporis liberatur, & quando remanet obligatus?*

17 *Officialis qui patitur controuerſiā, an lite pendente exercebit officiū.*

18 *Officialis victus ſi appellauit, an interim appellatione pendente exercebit?*

19 *Officialis ab officio ſuſpenſus, & deinde reſtitutus, an recuperabit ſalarium medij temporis?*

20 *Electi plures ad regimen ſi aliqui ſūt impediti, reliq; poſſūt exercere*

21 *Domini duo ſi æqualem habent iuriſdictionem, ſi in aliquo vnus eſt inhabilis, tota iuriſdictio alteri accreſcit.*

22 *Electio Officialis ab vniuerſitate facta ſine ꝓpoſitione ſindici valet.*

23 *Statutum ſi mādat, quod in electione fiat propoſitio per ſindicum, nō valet electio niſi præcedat ꝓpoſitio*

24 *Electio facta ab vniuerſitate non congregata more ſolito, ſi ciues omnes conſentiunt valet.*

25 *Electio officialis non valet, quando vnus eligit alium ſine conſenſu vniuerſitatis.*

26 *Electio officialium poteſt fieri per conſilium vniuerſitatis.*

27 *Officiales debent eſſe annales, & nō poſſunt vlterius eligi, etiam ſub diuerſo nomine.*

28 *Tempus præſentationis reſcripti attenditur, in officijs habentibus iuriſdictionem.*

29 *Annus in officiali à Barone creato incipit à tempore captæ poſſeſſionis non à die datæ commiſſionis.*

30 *Officialis confirmatio qualiter contradictione vnius impediatur.*

31 *Officialis ſemel confirmatus, non poteſt vlterius confirmari.*

32 *Diſpoſitio §. fin. auth. de feud. eius qui loquitur de confirmatione off. procedit ēt in off. ſiue iuriſdictione*

33 *Vniuerſitas in vno reſidet, quamuis ab vno incipere non poſſit, & in eo conſiſtit nomen, & memoria vniuerſitatis.*

34 *Vniuerſitas quamuis habeat vnū hominem tantum, poteſt in cauſa petere primum, & ſecundum beneficium.*

35 *Canonici ſi priuantur iure eligendi excepto vno, is ſolus poteſt procedere ad electionem Prælati.*

36 *Vnus clericus ſi remanſit in Eccleſia collegiata, retinet omnia iura ipſius Eccleſiæ collegiatæ.*

37 *Cardinales ſi exierunt conclaue vno relicto, is ſolus legitime eliget ſummum Pontif.*

38 *Vnus tantum ſi eligitur loco veteris collegij, non retinet priora iura ipſius collegij.*

29 *Vniuerſitas eadem eſt hodie, quæ fuit ante per centum annos.*

40 *Vniuerſitatis populo interdicto, cēſentur etiam interdicti poſtea ſubrogati, ſecus excommunicato.*

41 *Vniuerſitati ſi eſt dignitas conceſſa realis dicitur, & tranſit in poſſeſſorem ipſius.*

42 *Hæ*

Digitized by Google

42 *Hæres in conſequentiam hæreditatis conſequitur, quod ex propria perſona habere non poteſt.*
43 *Priuilegium conceſſum Ciuitati Neapolitanæ ſemper durat, quia ſemper eadem eſt.*
44 *Sententia lata contra vniuerſitatẽ poteſt exequi, etiam mortuis omnibus qui tunc aderant.*
45 *Capituli obligatio ſemper durat, etiam mortuis omnibus ipſius capituli.*
46 *Collegio Neapolitano priuilegium conceſſum ſemper perſeuerat, cum idem ſit ſemper.*
47 *Collegium ſi fecit compromiſſum non extinguit, etiam mortuis omnibus, qui tunc erant in collegio.*
48 *Ciuitati vſusfructus relictus durat centum annis, cum is ſit terminus longeua hominis vita.*
49 *Vniuerſitas ſi emit rem emphitheoticam, cogitur extra manum ſuam ponere.*
50 *Vniuerſitas dũ emit feudum, ſupponit ciuem, qui emat, vt iura fiſcalia ſalua ſint.*
51 *Vniuerſitatis cõtractus quoad obligationem tranſit in ſubrogatos, nõ tamen quoad reatum periculi.*
52 *Iuramenti vinculum eſt inſeparabile a perſona iurantis.*
53 *Iuramentum quoad periurium nõ tranſit in hæredes, ſed quoad vires & virtutem.*
54 *Collegio excommunicato non ſunt excommunicati in locum demortuorum ſubrogati.*
55 *Excommunicatio infertur animæ veri delinquentis, & non repræſentantis, qui non eſt in culpa.*
56 *Mala fides exiſtens in ciuibus, ipſis mortuis non continuatur in ſubrogatis.*
57 *Vniuerſitas eadem eſt, ſi ciues facto conſilio veterem deſerunt, & nouam in eodem territorio ædificant.*

1 GLoſſa 11. Quæro dũ quidam eſſet electus ad regimen vniuerſitatis, & iudicialẽ paſſus controuerſiam, tanquam non legitime electus, cui pauci ſupereſſent dies anni electionis obtinuit, an ſequenti anno exercere poterit, cum præcedenti fuit facto tertij impeditus, & videtur poſſe, nam tempus adminiſtrationis non cucurrit, dum fuit diſceptatum ſuper validitate electionis, l. quam diu. C. qui adm. glo. in c. cõmiſſa de elect. in 6. & Veron. caut. 234. & per d. l. dicit Guid. Pap. deciſ. 257.
2 quod tempus redimendi ratione iuris congrui, nõ currit lite pendente ſuper validitate cõtractus, ob quod cũ facto tertij fuit impeditus, à die ſententiæ latæ currit tempus adminiſtrationis, l. contra minores, vbi DD. C. de inof. teſtam. qui ſi in parte fuit impeditus in totum videtur reſtituẽdus, l. quinquaginta ff. de excuſ. tut. l. ſi ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. Affl. deciſ. 50. n. 6. & Io. Gutt. cano.

Digitized by Google

quæ.lib.1.qu.18.nu.5.& dicit Inno.in c.ex ratione nu.2.ver.
3 ſin autem de appe.quod ſi appellans in vna die anni fuit iuſte impeditus,datur ei alius integer annus,quē refert,& pluribus comprobat Tancred. de Corneto in ſua compen.tit.de quæ.ꝙ circa med. cauſ.emerg. q.2.in prin.& hoc fuiſſe ſeruatū in Capp.Tolo.affirmat dec. 331. & pulchrè Gui.Pap.dec. 416.ſed quod ad integrū annū non reſtituatur, & eo tantum
4 tempore exerceat,quod ſuperfuit anno ſuæ electionis, probatur aperte ex Bartoli doctr. in l. ſi prius nu.30. ff. de oper. noui enūciat.in l.ſi ita ſtipulatus ff.de verb.obl.& in l.1.ff.de glan.legen. nam alius fuit annus præcedens ſuæ electionis alius ſequens l.ſi vſufructus ff. de vſuf.legato,& ita ex prædictis refert deciſū Præſ.de Frā. dec.419 idq;etiam tenet Bart. in l.ſi vno §.fin.ff.locat.ex qua Bar. doctr. inquit quoq; fuiſſe deciſum idem Præſ.deciſ.451.
5 ꝗ ſi cōductor fundi per certos quatuor annos impeditus ſine culpa locatoris,non potuit eo fundo frui per duos annos,quibus fuit impeditus, ꝗ elapſis quatuor annis non poteſt continuare per duos alios annos, nam alij fuerunt anni præcedentes, & alij ſequentes,& ita in proprijs terminis etiam firmat Abb. in c.ſignificauerunt nu.8.de iud.& Conſ.Maſt.qui alios congerit de mag.lib.1.c. 33.n.56. & proinde Conſ.Roui.in prag.5.de off.iud.& alio. off.propoſita quęſtione de off. Baron. deputato per annū,qui fuit impeditus exercere ꝑ tres, aut quatuor menſes, an hoc tempus impedimēti debeat illi reintegrari, quā & ſi expreſſe non decidit tamen illam implicite determinat non poſſe, dū ſe refert ad notata per Bar. ind.l.ſi ita ſtipulatus,& ad Prę. de Frāch.DD.dec.419.& 451. in quibus cum id continuatur, ſatis etiam ibidē contineri videtur tanquam in ſcriptura referēte l.aſſe toto.ff.de hęr.inſt. l.ſi ita ſcripſero.ff.de condit.& demo.& eius determinatio intelligenda eſt ſecundū ea,quæ allegat. Bar.in l. non ſolum §. liberationis ff.de lib.leg. & in l.cum quidam ff.de his,qui. vt indig.quod firmat etiam Bal.in l.liberti.n.15.C.de oper.liber. & per eādem l.ſi vſufructus. ff. de vſufr.legato. dicit Bal. in l.
6 2.nu.4.C.locat. quod tempus eſt inreuocabile,quia aeris, & temporis complexio mutat naturam,

Digitized by Google

turam, ex qua etiam infert, in c.licet de ſupp.neg. præl. quẽ refert Iaſ. in auth. quæ ſupplicatio.num. 5.C.de pac.imper. offer. quod vbi à ſtatuto certi ſunt dies aſſignati ad aliquid faciẽdum,quod ipſis elapſis id fieri non poteſt alio tempore,
7 nam tempus determinatũ, alterius tẽporis functionem non recepit, quod etiam de mente Bar.in l.2.ff.de re iud.& Aret. in §.fere.inſt.de rer.diuiſ.dum dicunt,in cauſa, quæ tempore perit, breuiores requiri dilationes. Sic etiã fructus vẽditi, aut legati ex aliquo fundo certo
8 to tempore, ſi non ſufficiunt, non expectantur fructus alterius anni,Bal.in l.ſi debitor.§. 1.per illum trx.ff.de cõt.empt. & Ang.in l.ſi fideicommiſſum, §.1. ff.de iud. quem eleganter fuiſſe loquutum inquit Bal.ad Bar.in l.legatũ §.1.ff.de annu. legat. ſecus ſi certum tempus non eſſet adiectum,nam expectarentur fructus annorum ſequẽtium l. cum certus l.ex eo. ff. de vino vit. & oleo leg. & Conſ.Mag.qui id plene declarat.de mag.p.2.lib.5.c.1.nu.7 cum ſeq.nam electionis qualitas non ſolum in modo, ſed in tempore eſt ſeruanda,l. celſus
9 in princip.ff. de arbit.& forma in tẽpore tradita eſt ſeruanda, Bar.in l.omnes populi nu. 14. ff.de iuſt.& iur.& in auth.quæ ſupplicatio.C.de preci.imper. offer. & plura congerit Flam. Cart.deciſ.Ianu.16.nu.6. cum ſeq.ob quod tempus cucurrit, cũ certum ſit in electione appoſitum, nec ex prædictis poterit alterius functionem reci-
10 pere,exiſtente forſan electione anno ſequenti in alterius perſonam, ob quod nec legis reſtitutio porrigitur in alterius præiudicium l.2.ff.de decur.l. nõ vt à patre ff.de cap.& poſtlim.reuer. nec etiam principis Bar.Bal.& cæteri in l.gallus §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſt.in l.fin.C.de ſent.paſs. & reſt.Sfort.Oddo.de reſt. in integ.par.2.q.99. art.6.& plene And. Gail.de pac.publi.lib. 2. c.19.& Menoch.qui multa cõgerit exempla de recip.poſſ.rẽ id 10.nu.101.cum plurib. ſeq.
11 imo nec miraculoſa reſtitutio, & ob hoc Lazarus reſuſcitatus non recuperauit bona in alium alienata,glo.in c. licite 32. q. 7. in extrauag. ſuſcepti in ver. vacantiũ de maio.& obed.Bal. in l.1.nu.65.C.de ſacr.Eccle. DD.in l.nam ad ea. ff. de leg. in l.ea quæ raro.ff.de reg. iur. Alex.in l.ſi marito ff.ſolu.mat.

& plura ad hoc congerit Aſin. in l.ſcriptus hæres §. ego etiã puto nu.29. cum pluribus ſeq. ff.de religio.& ſumpt.fune.nec
12 prorogationis vnde, quę in alterius præiudicium fieri non poteſt, l. item quæritur; §. qui impleto, ff.loc.l.ſi cum Hermes C.eod.vbi dicit Bal.quod prorogatio nil habet effectus, & virium, niſi quoad prorogãtes, in l.tam mãdatori, vbi id optime declarat C. de non num. pecu.in l. emilius largianus ff. de mino.& in l.penul.ff.de excuſ.tut.Bart.in l.lutius §. paulus ff.de admin.tut.& d.§. qui
13 impleto. proinde emptor feudi, qui promiſit venditori illud retrouendere cũ aſſenſu infra certum tempus, non poteſt terminum prorogare in præiudicium domini qui præſtitit regiũ aſſenſum vt inquit ex Bal. in d.l. cum Hermes, & ex alijs relatis Frecc.de ſuff.lib.2.c.17
14 ita quoque ſi lex, aut ſtatutum concedat alicui tempus ad aliquid faciendum, & illo non faciẽte transfert poteſtatem faciendi illum actum in alium, tunc iudex nõ poteſt talẽ terminum prorogare in alterius præiudiciũ, vt cõcludit ex prędictis Fel. in c. cũ ſit Romana poſt nu.9. de appel. quẽ refert & multis cõprobat Flam. Cart.
15 Ianu. deci.100.& 108. ſic etiã ſi prorogat creditor tẽpus ſolutionis debitori, qui promiſit ſoluere cum pignoribus, & pęna, quod intelliguntur in eius præiudicium reperita pignora, & pæna Inno.in c.præterea in fin.de app.Bar.in l.1.§. & poſt operis, ff.de oper.nunciat. pulchrè Anfr.deciſ. Toloſ. 73. & congerit alios Boer.deci.284. num.4.ex tex.cæterum ſi eſſet debitor cum fideiuſſore, nã in damnum fideiuſſoris nõ durat obligatio, ſed temporis prorogatione extinguitur, Specul.in tit.de fideiu.§.1.& plene Ant. Gabr.recep.ſent.lib. 2. tit. de
16 dilat.conclu.2.num.24. quod obtinet, dum fideiuſſor ſe obligauit ad certum tempus, quod finiendæ obligationis dicitur, ſecus ſi pure ſe obligauit, ſine temporis præfinitione, quãuis tempus ſolutioni ſit adiectum, nam etiam facta prorogatione durat obligatio fideiuſſoris, vt ex pluribus concludit dicens ita communiter tenere DD. Marſ.in rub.de fideiuſ.nu. 88. & etiam communẽ dicit Anfr. Cappel.Toloſ.deciſ. 181. Miſing. aſſerens hoc memoratũ dignũ cent.6. obſ.53.Io.Gutt. referens hãc diſtinctionem ab omni-

Digitized by Google

omnibus probari de iur.confir. p.1,c.49.nu.15.& hanc ſentẽtiã dicit veriſſimã And. Fachi. contro.iuris. lib. 2. cap. 88.& quoq;communem lib.12.c.30 ad quod vide Theſau.hoc plene agentem deci.Pedam.125.
17 quæro an lite pendente ſuper validitate electionis, poterit electus officiũ exercere, & dicendum eſt,aut inceperat antequam fuiſſet mota lis, & ea pendente exercebit,l.reus §.2. ff.de muner.& honor.l.1.§.penul.ff.nil nouar.appel.pend.& refert deciſum Pręſ. de Franc.
18 deciſ. 264. aut fuit primo lis inſtituta, & ea pendente non exercebit,l. qui ſtatus ff. de re milit. Specul. tit. de cenſ. & exact. in fin. Boer. deciſ.150. plene Couar.var.reſolu. lib.1. c.16.n.11.& pleniſſime Conſ. Mag.qui id limitat,& declarat de magiſt.lib.2.c. 12.a nu.88.
19 vſq.ad fin. & hoc iudicio pendente, ad aliud officium eligi nõ poteſt, ſed exitus eſt expectãdus,l.diximus ff.de exc.tut. & Bal.in l.ſi vt proponis,c.qua pro.nõ eſt neceſſe,quęro quid ſi victus appellauit an interim exercebit, & ſi perpetuus eſt poterit exercere Io.Gutt. pra. quę.lib.1.q.39.glo.quę loquitur in Epiſcopo depoſito in c. ſæpe de appel.& 8.q.4.in ſumma ſecus ſi eſſet temporalis, idem Io.Gutt.d.q.39. & conſ. 81.in fin.quem allegat,& concordanter congerit Præſ. de Franch.deciſ.8.num.6. & pulchrè Pet. Nuñez de exequ. mand.d.1.cap.19.25.vbi limitat. ſi ſententia haberet exequutionem paratam, & an ſi fuit ab officio ſuſpenſus,& deinde reſtitutus recuperabit ſalarium medij temporis,& quidem ſi ex gratia fuit reſtitutus non recuperabit,cęterum ſi ex iuſtitia, illud conſequetur, l. penul.ff.de re milit.l.cum allegatis C. eod. lib.12. ex qua l. penu.de re milit. inquit glo.in c.paſtoralis §.verũ in ver. ſubtrahuntur in fine de appel. & in c.ſuper cauſa 2.q.5.ꝙ clericus excommunicatus, quia ſi innocens fuit abſolutus recuperat fructus quos tẽpore excommunicationis nõ percipit, quas gloſ. communiter ſequi DD.inquit Couar. eaſq.exornat.var.reſol.lib.3.c.13.nu. 8. infert quoque ex dictis glo.& alijs canonicum iniuſte carceratum poſſe percipere diſtributiones quotidianas, & in hoc ões conuenire(vt ibidẽ dicere
20 verſ.xj.ex his.quęro)an lite pẽdẽte contra vnũ (vel plures)q.

non

non exercent, poterunt alij electi exercere, ita vt geſta per eos valida ſint, & vtiq; poterũt & geſta viribus ſubſiſtunt, nã tota authoritas reſidet in acceptantes, Bal. in l. 1. nu. 4. ver. idem dico, ff. de offi. conſ. in l. 1. nu. 34. C. qua non pet. pact. & Ang. optime in l. cũ prætor.
21 ff. de iud. ſic etiam in duobus dominis æqualem iuriſdictionem habentibus, ſi vnus in aliquo efficeretur inhabilis, tota iuriſdictio alteri accreſcit, vt ex preallegata Bal. doct. inquit Cap. deciſ. 27. nu. xj. quem refert, & ſequitur Conſ. Rouit. in prag. vni. nu. 22. de tit. abus. in ſcrib. ſubl. quæro etiam quid ſi ex conſuetudine, vt ſeruari videmus vniuerſitate congregata debet à ſindico fieri prepo-
22 ſitio, quæ tamen facta non reperitur, ſed ſola electio vniuerſitate concorditer celebrata, an valida ſit, & vtiq; valet, l. de quibus ff. de leg. Bar. in l. 2. C. de decur. lib. x. Abb. in c. 1. de ſind. & plene Iaſ. in l. vniuerſa. C. de precib. imperat. offer. cũ habito fine nõ curatur de modo, l. cũ ſeruus ff. de verb. obl. l. 1. § inde quæritur ff. de oper. noui. nunciat. l. 3. C. de inſt. &
23 ſubſtit. niſi ex diſpoſitione ſtatuti deberet per ſindicũ fieri præpoſitio, nã non valeret electio niſi præcedente præpoſitione, Bal. in l. 1. nu. 2. ff. de leg. Bar. in l. actuarios, C. de num. & actua. lib. 12. Bal. Alex. & cæteri in l. 1. ff. de lib. & poſt. quæ vniuerſitas in loco ſolito ad validitatem actus congregari debet, Ioa. Vinc. de Anna referens duas deciſiones Sacri
24 Conſ. ſing. 355. vltimo quæro quid ſi vniuerſitas non eſt more ſolito congregata, tamen quia parua erat omnes ciues caſualiter fuerunt præſentes, an valeat electio, vel aliud quod per eos geſtum eſt, ac ſi fuiſſet legitime congregata, quod vtique validum eſt, nam cum omnes fuerunt præſentes, non eſt, qui lędatur ex hoc, quia conuocari non fuerunt, Bar. in l. 2. n. 3. qui hanc reddit rationem, C. de decur. lib. x. Bal. in l. nulli, in glo. quæ incipit, duc. in l. ſicut §. 1. vbi etiam glo. in ver. non debetur, ff. quod cuiuſque vniuer. & Dec. conſ. 199. nu. 5. & Pet. Nuñez de exeq; mand.
25 p. 1. c. 19. nu. 14. quæ officialiũ electio adeo eſt per vniuerſitatem faciẽda, quod ſi conſuetudine vnus officialis eligeret alterũ, ſine vniuerſitatis cõſenſu electio nõ valeret, vt inquit Pet. Nuñez de exequen. mand p. 1. cap.

Digitized by Google

cap.19.n.23. & dicit fuiſſe deciſum Pręſ.de Franc.dec.210. quē refert Conſ.Roui.in prag. 2.de adm.vniuer.dicens,quod & ſi sēper detulit authoritate prædicti Præſ. Viri doctiſſimi, & Sac.Reg.Conſ. tamen contrarium ſibi de iure videtur ex pluribus per eum adductis,ſed
26 ſi electio fieret per conſilium vniuerſitatis vtiq;eſſet,nec requireretur adunantia generalis, inquit Bar.in d.l.2.C.de decur.lib.x.& ita quoq;quotidie ſeruari in conſil. teſtatur Conſ. Rouit. in rub.pragm.de procur.num. 40. vnum tamen omittendum non eſt, quod eſt
27 notabile, nam cum officiales debeant eſſe annales, de iure communi, & Regni,l.pridie ff. defer.l.publius,ff.de condit.& demo.Iſer. & Afflict. in conſt. occupatis,& in prag.5.de Bar. quod nec ſub alio nomine puta Locumtenentis, aut alterius confirmari in eodē officio poteſt.glo.& Bar.in l.1.C.de pri. Scal.lib.12.congerit concord. & deciſum refert in conſ. ita Vin. de Anna ſing. 479. quod tamen non fuit Bononię ſeruatū in Domino Ottone,vt dicūt gl.& Bar.in d.l.1.qui cū prohibitus eſſet, vt ſit poteſtas,fuit admiſſus ſub nomine defenſoris, imo nec ſub alio officio, & nomine, ſi & iuriſdictionē haberet,vt ſi fuiſſet officialis primarū cauſarum, & vellet fieri ſecundarū Præſ. de Franc. qui etiā ita deciſum teſtatur deciſ. 479.& Conſ.Maſt.de mag.lib. 1.c.25.nu.6.& lib.4.c.17. nu.
28 19.& cū in officijs habentibus iuriſdictionem attendatur tēpus præſentationis reſcripti, Bal.in l.1.C. vt lit. pen. Boer. deciſ. 150. & Præſ.de Franch. 326.annus incipit à tempore præſentationis reſcripti,& captę poſſeſſionis officij,idē Pręſ. deciſ. 393. imo, & ſi in literis cōmiſſionalibus diceret, quod annus inciperet,à die datę ipſarum,ſi poſtea cęperit,poſſeſ-
29 ſionem, à tempore ipſius poſſionis incipt,l.tali.ff. de iure dot.Bar.in l.ſicut legetur,ff.de leg.1.Bal.in l.final. ff.de reſci. vēdit. Capib.in prag.5.de Bar. nu. xj. & pulchrè Conſ. Maſt. qui id declarat ampliat, & reſtringit de mag.p.1.lib.1.c.23 à nu.50.vſq; ad fin. ſed ſi quis elapſo anno vellet officiū continuare, id vtq; poſſet, ſi confirmaretur ab hijs qbus præeſt nemine diſcrepāte §. fin.auth. de defen.ciuit.quē tex.faciunt omnes ſingularem, vt inquit Rom. in rub. de arb.& refert,

Fel.

Digitized by Google

Fel.in c. cum omnes nu.18.de Conſt. qui vnicus caſus,& ſingularis eſt, in quo non ſufficit conſenſus maioris partis vniuerſitatis,dicunt Ang.in l.hodie ff.de pact.& Præſ. Franch.
30 deciſ.2.nu.21. quod intelligitur ſi congregata vniuerſitate pro confirmatione aliquis cõtradicit,cæterum ſi omnes cõſentirent, & nomine vniuerſitatis congregatæ diſcrepante fuiſſet cõfirmatus, nam quamuis poſtea vnus,aut plures cõtradicerent ;confirmatio non vitiaretur,ita refert deciſum in Conſ. Præſ. de Franch. deciſ. 609. quod nota pro intellectu d. §. final. cuius confirmatio impediretur, ſi baro contradiceret,cum ſit primus ciuis,& ſi omnes alij cõſentirent,Fab.de Anna in nouis.addit. ad prim. lib. alleg.ſui genit. num.28.&
32 officialis ſemel cõfirmatus non poterit amplius confirmari, vt inquit D.Conſ.Rouit.in prag. 5. nu. xj. de off.iud.& alio. & Abb.in c. fin.nu.x. de iud.qui
32 tex.in d.§.fina.procedit etiam in adminiſtratoribus vniuerſitatis, & in quocunq; etiam nõ habente iuriſdictionem,glo.in l.honor.§.fin.ff.ad municip. in l. vni. C. ad leg.Iul.de ambit. Io.Vinc.de Anna dicens ita in conſ.deciſũ allega.15.& Preſ. de Franch.deciſ.264.vniuerſi-
33 tas tamen,& ſi ab vno incipere non poteſt,in vno reſidet,l. ſicut §.fina.ff.quod cuiuſq;vni. c.fina.vbi glo.dicit,quod illud ca.ſemper ſolet allegari, quod vniuerſitas ſtat in vno,75.diſt. glo. in c.comprouinciales 64. diſt.&Bar.in l.grege.ff.de leg. 1.& dicit per prædicta pet.Iacob.in ſua praxi.tit.de conſ.in fin.quod vniuerſitas, & collegium per vnum ſolum poteſt retineri, & ille ſolus põt creare ſindicum, & in illo conſiſtit nomẽ, & memoria vniuerſita-
34 tis,& ex eo quoq; inquit Frec. de ſuff.auth.2.lib.2.fuiſſe quęſtionem de facto in S.Conſ.in vno Caſtro Aquilæ, quod litigabat, & petebat primum beneficium ad probãdum,in quo non aderat niſi vnus homo, ꝙ fuit conceſſum, cum vniuerſitas in vno ſolo retineri poteſt, & aptitudine poteſt ad multitudinẽ peruenire,Bal.in proh. ff.nu.6. & in l.non ambigitur, verſ.iuſta hoc quæro ff.de leg. & per eandem l.dicit glo.in c. 2. in ver. pauciores de poſt.
35 præl. quod ſi omnes canonici excepto vno in electione Pręlati ſcienter eligentes indignũ delinquant, ob ꝙ priuati ſunt

vire

iure eligendi, ꝙ is ſolus poteſt procedere ad electionem Prælati, & inquit quoq; Inno. in c. poſtulaſti, in princ. de iure pa-
36 tro. quod ſi in Eccleſia Collegiata remanſit vnus clericus, tamẽ habet iura Eccl. Colleg. & idem Inn. affirmat in c. cum nobis nu. 6. de electio. quẽ refert; & ſequitur Ang. in l. ſicut §. in decurionibus, ff. ꝙ cuiu. vni. & inquit glo. in c. vni. in verſ. omnem perſonã in verbo. Sede vacante de ſciſmat. in 6. quod ſi ex collegio Cardinaliũ vnus tantum ſupereſſet, quod eandem haberet authoritatẽ, quam habet totum collegium, proinde affirmat glo. in Clem. Romani §. porro. in ver. omnes
37 de electio. ꝙ ſi omnes Cardinales exceptis paucis, aut vno exierint cõclaue, quod hi pauci, vel ille ſolus poteſt legitime procedere ad electionem Pontificis, cum ius collegij remãſit in his paucis, aut in ſolo: Quæ tamẽ authoritas vniuerſitatis, & collegij tunc in illo ſolo reſidet, quãdo habitu, & aptitudine poſſunt eſſe plures, licet
38 actu non ſit, niſi vnus, ſecus ſi actu, & potentia nõ poteſt eſſe niſi vnus, nã in eo non reſidet ius, & authõritas vniuerſitatis, glo. in c. ſtatutũ, quæ hoc pulcre declarat. de electio. in 6. in l. 1. §. pen. in ver. vel ſenatus. ff. de poſtul. Bal. in proh. ff. nu. 6. & in l. nõ ambigitur, ff. de leg. dicens, quod authoritas Senatorum non conſiſtit in vno Senatore, qui non eſt Romæ, eo quia aptitudine, & habitu ſublata eſt, authoritas ſenatorum, nec ſubeſt ſpes amplius inſtaurandi Collegiũ Senatorũ Romæ, cuius Senatus iura Papa ſubſtulit, c. fundamenta de ele-
39 ctio. Hæc tñ vniuerſitas eadẽ eſt hodie, quę fuit ante per cẽtũ annos, & ſi mortui ſint omnes ciues, qui tunc aderant, l. proponebatur, ff. de iud. imo ꝑ mille dicit glo. ex d. l. in c. deniq; 7. q. 1. quam eſſe philoſophicã inquit Cag. in l. 2. q. 98 C. de pact. in emp. & vendit. ꝑ dicit glo. in l. forma. §. quãquã ff. de cenſi. ꝙ ſemper videtur idem populus, & Bal. in prohe. ff. verſ. in contrarium, inquit ꝙ populus nunquam moritur. Et eadem ratione, quod idem ſit populus, dicit quoq; glo. in c. ſi ſententia, in ver. non cõpetant
40 de ſent. excom. in 6. quod interdicto populo vniuerſitatis cẽſentur interdicti ſubrogati, & Io. Gutt. cano. q. lib. 2. c. 30. nu. 9. & x. quam glo. eſſe communiter receptã teſtatur Co-

nar. var.reſolu.lib.2.c.8.ſecus
vero excommunicato, cũ ſub-
rogati non ſunt excõmunicati,
glo.in c.ſicut 7.q.1.cuius red-
dit rationem Couar.præd.q.8.
ſic etiã glo.in l.ſordidorum,C.
de excuſ.mune.lib.12. inquit,
quod priuilegium conceſſum
ciuitati dicitur reale,& tranſit
in ſucceſſiorẽ, quia ſemper eſt
idẽ populus ex d.l.proponeba-
tur, hinc infert Frecc. de ſuff.
l.2.titu. de auth. baron. quod
refert, & multis comprobat
Menoch.de præſu.lib.3.pręſu.
103.n.4.atq;pluribus exornãt.
Conſ.Maſt.de mag.lib.4.c.x.
nu.14.& 15.& Conſ.Rouit.in
prag.vni nu.65.de tit.abu.in-
41 ſcrib. ſubla.ꝙ ſi dignitas con-
ceſſa ſit ciuitati,quę forſan de-
corata eſt dignitate Ducatus,
aut Principatus titulo,ea digni
tas realis eſt,& tranſit ad quẽ
cunq;poſſeſſorem,ea potiſſimũ
cauſſa, q̃a ſemper videtur idẽ
populus,&nũquã extinguitur,
d.l.proponebatur. Imo quãuis
poſſeſſor forſan aliunde eſſet
42 incapax, cum ea dignitas ve-
niat in conſequentiam poſſeſ-
ſionis ipſius ciuitatis hac di-
gnitate decoratę,tanquam ei,
& territorio annexa,illam cõ-
ſequetur, & retinere poterit,
quamuis principaliter ex ſe nõ
poſſet,vt inq̃t notabiliter,Bal.
in l.1 in prin.C.de ſecũd.nup.
& in l.multis ff.de leg. & quã-
uis Bal.loquatur in hæred.idẽ
in ſingulari ſucceſſore, in quẽ
tranſeunt iura rei,& poſſeſſio-
nis ita,ſecuti generalia in vni-
uerſalem ſucceſſorem,l. dolia.
§.1 ff.de contrah. empt. ſi tibi
43 §.pactum ff.de pact. ita quoq;
priuilegium, quod à Sereniſſ.
Regibus fuit antiquitus con-
ceſſum Ciuitati Neapolitanæ,
quod ad præſens durat,cũ ea-
dem ſit Ciuitas Neap.& idem
populus,inquit Pręſ.de Frãch.
deciſ.563.& refert quoq;fuiſſe
deciſum Guid.Pap.deciſ.179.
ꝙ ſi eſſet lata ſententia contra
vniuerſitatẽ, & deinde eſſent
decurſi centum anni, & plus,
44 ob quod omnes ciues,qui tunc
aderant mortui ſunt,quod ad
huc poterit exequi cõtra vni-
uerſitatem,cum eadem ſit, &
idẽ populus,& idẽ Pet.Nuñez
de exe.mand.p.1.c.5.n.49. ſic
quoq;in obligatione facta per
capitulum,quia ſemper perſe-
uerat,cum cap. non moriatur,
vt inquit Inn.in c.niſi pridem,
de præb.quem refert Bal. in l.
fina.in fi.c. ſine cenſ.vel reliq.
& dicit idem Bal.in l.ſicut §.in
decurionibus, ff. ꝙ cuiuſ.vni.
45 quod ſi capit. S. Laurentij fe-
cit

cit quendam contractum iam ſunt anni centum,ita quod ex canonicis nemo viuit, nihilominus ex eo contractu capit. remanet obligatũ,qui licet nõ ſint ijdem canonici, capitulũ tamen idem eſt, quod etiã firmat Rip.reſp.62.nu.7.ex d. l. proponebatur,ſic demũ in pri-
46 uilegio cõceſſo à Sereniſs.Regina Ioanna anno 1428.collegio DD. Ciuit. Neapol. vt ad præsẽs doctores eiuſdẽ colleg. vti poſſint,tanquam ſubrogati in locum eorum,qui tũc extabant. cum idem dicatur collegium,concludit Præſ.de Fran. deciſ.544.nu.8.& de compromiſſo facto à collegio,quod nõ extinguatur,etiam mortuis his
48 de collegio, qui illud fecerũt, cum idem ſit collegium concludit authoritate Dyni. Bart. in l. quod in rerũ§.& ſi nauẽ, ff. de leg.1. quem refert,& ſequitur Iaſ. in l. ſi grege.ff.de leg. 1. qui vniuerſitas cum ciuium ſubſtitutione eadem ſit,
48 & in æternum duratura, ſi ei legetur vſufructus, & proprietas inutilis ſit, durat centum annis, quia is finis vitæ longiſſimi hominis eſt l. an vſufructus ff.de vſufr.l.fina.C. de ſacroſ.Eccleſ.& pulchrè Menoc. qui rationes reddit de arb.iud. lib. 2.cent.6. caſ.509. & cum emit rem emphiteoticariã, ne dominus directus ſuis iuribus
49 priuetur, cum ad manus mortuas peruenit, poterit vniuerſitas cogi, vt extra manum ſuã ponat vt inquit deciſum Præſ. de Franciſ. dec.659.quod verbum extra manũ poſita eſt in c.1.de immun.Eccl.in 6.ſic et ſeruatur,cum vniuerſitas emit ius portulaniæ, ponderum, & menſurarum,aut ſecũdas cauſas,pro quibus etiã habet pręlationẽ, vt inquit Præſ.de Frã. dec.17.ne conditio Regię Curiæ efficiatur deterior, cũ magnum ipſius damnum ſit, ſi ad manus mortuas peruenerit, vt inquit Luc.de Pen.in l.ſi quis, C.de diuer.præd.vrb.lib. x. & Io.Vin.de Ann. qui alios congerit alleg.121.& ſuis fraudetur iuribus, cum non teneatur ſoluere releuium, ex quo nunquam moritur,quamuis adminiſtratores mutentur,vt inquit Frecc.de ſuff.lib.2.auth.2.nu.
50 49. ſupponit vnum ciuem, qui emit à Regia Curia, in cuius perſonam iura ipſius ſalua ſint, quod pulchrè declarat Conſ. Maſt.de mag.p.2.lib.5.c.6.nu. 62.cum ſeq.& Conſ.Rouit.aſſerens à quo originem habuit, in prag.64.nu.29.de offi.proc.

Digitized by Google

Cæſar. hæc autem quæ dicta ſunt, vt eadem ſit vniuerſ. idẽ Capit, & colleg. mortuis prioribus, & alijs ſubrogatis etiam
51 poſt centũ annos, ita procedũt vt contractus, & geſta per eos qui contraxerunt, durent etiã ipſius mortuis, quoad obligationem, & effectum cõtractuũ, cæterum ſi contrahentes, vel compromittentes iurauerint, nam quamuis virtus iuramenti trãſeat ad ſucceſſores vniuerſ. Capit. & Colleg. non tranſit
52 ipſius vinculum, quod eſt inſeparabile à perſona iurãtis, Bal. in l. ſi grege. ff. de leg. 1. Fel. in c. de cauſis nu. 2. de off. deleg. in c. cum ſit generale nu. 9. de for. compet. quod pulchrè declarat Conar. de præſcrip. p. 1. §. 5. n. 4. cum ſeq. Iaſ. Ludo, qui alios congerit deciſ. Peruſ. 15. nu. 12. & ſeq. Io. Gutt. in auth. ſacramenta puberum n. 18. C. ſi aduer. vendit. & dicit Inn. in c. veritatis de iure iuran. quod iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale. Sic etiam in iuramento in contractu à defũ-
53 cto præſtito, nam & ſi hæres cũ eo ſit eadem perſona, auth. de iure iur. à morien. præſt. in princ. tamẽ vinculum iuramẽti, quoad reatum periurij ad hæredes non tranſit, quamuis tranſeant vires, & virtus, Bal. in l. cum quidam decedens, §. codicillis ff. de leg. 3. Bal. optime in l. emptione. C. plus val. quo agitur Ang. in l. qui ſuperſtitis ff. de acq. her. Cap. deciſ. 174. n. 12. plene And. Gal. lib. 1. obſ. 27. Couar. in c. quamuis §. 5. nu. 6. de pact. Proſp. Far. de falſ. & ſimul. quæ 160. §. pena. nu. 117. Io. Gutt. in auth. ſacramenta puberum num. 16. C. ſi aduer. vend. Præſ. de Franch. dec. 54. & hãc opinionem frequentior ſchola ſcribentium comprobat, inquit Aſin. in l. 1. nu. 13. ff. de relig. & ſup. fune. proinde ad pœnam periurij nõ tenetur, vt criminaliter accuſari poſſint, ſed ad ipſius obſeruantiam, maxime ſi iurant pro ſe, & ſuis hæredibus, Affl. dec. 381. congerit alios, & pulchre declarat Io. Gutt. in aut. ſacramenta puberum num. 15. cum ſeq. C. ſi aduer. vendit. idem in excommunicatione, nam excommunicato conſilio vniuerſitatis, quod excommunicari poteſt, glo. in c. Epiſc. 12. q. 2.
54 in c. ſicut 7. q. 1. vel omnibus de colleg. aut capit. & quamuis idem ſit, ſubrogati in collegio, & cap. non ſunt excommunicati. Innoc. in cap. grauẽ de ſent. excõmunicatio. Angel. in

in cap. ſi habes 24. quæſt. 3. & in dicto cap. ſicut 7. quæſt. 1. & dicit Bald. in d. l. ſi grege, quod excommunicatio continet pœnam inſeparabilem à perſona, & ideo ad alium träſire non poteſt, & idem inquit Alex. in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, vbi etiam de communi teſtatur, ff. de verbor. oblig. & Iaſ. in l. quod in rerum natura §. grege, ff. de leg. 1. qui hac reddit rationem, quia excom-
55 municatio infertur animę viri delinquentis, & non repreſentantis, qui non eſt in culpa, & pulchrè Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 8. nu. 8. & etiam communem refert Ioa. Gutt. cano. quæſt. lib. 2. cap. 30. num. 9. Sic quoq; in mala fide, nam ſi vniuerſ. colleg. aut capit. occupauerit rem aliquam iniuſte,
56 & fuerit in mala fide, quod omnibus mortuis, qui eo tempore aderant, purgata eſt mala fides, & quamuis poſtea eadem ſit vniuer. idem colleg. & capit. qui in locum mortuorũ ſubrogati ſunt, exiſtunt in bona fide, glo. & Inno. in c. cura. de iure patro. Bar. in l. poteſt ff. de vſucap. Abb. in cap. 1. de ſolut. Socc. conſ. 287. vol. 2. Cap. deciſ. 4. num. 15. Balb. de præſcript. parte 3. quæſt. 17. congerit alios Ant. Gabr. recep. ſent. lib. 6. tit. quo. cuiuſ. vniu. concluſ. prima num. 14. eamque opinionem humaniorem, & veriorem teſtatur Ferd. Vaſq. illu. contr. lib. 2. cap. 71. num. 5.

57 Et nedum eadem eſt vniuerſitas ciuium ſubrogatione, ſed ſi ciues communicato cõſilio ab ea recederent, & alibi aliam conſtruerent, eadem etiam diceretur, & prioris vniuerſitatis iura retineret, glo. in l. ſi vſufructus ciuitati, ff. quem adm. vſuſ. amitt. & Bello. conſ. primo num. 9. Et id quidem ſi in eodem territorio prioris vniuerſitatis ædificata ſit, vt eadem dicatur. Cæterum ſi in alieno territorio, cũ eadem dici non poterit, nec iura prioris retineret, Bar. in l. eius qui, §. Celſus, ff. ad municip. dicens ita contingiſſe in Marchia in Ciuitate Calij, quæ fuit repoſita in eodem territorio, in qua erat antiqua, & pulchrè Boer. deciſ. 212. num. 14. & 15. & Andr. Gail. lib. 2. obſeru. 61. num. 8. cum ſeq.

faciendos c. cum ex literis, in fin. de integ. reſtit. c. fin. de dol. & cont. quæ dum legitime fit, ſufficit pro omnibus, vt dicunt Inn. in c. cōſuluit de off. deleg. in c. auditis de procur. Io. And. in addit. Specul. tit. de citat. §. viſo. glo. & Bar. in auth. qui ſemel. C. quo. & qua. iud. Alex. in l. qui ante calēdas, ff. de ver. oblig. Abb. in c. fina. de dilat. in c. cū dilecti, & in c. fin. de dol. & cont. & And. Gail. lib. 1. obſ.
4 51. nu. 12. quo cum omnes citationes contineat, & vnica nūcij exequutione perficiatur, eam vocat breuiloquam, & cōpendioſam, Baldi in l. 2. num. 10. C. quo. & qua. iudex. Et quamuis in cauſis ciuilibus, cū in Regno ſint ſummariæ, in citatione non ſit neceſſario exprimendum peremptorium, ſed
5 de iure intelligatur, vt inquit Bart. in conſt. ad reprimendū, in verb. termino, Bal. in rubr. C. cōmi. epiſt. & prog. rom. in rub. de arbit. Marſ. in l. de vnoquoq; num. 34. ff. de re iudi. & Menoc. qui alios congerit de arb. iud. lib. 1. qu. 59. Tamen in hac citatione exprimi debet, Bart. in d. conſt. ad reprimendum. in ver. ſuper dicto crimine, & Meno. loco prę-
6 dicto quæſt. 59. Quæro quid ſi in hac citatione non apponeretur peremptorium, an poterunt alia verba apponi, id ipſū importantia, ita vt citatio valida ſit, & nūquid ſi adijcerentur ea verba, alias procederetur in contumaciam ad omnes actus, et haberet vim peremptorij, l. in peremptorio, ff. de iudic. Bart. in l. ſi finita, §. Iulianus, ver. 2. quæro, ff. de damno infecto, in l. 2. C. quo. & quan. iud. Afflict. in conſt. pacis cultum, nu. 40. in conſt. edictorum in princip. & plene Feli. in cap. inquiſitionis, de
7 accuſat. Quid ſi quis fuerit citatus ad omnes actus cum cōminatione procedendi, prout iuris, an poterit contra eum ſententia proferri ſine citatione, & vtique non poterit proferri ſine alia citatione ad ſententiam, nec prolatio valeret. Rom. in d. l. ſi finita, §. Iulianus num. 18. ff. de damno infect. & Alex. & Iaſ. in l. qui ante calendas, ff. de verb. oblig. Quare
8 vt poſſit ſententia ſine alia citatione proferri, nedum citatio ipſa debet emanari ad omnes actus in ipſa cauſa faciendos, appoſito (peremptorium,) vel prædictis verbis ipſum importantibus, ſed etiam adijci, vſque ad ſententiam incluſiuè,

vt

vt dicit Rom. in S. Iulianus, de quo, & ſi dubitauit Bart. in l. ſi apparitor, C. de contract. lib. 14. qui ait, quod debet ſpecialiter exprimi, alias proferetur ſententia contra eum citatum, & etiã dubitauit Præſ. de Fran. Tamen ſi exiſtat comminatio procedendi vſque ad ſententiã incluſiuè, quod ſufficiat, & ea opinio Rom. contra Bart. fuit viſa verior in Sacro Concilio, & ſecundum eam iudicatum, vt inquit idem Præſ. deciſ. 457. eamque opinionem etiam in Camc. Imper. ſeruari teſtatur Miſing. cent. 3. obſ. 7. & cen.
9 4. obſ. 43. Sed dum tutor ita citatur, quod eo non comparente, vti ſuſpectus remouebitur à tutela, non requiritur alia citatio, cum deinde eo cõtumace per ſententiam remouetur à tutela, Bart. in l. impuberibus, S. item ſi quis, ff. de ſuſpect. tut. in l. ſtatu liberos, S. ſticus, ff. de ſtat. liberis, & Marſ. in d. l. de vnoquoque nu. 111. ff. de re iud. Sed quid ſi ita citatus comparet, & deinde recedit, quomodo ſit cõtra eum procedendum, & qui-
10 dem cum citatus comparens debet in iudicio aſſiſtere, aut procuratorem relinquere, vt dicit Abb. in cap. fina. de dilat. ſi receſſit procuratore non relicto, cum prima citatio per eius comparitione euanuit, de-
11 bet ſaltẽ in ſingulis actis per proclama citari, vt firmat Bar. in dicta conſt. ad reprimendũ, in ver. per edictum, Innoc. in cap. cum dilecti, & ibi Abb. de dol. & cont. Alex. in l. qui ante calendas, ff. de verb. oblig. & pulcre Miſing. cent. 4. obſ. 33. Immo ſi miſit procuratorẽ
12 non habentem generale mandatum ad totam cauſam, ſed ſpeciale ad vnicum actum, puta ad declinandum iudicem, non admittitur, & contumax reputatur, Miſing. cent. 1. obſ. 46. & ita etiam ordinatione Camer. Imper. fuiſſe mandatũ idem Miſing. cent. 5. obſ. 84. Sed quid ſi citatur ita ad omnes actus is, qui præſens eſt, & domicilium habet in loco iudicij, an citatio valida ſit, & vtique valida exiſtit, L. 3. C. qui accuſ. non poſ. & glo. in aut. qui ſemel. C. quo. & qua. iud.
13 Sed ita citatus, vti grauatus appellare poterit, Abb. in cap. fin. de dilat. & Alex. qui alios congerit in l. qui ante calendas, ff. de verb. oblig. & citatio ita facta per appellationẽ reſcinderetur, & nullius eſſet momenti, vt inquit Boſſ. qui etiam

etiam de cõmuni teſtatur, tit. de ſent. nu. 13. nã cum præſens ſit, debet cum de eius intereſſe agitur, in vnoquoq; actu citari, DD. ll. de vnoquoq; & nam ita diuus; & nedum in eo grauaretur, sed cum cogeretur con-
14 tinue iudicio adeſſe, nec ab eo recedere, videtur quadam ſeruitute alligatus, l. 2. ff. de lib. hom. exhib. glo. in l. cum antiquit as, C. de vſuf. Bar. in l. Titio centum. §. titio. genero. ff. de cond. & demo. Cap. deciſ. 135. & And. Gail. de pac. pub. lib. 2. c. 2. in ma. cũ ſeq. hęc citatio dũ reus extra locum iudicij domicilium habet cum in vnoquoq; actu neceſſaria non ſit, & ſufficiat vnica compendioſa, & generalis ad totam cauſam, & ad omnes, & ſingulos ipſius actus
15 vt dictum eſt, nec etiam neceſſaria eſt in aliquo actu vbi de iure requiritur, ſi partes cõueniunt, vt ille actus poſſit fieri ſine citatione, vt inquit, Specu. tit. de citat. §. viſo. verſ. ſed pone. & Bal. in l. diem proferre §. ſi quis litigãtium, per eum tex. ff. de arb. & dicit quoq; idẽ Bal. in l. ſi quando nu. 5. C. de teſt. quod ſi pars daret iudici licẽtiam, vt ea abſente teſtes reciperet, poterunt examinari ea non citata, imo nec etiam vniuerſa citatio eſſet neceſſaria in
16 tota cauſa, ſi pars dederit licẽtiam iudici in ipſa cauſa procedẽdi ipſa non citata, tunc poterit iudex in ipſa cauſa legitime procedere ipſamq; diffinire, ipſa penitꝰ inaudita, nec in aliquo citata, Bar. in l. is qui reus nu. 4. & ſeq. ff. de pub. iud. Bal. in l. vt perfectius, col. fina. C. de anna. except. in l. 4. C. de accuſ. & in l. geſta col. 2. C. de re iud. & Marſ. in d. l. de vnoquoque nu. 74. ff. de re iud. & Boſs. loco prædicto nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus poteſt in domo citari, & iudicium valet.*

2 *Sententia lata contra carceratum qui potuit mictere procuratorem valet, ſed poterit reſtitui.*

3 *Sententia prolata contra carceratum, qui non potuit mictere procuratorem, & iudex ſcit cũ carceratum non valet.*

4 *Carceratus poſt concluſionem cauſa, ſi eſt condemnatus, aduerſus ſententiam non reſtituitur.*

5 *Vaſſallus nõ tenetur iuuare dominum iuſte carceratum, & eius liberationem procurare.*

6 *Carceratus iuſte ob delictum, non reſtituitur contra ſententiam.*

7 *Delinquentes pœnam delicti voluntarie ſubeunt.*

8 *Affectata excuſatio tutela, inimicitia, & abſentia, non prodeſt.*

9 *Carceratus ſua culpa amittit omne iuris*

Digitized by Google

iuris beneficium.

10 *Culpa ſua qui ad inopiam deuenit, non vtitur, legis beneficio.*

11 *Alfonſi Arag. Regis notabile dictū, de eo qui totam ſubſtantiam luxu, & libidine per diderat.*

12 *Pater non tenetur iterum dotare filiam, quæ ſua culpa dotē amiſit.*

13 *Carcerati culpa ex euentu cauſa pro qua detinetur cognoſcitur.*

14 *Exitus acta probat, & laus in fine canitur.*

15 *Multa in iure ſunt in pendenti, vt futurus euentus expectetur.*

16 *Damno duplici nemo debet affici.*

17 *Iudicium an valet contra infirmū ceptum, & proſequutum.*

18 *Infirmis ſubuenitur, qui graui ſunt affecti morbo.*

19 *Infirmis leui febricula, aut vetere quartana non ſubuenitur.*

20 *Infirmus renuncians beneficium, ſi moritur, quando dicatur vacare per mortem, & quando per renunciationem.*

21 *Cancellariæ regula admittit reſignationem beneficij ab infirmo factā, quando moritur poſt viginti dies.*

22 *Infirmis ſubueniendum eſt, & ſerui infirmi paſcendi ſunt, & curandi.*

23 *Officiali infirmo, tunc ſalarium debetur, ſi permanet in loco adminiſtrationis, ſecus ſi recedit.*

24 *Homines in infirmitatibus recognoſcunt eorum peccata, & armātur contra diabolum.*

25 *Homines propter peccata ineunt cum dæmonibus inſidiam, & peſtiferam ſocietatem.*

26 *Deus propter peccata hominum ipſos cum ciuitatibus diſperdit.*

27 *Infirmitates ex pluribus cauſis proueniunt remiſſiue.*

GLoſſa 13. An carceratus poterit citari, & contra eum iudicium
1 proſequi, & vtiq; poteſt in domo citari. & iudiciū valet, glo.
Bar. & Caſtr. in l. 2. C. ex qui. cau. maio. & Bal. in l. fina. in 2. lect. ff. de in integ. reſt. qui ſi in
2 carcere eſt citatus, & potuit procuratorē mittere, valet ſētentia, quamuis poſſit reſtitui.
Bar. in l. is qui reus, in fin. ff. de pub. iudic. & Bal. in l. ignorare
3 C. de reſt. milit. ſed ſi non potuit procuratorem mittere, & iudex ſcit eum carceratū, ſententia non valet, Bart. Ang. & Iaſ. in l. 2. ff. de in ius voc. Caſt. in l. 2. C. ex qui. cau. maior. & in l. quæſitum, ff. de re iud. niſi fuiſſet carceratus, vt dicūt DD. locis prædictis poſt concluſum. Nam cū ante ipſam plene defendit, nec poſt ad id ſupereſt
5 tempus, reſtitui non debet, nā tempore cōcluſionis plene de cauſa liquet, glo. in c. ſignificauerunt, in ver. liquere, de reſti. & de ea dicitur cognitum, Bal. in auth. qui ſemel nu. 7. C. de prob. aut iuſte carceratus fuiſſet, nec erit ei ſubueniendum,

vti

vti ſua culpa impedito. Caſtr. in d.l. 2.C.ex qui.cau. maio.& Sfor. Oddo. qui pluribus congeſtis hoc declarat, ampliat.& limitat.de integ. reſti.p.1.q.7.
5 art.5. ſic nec vaſſallus tenetur dñi iuſte carcerati liberationẽ procurare, Iſer.in c.1.§. ſed quia delator.in prin.quæ ſit 1. cauſ. beneſ. amitt. quẽ omnes doctores ſequuntur, vt inquit Iul. Clar. recept. ſent.lib.4.§. feud.q.24.ad quod vide Boer. dec.126.& Fer.Vaſq.Ill. cont.
6 lib.1.c.6. & cũ ex delicto forſan detineatur, non meretur immunitatem, l. relegatorũ in fin.ff.de interd.& releg.l. ſiue hæreditaria ff.de neg. geſt. l. fina. C.de reb.cred. c.legi epiſtolam 16.q.1.nam carceratio eſt pœna delicti, l.3.ff. de cuſt. reor.quam pœnã delinquentes
7 voluntarie ſubeunt, l.imperatores, ff.de iure fiſci, l.fin.C.ad l. iul.maie.cui etiã conſentiũt, vt dicit Bal. in l.ex hoc iure n. 25. ff.de iuſt.& in l.venia. nu. 2.C.de in ius voc. eamque affectare dicit glo.in l.1.§.ad be-
8 ſtias, ff. de poſtul. ob quod vti affectata auxilium nõ præſtat, ſicuti affectata abſentia, l. ſed & qui, ff.ex qui.cauſ.maior.vel affectata tutela, l.ſpadonem, §. fina.ff.de excuſ.tut.§.fina.inſt. eod. nec affectata inimicitia teſtem repellit, Bal.in l.1.§. ſi ſeruus, ff.de quęſt. Bal.in auth. ſi quis C.de teſt. Aret.in §.inimicitiæ, inſt. de excuſat. tuto. Sfort. Odd.de reſt.in integ. vbi hoc optime declarat p.1.q.27. art.1.& facit tex.in l.2.§.ſi tamẽ, ff.ſi quis caut.& in l. vxori
9 §.1.ff.de falſ.atq; cum ſua culpa ſit carceratus, ipſius beneficium meretur amittere, l.fina. §.fina, ff.quæ in frau.credit. vbi dicit Bar.quod qui ſua culpa fraudulenter diſſipat, amittit beneficium ceſſionis bonorũ, & in l.alia §.eleganter, ff.ſolut. mat.in l.1.C.qui bon.ced.poſ. & in l.1.C.quæ in frau.pat.facit, tex.in l.etiam §.1.ff.ſolut. mat.& in l.penu.ff. de iur.dot. & per eum tex.in d.l.penu.dicit Bal.in c.ex parte de cenſ.&
10 in c.ſede de reſcrip. quod beneficio à lege indulto, vt quis non teneatur niſi in quantum facere poteſt, non vtitur, qui ſua culpa ad inopiam deuenit, quem refert, & ſequitur Cagn. in l.diuus, ff.de reg.iur.cui optime concinit, quod de Alfon. Rege Arag.dicit Ant. Panor. in apophthe. & refert Couar. var.reſol.lib.2.c.16.n.9.quod
11 cum eques quidem ingens patrimonium per luxum, & libidinem

Digitized by Google

dinē abſorbuiſſet,atq;inſuper-
magnam molem ęris alieni cō-
traxiſſet,quibuſdam pro eo in-
tercedentibus apud Alf. Arag.
Regem, ne ſaltē quę debebat,
corpore luere cogeretur. Vtiq;
ei ſubueniret, Rex ipſe reſpon-
dit, ſi tantam pecuniam in ſui
Regni obſequium, vel patriæ
cōmodis, vel ſubleuandis pro-
pinquis impēdiſſet, audirē vtiq;
nunc quoniam tantas opes im-
pendit corpori, par eſt, vt cor-
12 pore luat. Nec pater tenetur
iterum dotare filiam, quæ ſua
culpa dotem amiſit, Bar. in l. ſi
cum dotem, §.1. ff. ſol. matr. fa-
ciunt ea, quæ adnotant Bar. &
Bal. in auth. quod locum. C. de
collat. in l. cum ſcimus, & in l.
omnimodo. C. de inoff. teſtam.
13 cuius culpa ex euentu cauſæ
cognoſcitur, l. 1. ibi iudex ex
euentu cauſæ, C. qui acceſ. nō
poſ. l. iure noſtro §. fin. ibi euē-
tus, rei iudicatę declarabit, ff.
de reſt. tut. l. negotiorum ff. de
appel. l. ſi longiſ. C. de exeq. rei
iudi. l. 1. vbi Bal. C. de ordi. co-
gnit. l. contra maiores, C. de
inoff. teſt. & multa in iure pen-
dent, vt futurus euentus expe-
ctetur, l. ſi titius, ff. de leg. 2. l.
qui res ſuas, §. rem autem, ff. de
ſolut. l. quædam, ff. de reb. dub.
l. pponebatur, ff. de caſt. pecu.
c. fraternitatis, de frig. & ma-
14 lefi. nam exitus acta probat, l.
rem non nouam, C. de iudic. l.
ſi mater, vbi Bal. C. ne de ſtat.
defunct. c. quod auth. 22, q. 2.
& cum cognitio ipſius, an ſua
culpa ſit carceratus, ex euentu
cauſæ, pro qua detinetur pen-
det, erit in cauſa ciuili ſuper-
ſedendum, vſq; ad finem ipſius
cauſę, l. diximus ff. de excu. tut.
l. pater filium, ff. de inof. teſt.
nec nouū eſt hanc cauſam in-
15 terim ſuſpendi, cum multa in
iure pendent, vt futurus euen-
tus expectetur, l. ſi ſeruus, §. 1.
ff. de acq. rer. dom. l. duo iudi-
ces, ff. de re iud. l. ſi vſufructum
in fine, ff. de lib. cauſ. l. antiqui.
ff. ſi pars. hæred. pet. l. ſi is ſe-
ruus ff. de donat. int. vir. & vxo.
l. ſi debitor. la prima ff. de iur.
dot. l. proinde in prin. ff. ſi cert.
pet. l. 1. §. ſi pendet, ff. ad Senat.
Maced. l. reſcriptum, §. 1. ff. de
diſt. pigno. l. erit ergo. ff. de
fundo. dot. l. ſed & ſi quis §. 1.
& l. ſi fur. in fine, ff. de vſufr. l. 3.
C. qua. poſ non eſt neceſ. l. res
vxoris, C. de donat. int. vir. &
vxo. §. hoc autem, auth. de non
elig. ſec. nub. cui nō ſubuenitur
ſi iudex ipſum reū facit, ex prę-
dictis, & ex notatis per Bal. in l.
cōtra maiores, C. de inof. teſt.
in auth. ei qui. nu. 2. C. de tēp.
appel.

Digitized by Google

appel.& per Bar.in l.ſi finita §. iulianus n.14.ff.de dāno infec. & in l.2.§.non ſol.ff.ad tertull. cæterum ſi innocens declarabitur,nā reſtituetur,l.non omnes §.penult.& l.ante penu.ff. de re milit.glo.in l.1.C.eod. lib.12.& Conſ.Maſt.qui alios congerit de mag.par.1.lib.1.c.
16 21.num.84.ne duplici damno carceris,& bonorum afficiatur l.iure ſuccurſum,ff.de iure dot. l.ſi pecuniam,§.ſed ſi acceperit,ff.de cond.ob cauſ.l.ex cōducto,§.1.ver.ſed & ſi,ff.loca. & afflicto non eſt afflictio addenda,l.diuus, ff. de off. Præſi. aut. nauigia, C.de furt.cap.ex parte,de cler.ægrot.c.cum per-
17 cuſſio,7.q.1. infirmus quoque quem iudex ignorat poterit in ius vocari, & contra eū quoq; iudicium proſequi, ſed tamen exēplo abſentis cauſa reipub. aduerſus ſententiam contra ipſum latam reſtituitur,cęterū ſi iudex ſcit eum infirmum, nā iudicium non valeret,Bar.in l. quæſitum,& ibi cæteri ff.de re iudi.in l.eb quę.C.quo.& qua.
18 iud.idq;dicendum eſt,ſi graui morbo eſſet correptus, qui ob id impeditus ſuis nō poteſt ſupereſſe rebus, & vſum eius ad id faciat deteriorē, cuius cauſa natura nobis eius corporis ſanitatē dedit,l. ſi quis in graui.in princ.ff.ad Senat. ſylleia, l.non ſolum §.fina.ff.de excuſ. tut.l.1.C.qui morbo.lib.x.cæ-
19 terum ſi leui morbo, aut quartana veteri, vt non ſit impeditus ſuis adeſſe rebus,nā ei non ſubuenitur,l.quæſitum,in fine, ff.de re iud.l.1.proinde,ff.de edil.edic.l.frater ſuus,ff.de excuſ.tut.l.2.ver.minus audiens, ff.de vac.mune.§. item Surdus iuſt.qui.non eſt per.fac.teſt. l. 3.C.qui morbo.lib.x.glo.in c. placuit 18.diſt.in c.querelam. in ver.infirmitate de procura. Abb.in cap.tenor.de ſent.& re iud.in c. 2. de procur.Bal.in l. ſi quis inſtituatur,§.final.ff. de hære.inſtit.& Deci.in l.1.ff.de
20 offi. eius,ſic expectans beneficium per mortem vacaturum, ſi infirmus habens pingue, renunciat ſuis cōſanguineis, tūc eo mortuo ita de iure ad ipsū admittitur,ſi eo tēpore renuncians non leui, ſed graui infirmitate erat affectus,alias videretur in fraude renunciaſſe expectantis,Bal.& Alex.per eum tex.in l.filiæ meæ,ff.ſolut.mat. cap.2.quod ex vtero d. l. filiæ dicit ibi Bal.manaſſe. de renūciat.in 6.l.non dubium, C. de repud.& Menoch.de preſump. lib.6.præſump.78.nu.8.ſed ex

regula

regula Cancell. .ſ. reſignatio-
21 nis, tunc admittitur ſi moritur
renuncians infra viginti dies,
quamuis tempore renũciatio-
nis renuncians eſſet leui infir-
mitate affectus, Rebuſ. in prac.
beneſ. car. 338. nu. 15. ſecundũ
paruam impræſſionem, quem
refert, & rationem addit. Sfor.
Oddo. de reſt. in integr. p. 1. q.
xj. nam infirmis miſerendũ eſt,
c. penu. de cle. egro. c. licet, de
22 cenſ. c. iudices, 3. qu. 9. & ſerui
infirmi, ne dum paſcendi ſunt,
l. in rebus commodatis, §. poſ-
ſunt, ff. commod. ſed etiam cu-
randi, & eo tẽpore ſeruiſſe di-
cuntur, l. 4. §. ſticus ff. de ſtat. lib.
congerit alios, & declarat, an
etiam ſit ſalariũ præſtandum,
Couar. var. reſolut. lib. 3. c. 13.
nu. 8. & proinde officiali infir-
mo debetur ſalarium, inquit
Par. de Put. de ſind. in ver. ſa-
larium, quod intelligendum
eſt, ſi permanſit in loco, vbi ad-
23 miniſtrat. ſecus ſi ad patriam
rediret ſine licentia, Conſ.
Maſtr. de mag. p. 1. li. 1. c. 21. n.
99. Cap. dec. 125. & Cap. Tol.
vbi optime Auffre. dec. 359. ſed
ſępius infirmitas, & egritudo ho-
minibus pdeſt, nã ſępe diabo-
lus nititur, vt homo patriatur
egritudinem, & afflictionem, vt
irafcatur, & Deũ offendat, ſed
aliqn

homo p talia ſæpe recognoſcit
peccatum, compungitur, & ar-
matur contra ipſum, & ſic illu-
ditur diabolus, vt fecit Iob, vt
inqt glo. in c. poteſt. de pænit.
diſt. 1. quę potiſſimũ ex nõſtris
26 demeritis prouenit. Nam cum
ex ipſis inter homines, & dę-
mones ſit infidelis, & peſtifera
ſocietas cõtracta, vt dicitur in
c. illud in fine, 26. q. 2. & ob ea
ſcelera Deus ciuitates cũ ha-
bitatoribus diſperdit, vt in
auth. vt non luxu. cont. nat. in
princ. ipſi dęmones accipiunt
poteſtatem ob noſtra peccata,
morbos immittere, & aerẽ vi-
tiando morboſum reddere, c.
ſciendum. 26. q. 4. & glo. in c.
ſiſcitaris, in verb. diuinitus 7.
27 q. 1. quæ etiam ex alijs cauſis
prouenit, vt dicit Abb. in c. in-
firmitas de pænit. & remiſ. &
plures annotat Sebaſt. Med. de
fortu. caſ. par. 2. c. 6. num. 3. &
mors omnia ſoluit p. 1. n. 138.

S V M M A R I V M.

1 *AGere volens contra minorem, debet primo inquirere, an is infans ſit.*

2 *Infans ſi tutorem habet, tutor ſolus citari debet, & omnes actus in perſonam tutoris fieri.*

3 *Tutor ante litem conteſtatam, non cogitur ſollemnia tutelæ exhibere.*

4 *Tutor multa adimplere tenetur ſed tria tantum in iudicio producere.*

5 *Tutor non tenetur inuentariũ conficere*

Digitized by Google

ficere, nec in iudicio producere, ſi fuit à teſtatore remiſſum.

6 *Inuentarium ſufficit remitti, & nõ requiritur probibitio, & ita eſt communis opinio.*

7 *Inuentarium poteſt remitti, tam tutori teſtamentario, quam legitimo, & datiuo.*

8 *Inuentarium in præiuditium bæredum, & legatariorum poteſt remitti, ſed non in præiudicium creditorum.*

9 *Inuentarium quamuis à teſtatore ſit remiſſum, ſi tamen pupillo expediret, tutor conficire cogitur.*

10 *Pater quamuis non teneatur facere inuitarium bonorum filij, ſi eſt timor dilapidationis, cogitur bona deſcribere.*

11 *Inuentarium quamuis tutori ſit remiſſum, & bona baractentur debet deſcribere, & librum rationum conficere.*

12 *Pupillo, ſi tutorem non babet, aut ſollemnia non conficiet, curatorem ad litem dare debet.*

13 *Infanti quomodo ſit ad litem curator dandus.*

14 *Coniunctorum conſenſus præſumit pro pupillo rem bene geſtam.*

15 *Conuentorum conſenſus qua ratione ſtatuta in cõtractibus mulierũ & minorum requirunt.*

16 *Coniuncti requiſiti ſi nolunt conſentire, iudex ſuam interponit autboritatem non valet.*

18 *Curator ad litem datus, quæ debet adimplere de iure communi.*

19 *Curator ad litem de generali conſuetudine iurat, tantum vtilia agere, & inutilia omittere.*

20 *Curatorem ad litem quis iudex dabit, cauſa, domicilij, an originis.*

21 *Curator generalis an dari poſſit ad lites præſentes, & futuras.*

22 *Pupillus, ſi eſt maior infante, & tutorem babet, inſimul cum tutore eſt citandus.*

23 *Pupillus maior infante ſi nõ babet tutorem ſolus non poteſt citari, ſed etiam ſunt citandi coniuncti, vt valeat contumacia.*

24 *Adultus ſi curatorem non babet, poteſt ſolus citari, & intelligitur vt legitime compareat.*

25 *Iudicium proſequutum contra minores ſine tutoris, aut curatoris authoritate non valet.*

26 *Pubes ſi facit procuratorem cum iuramento valet iudicium cum eo factum, ſed babet reſtitutionem.*

27 *Pubes in cauſis ſpiritualibus, & matrimonij babet legitimam perſonam in iudicio.*

28 *Pubes in cauſa poſſeſſorij legitimè agit, & conuenitur.*

29 *Pubes in quibus cauſis babet in iudicio legitimam perſonam remiſſiue.*

30 *Pubes in omnibus caſibus in quibus ſine curatore adeſt in iudicio legitime conſtituit procuratorem.*

GLoſſa 14. Sed ſi vult agere contra minorem, primo debet inquirere
1 an infans ſit, vt docet Io. And. in addit. ſpecul. tit. de reo. §. 1. qui infans cũ citari non poſſit, l. quiq; litigandi, ff. de in ius vocãdo, Bal. in auth. offeratur, nu. 18. C. de lit. cont. Afflict. decis. 366.

366.in fin.& Vant.de nullit.ex defectu citat. nu. 69. ſi habet tutorem, ipſum citare faciat,l. 1.§.ſufficit, vbi Bar.ff.de adm. tut.Bar.in l.2. vbi etiam Caſt. ff.de eodit.furt.& in d. l.quiq. & declarat optime And. Gail. lib.2. obſ.107.nu.6. & inquit
2 Bal.in l.donatarū, in 1. lectura in fine,C.de acq.poſs.quod qui cum infante litigat, debet eſſe cautus,vt omnes actus iudiciales formare faciat in perſonam tutoris, nō autē in perſonam infantis, cum authoritate ipſius, cuius infantis tutor citatus ſi comparet, debet petente actore docere ſe perfeciſſe ſolemnia tutelæ, quæ adnotat Bar. in l.legitimos, ff. de teſt.tut.Bal.in l.1.§.ſolent, in 2.lect.ff.de off.pref. Vrb. & plene Cap. deciſ.50. non tam
3 an litē cogitur,per rit.M.Cur. 294.& ſi fuerit actor eius articuli nō recipiūtur, niſi doceat de ſollemnibus,vt eodē nu.rit. 294. vbi etiā Carau. quæ,& ſi multa ſint,tria tantum exhibere debet, delationem tutelæ,
4 inuentarium,& fideiuſſionem; eaq; ſufficere ex generali vſu Curiarū huius Regni teſtatur idem Carau. eod. ritu. num.5. quorum,& ſi de iure communi copia expenſis pupilli dari debet,vt dicunt Aret.in §. præterea n.35.inſt.de excep.& Vār. de nullit.cap. de nullit. ex defec.mand.n.149.in hoc Regno tamen ſufficit copiam deſcribendi facere Vrſil. deciſ. 177.
5 ſed ſi inuentarij confectio ſit à teſtatore remiſſa,cum ipſum conficere non teneatur,nō debet copiam exhibere,l.fina.C. arb.tut.& Affl.deciſ.262.quā, & ſi nedum remittere teſtator debet,imo,& prohibere,vt dicit Sali.in d.l.final.C.arb.tut. & Aret. in d.§.præterea n.34. de excep.moneat id eſſe bene animaduertendum, dicens vidiſſe in hoc peritiſſimos erraſſe,tamē contrariam opinionē, quod ſufficiat remiſſio tātum,
6 & nō ſit neceſſaria prohibitio dici communem Rip.in l.nemo poteſt,n.85.ff.de leg.1. atq; ēt communem, & in practica ab ea nō eſſe recedēdum,teſtatur Iul.Clar.lib.4. recep.ſent. ritu
7 de teſt.q.66.circa finē.& nedū tutori teſtamētario, ſed etiam legitimo,& datiuo remitti poteſt,glo.in l.3.§.tutores, ff. de ſuſp.tut.in l.tutores,in ver.publicarum, C. de adm.tutor. & plene Io.Gutt.de tut.& cur.p.
8 2.c.1.nu.37.quod poteſt facere teſtator nedum in præiudicium hæredis, ſed etiam lega-

tariorum, Caſtr. & Iaſ. in d. l. nemo poteſt, Alex. conſ. 82. vol. 2. & conſ. 49. volum. 4. & communem ēt affirmat Clar. loco prædicto, ver. quoad primum. Sed non poteſt in damnum creditorum, cum eis in ſuo teſtamento præiudicare non poſſit, Bald. in d. l. final. C. arb. tut. & in l. fina. §. cum igitur, C. de iur. delib. & ita voluiſſe communiter Doct. inquit Crau. conſ. 174. num. xj. Aut ſi iudex cognoſcit pupillo
9 expedire, vt tutori pſum conficiat, nam poteſt tutori mandare, vt conficiat, contra teſtatoris voluntatem, à qua ſæpe ex cauſa poteſt recedi, l. 1. in princip. l. 2. in fine, ff. vbi pupill. educ. deb. l. in confirmando, l. vtilitatem, ff. de confirm. tut. ita Bart. in l. nemo poteſt, num. 12. ff. de leg. 1. qui eſt communiter receptus, vt inquit Couarru. qui concord. congerit. var. reſol. lib. 2. cap. 14. num. 4. Maxime ſi noua cauſa ſuperuenerit, vt dicit Io. Fab. in l. fina. C. arb. tut. & hæc eſt æquior, & communior opinio, vt inquit Iul. Clar. loco prædicto in fine. Sic
10 pater quamuis non teneatur facere inuentarium de bonis filij, Bal. in l. cum oporteat, §. ſin autem, C. de bonis quę lib. & in aut. cauſa, C. de Epiſco. & cler. ſi tamen iudici videbitur ex noua cauſa, poterit cogi ad faciendum inuentarium ipſorum, nam aufertur via malignandi, & dilapidandi bona Miſing. qui ad hoc plura congerit cent. 2. Cam. Imp. obſ.
11 93. Quod & ſi remiſſum ſit, debet tamen bona deſcribere, ne baractentur, Io. Gutt. in l. nemo poteſt. num. 411. ff. de legat. 1. pulchrè Surd. deciſ. mant, 194. num. 6. & Theſau. deciſ. pedem. 80. eamq; eſſe veram, & communem concluſionem affirmant, auth. Pariſ. conſ. 61. Gab. recep. ſent. lib. 5. tit. de vſuf. concl. 1. nu. 35. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 144. & Ioſ. Ludo. deciſ. peruſ. 61. nu. 37. Et librum conficere, Plot. in l. ſi quando, C. vnde vi. Ioſ. Lud. deciſ. per. 4. & Io. Gutt. de tut. & cur. 2. cap. 1. nu. xj.
12 Quæ ſollemnia ſi tutor non exhib. aut ipſa non confecerit, vel abeſt, curator dari debet, Afflict. deciſ. 256. qui & ſi infanti dari non debet, vt inquit Afflict. deciſ. 262. & congerit alios Io. Gutt. de tut. & cur. par. 1. cap. 19. num. 24. ſi tamen tutor non reperiretur, poterit impartiri citatis agnatis,

Digitized by Google

& cognatis infantis, vt inquit Bald. in l. nec quoq; §. vbi decretum, col. 2. ff. de offi. procoſ.
13 & in c. 1. de nulit. vaſſal. itaque actor. debet à iudice petere, vt ipſum conſtituat, cum infans ipſum petere non poſſit, l. 1. C. qui pet. tut. Io. Fab. in §. inuit. inſt. de curat. & Carau. rit. 191. ob quod optime facit, ſi cognatos ad ipſum petendum requirat qui citandi ſunt, dum de re infantis agitur, qui caret tutore, l. ergo ſciendum, §. fina. ex qui. cauſ. maior. l. 1. ff. vbi pup. edu. debet, l. fina. & ibi Bal. C. eod. l. magis puto. §. in primis, ff. de reb. eor. qui ſub tut. quos veriſimile eſt defenſionem pupilli pupillęue nō ommiſſuros, vel propter neceſſitudinem, vel propter charitatem, vel quāuis aliam rationem, vt inquit Iureconſ. in l. hæc autem, §. ſin au-
14 tem, ff. ex qui. cauſ. maior. eūq; eligere, & impartiri, quem ipſi nominauerint, nam eorum cōſenſus pręſumit rem pro infante bene geſtam, l. impuberibus, ff. de ſuſp. tut. l. 2. C. de adopt. l. tutorem, ff. de his, qui vt in d. glo. in l. polla. C. eod. & plura congerit Menoch. de præſum. lib. 3. pręſum. 128. qua ratione plurium locorum ſtatuta in cōtractibus minorum, & mulierū requirunt conſenſum propinquorum, quod etiam lege lon-
15 gobarda cautum eſt, eoſque Mundualdos vocat, nam cum hi ſexus fragilitate, & conſilij defectu, multorum ſint inſidijs, & captionibus expoſiti, l. 2. ff. ad velle. l. 1. ff. de mino. vt doli metuſq; præſumptio ceſſet. & à contrahentibus non decipiantur, eorum præſentiam, & conſenſum expoſtulant, Bal. in l. 2. nu. 3. C. de adop. & in l. 2. nu. 12. vbi dicit ea ſtatuta æquiſſima, C. de reſcin. vendit. & congerit alios Fla. Cart. dec. Ianu. 46. nu. 9. idq, eo magis ſi proximiorum, quibus, cū ſpes ſucceſſionis pertineat, eo diligentius conſenſum præſtabunt, ita Bar. Bal. & cæteri in l. tranſactionem, C. de tranſ. & Iaſ. qui hoc pulchrè declarat in l. non ſolum in princ. ff. de oper. noui. nunpiar. & Bal. in l. 1. nu. 8. C. ſi quis ali. teſt. prohi.
16 Qui ſi conſentire noluerint ſine iuſta cauſa, iudex aditus ſi id cognouerit, poterit ſuam authoritatem impartiri, & ſupplere conſenſum proximiorum Bal. in l. 1. C. de nupt. & congetit alios Menoc. de arb. iud. lib. 2. caſ. 211. vbi hoc optime declarat: ſic etiam iudex nolēte patre filio in iudicio agenti ſuum.

Digitized by Google

ſuum conſenſum præſtare, eius vice ſuam authoritatē impartitur, l. fin. §. neceſſitatem, C. de bon. quæ lib. & Bald. in l. fina. §. in computatione, C. de iur. deliber. Idque quotidie in palatijs ſeruari inquit, Ioſ. Ludo. deciſ. Per. 16. & optime declarat deciſ. 13. in fine.

17 Immo nec ſententia lata pro infante valeret, ſi iudiciū ſine tutore, aut curatore actum eſſet, Bart. Alex. & Iaſ. in l. furioſo, ff. de re iud. & Iaſ. in l. non eo minus, in princip. C. de procur. qui etiam preſens dari debet, Bart. in l. qui habent, §. ſi pupillus, ff. de tutelis, & Auf. optime deciſ. Toloſ. 72. Qui

18 quamuis de iure communi debeat ſatisdare, & promittere ipsū defendere, vt inquit Bart. in l. & ſi, ff. rem pup. ſaluam for. & in l. legitimo, vbi optima addit. ff. de legit. tutor. & etiam inuentarium conficere, l. decretationibus, C. de Epiſ. aud. qui & ſi loquatur in curatore furioſi, etiam ad quemcūque minoris extenditur, l. qui neq; ff. de reb. cor. Bart. in d. lege legitimos, Aret. in §. præterea, circa finem, inſt. de except. & pluribus comprobat Ioa. Gutt. de tut. & cur. p. 3. cap. 3. num. 9. vſque ad finem.

19 Sed de conſuetudine non ſeruatur, vt inuentariū conficiat, Bar. in d. l. & ſi, & in l. qui habet, ff. de tutu. Nec vt fideiuſſionem præſtet Guid. Pap. dec. 330. & ita etiam Peruſij ſeruari, inquit Ioſ. Ludo. deciſ. Peruſ. 48. ſed tantum iurat vtilia agere, & inutilia ommittere, & ſic etiam in Camer. Imper. ſeruari inquit Andr. Gail. lib. 2. obſer. 108. circa finem, qui etiam inuitus datur, Io. Gutt. multa congerens dicens, etiā ita ſeruari, de tut. & cur. p. 1.

20 cap. 9. Sed quis iudex dabit hunc curatorem, an cauſę, domicilij, vel originis, & quidem, ſi ad vnicam cauſam datur, id efficiet iudex cauſę, etiam ſi ſit delegatus, l. fin. §. 1. & ibi Bart. C. de admin. tuto. cap. fin. de iud. in 6. quem tex. in l. fin. non eſſe alibi, inquit Alex. in l. 1. num. 21. ff. de iur. omni. iud. & Aret. in §. 1. num. 5. inſt. de curat. immo clerico coram iudice laico litiganti, poterit ab eo curator dari, concludit ex prædictis Miſing. cent. 2. obſ. 67. nu. 6. & Io. Gutt. qui addit concord. de tut. & cur. par. 1. cap. 1. num. 34. Cæterum ſi ſimpliciter, qui cum ad omnes cauſas datus videatur, glo. in l. propter litem, §. 1. ff. de ex-

Digitized by Google

cuſ. tutor, per iudicem domicilij, aut originis debet impartiri, Oldra. conſ. 59. quem allegat, & in Cam. Imper. concluſum, atque ita omnia aduerſantia poſſe conciliari, inquit Miſing. cent. 1. obſ. 87. Et cu-
31 rator generalis poteſt dari ad omnes lites, præſentes, & futuras, Cap. Tol. deciſ. 72. qui ſi fuerit datus ad omnes, & ſingulas cauſas, intelligitur datus etiam ad futuras. Teſa. qui de communi teſtatur, & deciſum refert deciſ. 59. & an includat fæudales, vide Io. Vincent. de Anna alleg. 118. & Fab. filium
32 in nouiſſ. addit. num. 328. Si vero pupillus eſſet maior infante, & tutorem haberet, ipſe & eius tutor citandi ſunt. Bal. Bald. & Alex. in l. ſi ex legati, ff. de verb. oblig. in l. fin. C. ſi prop. pub. Peruſ. & Ioa. Vin. de Anna, qui plures congerit ſing. 394. & ita intelligitur dictum Specul. titu. de primo, & ſecundo decre. & reſtat, qui negat citationem in perſonam pupilli ſufficere, quando tutorem habet, nam ſi eo careret in eius perſonam ſufficeret, & tacitam conditionem habet, vt legitime compareat, inquit Bal. in d. l. fina. C. ſi prop. pub. penſ. & in l. non eo minus, C. de proc. dicens ita procedere dictum Bar. in d. §. ſufficit, qui affirmat in eius perſonam tantum ſufficere, & in l. qui habet, §. pupillus, ff. de tutel. & Bald. ſequutus eſt Ang. in l. 4. de in
23 ius vo. Sed Imol. & Alex. in l. contra pupillum, ff. de re iudi. dicunt, quod ſi tutore caret, ſunt citandi coniuncti, vt pupillus conſtituatur in cõtumacia, & Alex. in l. ſi ex legati, ff. de verb. obligat. & inquit etiam in l. neq; ff. de in ius vocan. quod Bart. in d. §. ſufficit, eſt communiter reprehẽſus, quod ſolus pupillus poſſit citari, & reprobata Bar. opinione, ita communiter teneri affirmat Miſing. cent. 2. obſer.
24 45. Sed ſi eſſet adultus, etiam quod curatorem haberet, eſt in electione actoris citare quẽ velit, Bart. in d. l. 1. ff. ſufficit ff. de adm. tut. in d. l. fin. C. ſi prop. pub. penſ. in l. 1. C. qui pet. tut. in l. non ideo minus, C. de procurat. & intelligitur citatus, quod legitime compareat, glo. in l. ſi minor, in ver. inueniat, ff. de bon. aut. iud.
25 poſſid. Nec valeret iudicium ſine tutoris, aut curatoris authoritate, ſi contra minores eſſet lata ſententia, l. arcta, §. §. fin. l. contra pupillum, & ibi Bart.

Bart. & Alex. ff. de re iudi. l. contra minores, C. ſi adu. rem iudic. l. præſes, C. quo. & qua. iud. ſecus ſi pro eis, l. non ideo minus, C. de procur. & qualiter huic detur curator, declarat optime Miſing. cent. 2. obſ. 26 31. Sed ſi pubes carens curatore procuratorem cum iuramento conſtituiſſet, & promiſiſſet ratum habere quicquid ab eo geſtum fuerit, cum quo iudicium eſt proſequutum, tũc & ſententia valeret, etiam ſi contra ipſum lata eſſet, cum ſuo iuramento maior effectus eſt, Bar. in l. minor viginti quinque annis, ff. de minori, in aut. Sacramenta puberum, C. ſi aduer. vendit. Guid. Pap. qui ita iudicatum refert deciſ. 35. & deciſ. 494. Boe. deciſ. 92. & Io. Gutt. de iuram. confirm. par. 3. cap. xj. Et quamuis Abb. in cap. cum veniſſet, de in integr. reſtit. & in cap. penu. de empt. & vendit. dicat in integrum non reſtitui, tamen quod reſtituatur in integrum, dicit obtinuiſſe Vrſil. in Magna Curia Vicariæ deciſ. 114. & in Conſil. iudicatum Præſ. de Franc. deciſ. 448. & pulchrè Andr. Gail. lib. 2. obſ. 41. Idem in cauſis ſpiritualibus, vel connexis, in quibus pubes agit, & conuenitur, ſine curatoris authoritate, cap. ſi an. num. & ibi glo. & Doctor. de iud. in 6. & inquit quoq; glo. in l. an prætor, in princip. ff. de mino. quod maior quatuordecim annorum in beneficijs, agit, & conuenitur, & etiam in cauſa matrimoniali, cap. ex parte de reſt. ſpoliat. & plene Vant. de nullit. cap. vlt. num. 83. cum pluribus ſeq. nam cum in eo tempore pubes poſſit matrimonium contrahere, §. 1. inſt. de nup. & clericus beneficium obtinere, vt de refor. ſeſſ. 23. cap. 6. Concil. Trident. cenſetur etiã habilitatus, vt ex prædictis cauſis poſſit etiam in iudicio adeſſe, l. ad rem mobile, l. ad legatum, ff. de procu. l. 2.
28 ff. de iuriſd. omni. iudi. vel in cauſa poſſeſſorij, in qua etiam pubes in iudicio habet legitimam perſonam, l. momentaneę quam ibi Bal. extendit ad omnem poſſeſſionis cauſam, C. de his qui legit. perſon. glo. in l. vni. C. ſi de moment. poſſ. & Affl. deciſ. 283. nu. 5. quæ cum ſit parui præiudicij. d. l. vni. C. ſi de mome. poſſ. & plene Teſaur. deciſ. 15. par. p. facilius perſona minoris legitimatur, argu. l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. l. quamuis, ff. de cond. & demo.

Digitized by Google

demo.l.ſi debitori, ff.de iudic. ſunt & alij caſus,in quibus pubes habet legitimam perſonā in iudicio,& filiusfamilias agit ſine conſenſu patris, quos adnotat glo. magiſtralis in cap. ex parte de reſtit. ſpoliatorum in cap. ſi annum.de iudic. in 6. Doctores in l. non ſolum, §. neceſſitatem,C.de bon.quę lib. Specul. tit. de actore,in princip. ver. numquid, Rom. ſing. 230. Afflict. deciſ.180.&
30 & Præſ. de Franc. 494.& in his caſibus poteſt pubes procuratorem legitime conſtituere, cap.fin.de iudic. in 6. Bart. per eum tex. in l. etiam, ff. de manu. Vind. in l. neq; tutores in l.lect.2.tutius,C.de procur. in l. mutus, §. is qui, ff. eod.& & Ang. in l.2. per eum tex.C. de his,qui ven.ætat.impetrau.

SVMMARIVM.

1 *IVdicium factum cum tutore, & curatore minus legitimis, ſed decreto approbatis valet.*

2 *Decipi nemo debet ſub clipeo legis, aut iudicis.*

3 *Electus nulliter ad officium, aut dignitatem, ſed à ſuperiore confirmatus valent ab eo geſta.*

4 *Iudicium geſtum cum procuratore non legitimo, ſed à iudice approbato non valet.*

5 *Iudex poteſt ſupplere defectum tutoris, & curatoris.*

6 *Iudicium factum cum ſindico non legitimo, ſed à iudice confirmato, an valeat remiſſiuè.*

7 *Decretum confirmans tutorem, & curatorem, quæ verba debet continere.*

8 *Procuratoris mandatum lite conteſtata, morte principalis non eſt reuocatum.*

9 *Procurator lite conteſtata eſt effectus dominus litis.*

10 *Procuratori lite conteſtata omnia acta litis ſunt intimanda, & in eius perſonam eſt ferenda ſententia.*

11 *Inſtantia cepta cum defuncto tranſit in hæredem, ita qualificata, ſicut erat apud defunctum etiam in appellatione.*

12 *Inſtantia ſi tranſit in minorem, an uti poſſit beneficio ad pinguius probandum, & quid in appellatione remiſſiuè.*

13 *Inſtantia cepta cum defuncto, an tranſeat in ſucceſſorem ſingularē, ut dignitatis, officij, & beneficij, nouiſſimè.*

14 *Hæres tenetur proſequi litem ceptā coram eodem iudice, quamuis ei ſit incompetens.*

15 *In iudicio, & ſententia quoq; quaſi contrahitur.*

16 *Iudicia ſunt redacta ad iſtar contractuum.*

17 *Ea, quæ à defuncto legitime geſta ſunt, non reuocantur priuilegio hæredum ipſius.*

18 *Iudicium proſequi poteſt cum procuratore etiam mortuo principali, & ferri in eum ſententia in damnum hæredum.*

19 Sen-

19 *Sententia in cauſis ſummarijs, & de iure canonico, poteſt ferri in perſonam procuratoris, aut domini.*

20 *Expenſa, & præparamenta faciunt deſinere rem eſſe integram.*

21 *Procurator generalis ad negotia, quoad cepta, morte principalis non eſt reuocatus, ſecus quoad non cepta.*

22 *Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.*

23 *Procurator alicuius negotiationis in ceptis, & non ceptis, morte principalis non eſt reuocatus.*

24 *Iuriſdictionem exercens in aliquo actu totam iuriſdictionem retinet. Si cauſa habet ex priuilegio, ſecus ſi ex perſcriptione.*

25 *Delegatus ad Vniuerſitatem cauſarum, citatione vnius perpetuat omnium iuriſdictionem.*

26 *Iuriſdictio qualiter, & per quos actus perpetuetur.*

27 *Barones habent proprietatem iuſtitiæ, & eorũ iuriſdictio habet proprias radices.*

28 *Clauſula in reſcripto adiecta præſentibus poſt quinquennium minime durationis, eo elapſo etiam quoad cauſas ceptas ceſſat iuriſdictio.*

29 *Officialis Baronis alicuius loci, eo mortuo durat in cauſis ceptis, & non ceptis.*

30 *Mulieres, & impuberes iuriſdictionem in officium habere nõ poſſunt, nec iudicandi munus exercere.*

31 *Mulieres, impuberes, & alij incapaces, vti hæredes Principum, & Baronum habentiũ vaſſallos, poſſunt iuriſdictionem exercere.*

32 *Regina Ioanna ſedens in Regali ſolio, protulit ſententiam contra ipſos de Balſo.*

33 *Tutrices balia, & vicaria habentium vaſſallos cum iuriſdictione poterunt illam exercere.*

34 *Pœna, quæ delinquentibus inferũtur, ſunt exemplo fulminum, quæ paucorum periculo cadunt, & omnium metu.*

35 *Tutor lite non conteſtata facit actorem cum decreto iudicis, ſed poſt litem conteſtatam ſolus facit procuratorem.*

36 *Tutor poteſt ſolus reuocare procuratorem factum lite conteſtata, ſed factum antea non poteſt.*

37 *Vniuerſitas ſola poteſt reuocare ſtatuta etiam pœnalia, factá cum aſſenſu ſuperiorum.*

38 *Vniuerſitas poteſt pœnalia ſtatuta facere in vim conſenſus, & permiſſionis ciuium non in vim iuriſdictionis.*

39 *Curia ſi pœna applicatur in caſu contrauentionis, ei non dicitur aliquod ius competere, niſi facta contrauentione.*

40 *Donans poteſt conditionem appoſitam in donatione in tertij beneficium reuocare, antequam conditio exiſtat.*

41 *Procuratoris reuocatio, quæ expreſſe fit, à pari procedit cum ea, quæ tacite fit per mortem.*

42 *Procurator conſtitutus à tutore, vel adminiſtratoribus vniuerſitatis, lite conteſtata ipſius mortuis, vel officio functis non eſt reuocatus.*

43 *Procurator ſubſtitutus ob abſentiã ab alio ad hoc habente poteſtatem, ſi ſubſtituens moritur re non integra.*

Digitized by Google

gra durat ſubſtitutus.
44 *Officialis factus ob abſentiam alterius, abſente mortuo durat.*
45 *Acta facta à locumtenente electo ob abſentiam ordinarij valent ea die qua ordinarius fuit abſens, & praſens.*
46 *Procurator à beneſitiato creatus ſuper re ipſius beneficij, ſemper morte beneficiati reuocatur.*
47 *Beneficiati, & Eccleſia Rectores aquiparantur vſufructuarijs.*
48 *Soluto iure datoris ſoluitur ius acceptoris.*
49 *Beneficiati facientes procuratorem nomine Eccleſia, ipſius mandatū non ſoluitur morte beneficiati.*
50 *Sententia lata contra beneficiatum mortuum valet, quia eccleſia nūquam moritur.*
51 *Procurator beneficiati ſicuti ipſius Morte reuocatur, ita eo depoſito renunciante, aut tranſlato.*
52 *Beneficium expectans morte vacādum, ad id admittitur ſi vacaue rit depoſitione, renunciatione, & tranſlatione.*
53 *Pralatus locans bona Eccleſia, & nolens teneri ad intereſſe ſi moritur, nec tenetur ſi fuerit ad aliam Eccleſiam promotus.*
54 *Procurator à patre factus in bonis filij, ſemper morte ipſius reuocatur.*
55 *Procurator morte principalis ſemper reuocatur, ſi bona, qua remanent ſunt vacantia.*
56 *Procuratoris mandatum in quibus caſibus re integra, morte conſtituentis non reuocatur, remiſſiuè.*

GLoſſa 15. Comparet tutor, aut curator pro minore conuento, & dum aliqua per actorem aduerſus eos eſſent obiecta, iudex decreuit eorum perſonam legitimam, & cum eiſdem iudicium proſequendum, an ſi in exitu cauſæ apparebit aliqua defeciſſe, ex quibus iudicium rueret, ſi iudicis decreto firmum
1 ſit. Et vtique ea iudicis authoritate iuditium geſtum validum eſt, Specul. tit. de except. & replicat in princip. nu. 30. & de reſcript. præſent. §. igitur, in fine, & eius authoritate Veron. quod pro notabili cauſa refert, validandi pro-
2 ceſſum, caut. 17. dicens quod iudicium non reuocabitur, ne actor decipiatur authoritate iudicis, l. fin. C. de his, qui vene. ætat. l. bonorum, C. qui admi. l. ait prætor, §. permittitur, vbi glo. ff. de minor. l. Paulus, ff. de pret. cuius decretum actori iuſtam cauſam præbuit, l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſ. l. qui auctore, l. factum à iudice, ff. de reg. iur. ſic nulliter electus ad aliquam dignitatē, ſi poſtea electio fuerit per ſu-
3 periorem confirmata, licite ipſam dignitatem poſſidet, & geſta per ipſum valida ſunt.

Digitized by Google

Rot. deciſ. 191. & Capp. To-
4 loſ. deciſ. 431. Quod tamen in tutore, & curatore tantum procedit, non etiam in procuratore, quamuis de eo etiam loquantur, alleg. Doct. cum tutor, & curator à iudice creari poſſunt, ſed non procurator, qui à litigantibus eligitur, ita Bald. ad literam in l. prima, §. idem Pomponius, ff. quod fal. tut. & in l. licet, in fine. C. de
5 procur. Nam iudex ob id poteſt ſupplere defectum tutoris, & curatoris, glo. & Doct. in l. 3. C. de in integr. reſtit. Et quamuis iureconſul. in d. §. idem Pomponius loquatur in tutore, etiam curatorem compræhendit, glo. in l. 2. C. de curat. furioſ. Bald. in d. l. licet num. 12. C. de procu. & in l. qui neq; ff. de reb. eor. qui ſub tut. & plene Ioa. Gutt. dicens gloſsam prædictam communiter approbatam de tut. & cur. par. 3. cap. 3. à principio
6 vſque ad num. 9. Sed an prædicta procedant etiam in ſindico. Vide Ioa. And. in addit. Specul. tit. de ſindic. §. fin. & Vant. de nullitat. ex defectu mandati num. 153. Quod tamen dictum eſt, vt iudicium peractum cum perſona tutoris & curatoris validum ſit, ſi iudex eorum perſonam approbauit, ita verum eſt, ſi non tantum eorum perſonam legitimã
7 decreuerit. Sed amplius addiderit, ſe ratum habiturum, quicquid per eos geſtum fuerit, nec ſufficeret ſolum eorum perſonam legitimam decerni, ita Bart. in l. 2. num. 15. ff. de appell. recip. Quæro an iudicium per defunctum cum procuratore cæptum, poterit per hæredes minores ſine tutoris perſona proſequi. Et quidem ſi mortuus eſt re non integra,
8 ſed lite per procuratorem cõteſtata, cum mandatum non fuit morte reuocatum, l. ſi defunctus in princip. ff. de proc. glo. in l. mandatum, C. mandati, & in §. recte, inſtit. eod. Videtur quod proſequi poterunt, cum litis conteſtatione
9 fuit procurator effectus litis dominus, l. ab exequutore, §. fin. ff. de appell. l. procuratoribus, l. nulla, C. de procur. imo litis conteſtatione res in iudicio deducta ſit procuratoris, l. ſi procurator, ver. ſi. poſt litem, ff. de dol. except. & ideo in ſingulis actis citari debet,
10 aliàs non valeret proceſſus, Bart. in l. mutari, ff. de procur. in l. ſi furioſo, ff. de re iud. & in l. procuratoribus, C. de

Digitized by Google

procur. nec valeret ſententia, in qua non procurator, ſed dominus eſt condemnatus, l. 1. C. de ſent. & interloq. omn. iudi. & inſtantia cæpta cum defuncto, tranſit in hæredem, l. ſi petitor, l. ſi is, qui Romæ, ff. de iudic. l. ſi hominem, & ibi Bart. ff. de adeiuſ. plene Caraui. qui etiam addit pra-
11 cticam, rit. 234. & tranſit inſtantia ita qualificata ad heredem, ſicuti erat apud defunctum, l. fin. §. fin. & ibi Bald. ff. de fideiuſ. & nominat. quod etiam in cauſa feudali procedere inquit Cap. decif. 186. & in cauſa appellationis Bal. in l.
12 1. C. ſi pend. appell. quid ſi transferatur in hæredem minorem, an vti poſſit beneficio ad pingnius probandum vide Affl. deciſ. 212. Præſ. de Fran. deciſ. 261. & quid in cauſa appellationis vide eundem Præſ. deciſ. 648. & And. Fachi. cont. iur. lib. 12. cap. 43. & ſicuti inſtantia träſit in hæredem vniuerſalem, ita etiam in ſingula-
13 rem. plene declarat Pereg. de fideicom. art. 53, num. cum ſeq. aut in ſucceſſorem dignitatis, & officij, vbi hoc quoq; declarat, quæ adeo tranſit inſtantia in hæredem, quod litẽ cæptam debet proſequi coram eodem iudice, quamuis hære-
14 di incompetens ſit, vt pluribus congeſtis cõcludit Couar. lib. vni. pract. quæſt. cap. 14. 8. & communem dicit Surd. deciſ. 110. & in Cam. Imper. ſeruatã And. Gail. lib. 1. obſ. 17. Proinde cum mandatum procuratoris, initium habuit à defuncto, poterit exequi abſq; ſollemnitate tempore hæredum minorum, l. ſi quis, §. impubes, ff. de inſt. actio. l. fiſtulas, §. 1. ff. de cont. empt. quæ & ſi loquantur in contractibus, & t
15 iudicia comprehendunt, cum in eis etiam quaſi contrahitur, l. 3. §. idem ſcribit, ff. de pecul. Bal. in l. 1. C. de fal. cauſ. leg. adie. & in l. 1. not. 2. C. de ſent, quæ ſine ſcit. quant. & in ſententia quoq; quaſi contrahi, inquit idem Bal. in l. 1. nu. 5. C. ſi plur. vni ſent. in l. ab
16 exequutore, §. fin. C. quo. appel. in l. eos, §. nec temere, C. de appell. & in l. 2. in fin. vbi de vtroque notabiliter loquitur, ff. de pret. ſtipul. dummodo ſententia in perſonam procuratoris proferatur, l. nulla, vbi Bald. & Alex. C. de procurat. l. ſi defunctus, ff. eod. Bald. in l. 1. ver. quæro mortuo, C. de ſent. Abb. in c. mandato de proc. Cap. deciſ. 186. & And.

Digitized by Google

& And. Gail. lib. 1. obſ. 199.
17 Nam cum iudiciũ habuit originem, & ſubſtantiatur cum perſona procuratoris à defuncto creati non debet in dubiũ reuocari, & ſuſpendi ex perſona hæredum minorum ætatis priuilegio, l. ea quæ, C. de reſtit. milit. i. 1. & vlt. C. qua. decre. opus non eſt. Et proinde quamuis ſententia lata contra mortuum ſit nulla, l. penu. ff. quæ ſent. ſine appel.
18 Si tamen iudicium fuit proſequutum cum procuratore, cũ quo fuit lis conteſtata, poterit ſententia proferri in perſonam ipſius in damnum hæredum. Bal. in d. l. nulla, C. de procur. Præſ. de Franc. deciſ. 245. in princip. & Conſ. Rouit. qui ad hoc plura notabilia congerit, & practicam Sacri Conſilij refert, in rub. prag. de procur. nu. 60. Quod tamen dictum eſt ſententiam debere proferri in
19 perſonam procuratoris, qui litem conteſtatus, non procedit in Regno in cauſis ciuilibus, quæ cum ex ll. ſunt effectæ ſummariæ, ſufficit in ipſis quod ſententia proferatur in perſonam procuratoris, vel domini, nec in eis ſeruatur diſpoſitio d. l. 1. C. de ſent. inquit Bart. in conſt. ad reprimendũ, in ver. figura in fine, & Guid. Pap. qui etiam in eo Senatu ſeruari inquit deciſ. 431. nec de iure canon. quò nihil refert in cuius perſonam domini, an procuratoris ſententiæ verba dirigantur, glo. in cap. ſuſcitata de reſt. in integr. In c. quærelam, quæ aliquas cauſas, excipit de electio. & ita generaliter ſeruari in Cam. Imper. affirmat And. Gail. lib. 1. Cam. Imp. obſ. 111. Quæro iterum aliquis factus eſt procurator generalis ad negotia, & cum aliqua incoaſſet, aut in eis ex-
20 penſas, & præparamenta feciſſet, quæ faciunt deſinere rem eſſe integram, glo. in l. ſi pecuniam, ff. de condit. indeb. & in l. mandatum, C. mand. mortuus eſt principalis, in quibus mandatum durat? Et
21 ſiquidẽ ſunt diuerſa negotia, & ſeparata, in his in quibus res integra non eſt, mãdatum durat, in alijs morte reuocatum eſt, Sali. in l. ſi quis, §. ſi impubes, ff. de inſt. actio. & Aret. optime in §. recte num. 1. inſt. mand. nam ex diuerſis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de mino. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acqu. poſſeſſ.
22 Et ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio, l. fina. & ibi Bar.

ff. de calumniat. l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig. l. 3. ff. de off. aſſeſ. l. ſi maritus, ff. de donation. inter vir. & vxor. ſed ſi fuiſſet factus procurator ſuper re vniuerſali, qui dicitur inſtitutor, Bart. & Dec. in l. inſtitutorem, ff. ſi cert. peta. vt negotiationi quæſtionariæ, & menſæ negotiorũ, l. cum pater, §. menſæ, ff. de leg. 2. quæ plura continet negotia
23 tãquam genus plures ſpecies, tunc ſi geſſit aliqua in ea compræhenſa, & ſi quo ad alia res integra ſit, tamen cum totum videatur inchoatũ, quoad omnia firmum remanet, & poterit omnia negotiationem ipſam concernentia agere, Saii. in d. l. ſi quis, §. ſi impubes, & Aret. in d. §. recte, dicentes ita procedere, d. §. ſi impubes, & Ioa. Gutt. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. xj. num. 15. niſi procuratoris conditio eſſet mutata, Bart. in l. eius, qui, vbi cæteri DD. ff. ſi cert. pet. & ita refert deciſum Præſ. de Franc. deciſ. 466. & dicit quoq; Bart. in tract. de iuriſd. quæſt. 1. num. 21. procuratoris mandatum ad negotia, in negotijs non cæptis, vel negotiatione cæpta non connexis, non curare, & allegat d. §. ſi impubes, & alia quædam iura, & idem dicit in l. ſi epiſtolam, ff. de acquir. hæred. Hæc autem negotiatio cum ſit vniuerſale ius, vt dicunt glo. & Bart. in d. l. cum pater, §. menſæ, ff. de leg. 2. tanquam corpus plura continens membra, quod in vno factum eſt, in tota negotiatione factum cenſetur, ſicuti qui auriculam alicuius tetigit, totum corpus tetigiſſe videatur, l. vulgaris, ff. de furt. ſic etiam conceſſa vni-
24 uerſali iuriſdictione in aliquo loco alicui, ſi ea vſus fuit, quo ad certos actus. videtur etiam quoad omnes vſum fuiſſe in generali conceſſione contentos, & totam iuriſdictionem retinuiſſe, Innoc. in cap. dilectus de capp. mona. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere, actuque priuato, in l. 3. in princip. ff. de acq. poſſeſſ. Ang. optime in l. vna eſt via, ff. de ſer. ruſt. præd. Bal. in optimo ſimili. in l. vni. in 2. lect. ff. de off. præſ. Auguſt. & Cap. Toloſ. & Auf. qui id optime declarant, deciſ. 323. Quod procedit ſi habetur ex priuilegio, ſecus ſi ex præſcriptione; nam ad alios actus non extenditur, & tantũ per ſcriptum, quantum poſſeſſum, cap. cum contingat de decim. Bart. in d. §. hoc interdicta,

dicta, & l. ſi publicanus, §.fin.
ff. de pub. & vecti. Boer.deciſ.
227. num. 4. Pet.Nuñez de
exec. mand.par.1.cap.1.num.
25. & Couarr. qui id pulchrè
declarat variar. reſol. lib.1. c.
17.nu.13. cum ſeq. Ex quibus
inquit Bar.in l.more maiorum
num. 14. quam legit cum ſeq.
& ibi Angel.Alexan. & cæteri
Doct. ff. de iuriſd. omnium
iudi. quod quando conceditur
alicui vniuerſitas cauſarum
25 vnica commiſſione, non facta
ſpecificatione ipſarum, ſi in
vna incepit procedere, quoad
omnes eſt iuriſdictio perpe-
tuata, ita vt morte mandantis
non ſit reuocata delegatio,
26 Quibus autem modis, & per
quos actus iuriſdictio perpe-
tuetur, vide Alex.in rub.C.de
in ius voc. in l. more maiorum
& ibi Iaſ. ff. de iuriſd.omnium
iud. Fel. in cap. relatum, de
off. deleg. Gab.recep.ſent.lib.
2. tit. de cit.concl.2.& 3.opti-
me, & pleniſſime in omnibus
capit. diſtinguẽdo,de commu-
ni opin. teſtatur Bellon. conſ.
70.quod tamen intelligendum
eſt in mandato domini tempo-
ralis,qui iuriſdictionem ad hę-
27 redes tranſmittit, vt ſunt Ba-
rones, qui dicuntur habere
proprietatem iuſtitiæ, & eorũ
iuriſdictio habet proprias ra-
dices, ſecus ſi haberent ex al-
terius commiſſione, vt ſunt of-
ficiales,qui iuriſdictionem non
habent in proprietatem,ſed in
officium, Io. Fab. in l. & ſi ſe-
uerior, C.ex qui cauſ. infa. ir-
rog. Dec. in l.principalibus,ff.
ſi cert. petat. plene Præſ. de
Fran.deciſ.370.in princ.deciſ.
165. num.6.&7. & deciſ.510.
num.7. dicens iuriſdictionem,
quæ habetur in officium valde
differre ab ea, quæ habetur in
proprietatem, & inquit Ang.
in auth. vt nulli.iudi. §. vt au-
tem num. 29. quod habentes
iuriſdictionẽ in dominium, vt
ſunt Comites,& Barones,poſ-
ſunt ſibi commodum pęnarum
applicare, ſecus ſi haberent in
officium, ſic quoq; Pet.Iacob.
titul.de iuriſdict. ait, quod iu-
riſdictio Baronis, qui eam ac-
quiſiuit tempore, vel alio mo-
do,tranſit in hæredem,& eſt in
patrimonio Baronũ, ſicut aſi-
nus in patrimonio ruſtici,quod
etiam optime declerat Couar.
pract. quęſt.lib.ſing.cap.4.nu.
4. & Capob.de Baron. prag.6.
num.97.cum ſeq. nam tunc,&
ſi eſſet delegatus ad vniuerſi-
tatem cauſarum, morte dele-
gantis eſſet iuriſdictio reuoca-
ta, Bald. in l.mandatum nu.4.
C.mand.

G.mand. in l. ſi aliquando nu. 7. ff. de off.proconſ. Ioan.Fab. in §.etiam ſi adhuc, nu.5. inſt. mand.quem refert. & ſequitur Pet.Nuñez de exeq. mãd.par. 1,cap.3.num.3.& Sali.in l. inter cauſas,in princip.ff.eodem.

27 Vel ſi in reſcripto delegationis eſſet appoſita clauſula,prę ſentibus poſt quinquennium, vel aliud tempus minime duraturis,cũ quinquennio elapſo etiam quoad cauſas cęptas nõ durat iuriſdictio,vt firmat Ioa. And.in addit. Specul.tit.de lega.§.fin.col.vlt. & Cap.Toloſ. deciſ.356.& deciſ.364.vbi op-

29 tima addit. Anſ. Proinde, inquit Aret.in dicto §.recte, nu. 9. quod ſi Baro, cuius iuriſdictio eſt trãſitoria ad hæredes, demãdauit alicui vniuerſalem iuriſdictionem in aliquo loco, quod illa incoata geri, non finitur morte Baronis, etiam in cauſis non cęptis; quia, vt dominus mandauit, quod etiã pulchrè declarat Ioan. Gutt. pract. quæſt. lib.3.quæſt.11.n. 13.cum ſeq. & ex eo quoq; fit cum differat iuriſdictio,quę re-

30 tinetur in officium,ab ea, quæ habetur in proprietatem, vt quamuis mulieres, & impuberes nõ poſſint eam iuriſdictionem exercere,quæ habetur in officiũm,l.1.ff.ad vellei. l. ad rempublicam, ff. de muneri. & hono. l.ſpurij, §.minores, ff.de decurio.l.fęminę,ff. de reg.iur., in mulieribus quinq; affert rationes,Bald.in l. quoties,C.de ſui. & legit. & in impuberibus plures Io.Gutt.de tut. & cura. par.1.cap.18.nu.2.cum ſeq. ſi tamen non in officium, ſed ratione dominij, & proprietatis iuriſdictionem haberent, vt in mulieribus præcellentibus,ve-

31 luti in Reginis, & Comitiſſis, quæ ſuccedũt in Regno,& Comitatu, maſculis deficientibus ex conſuetudine, vel ex priuilegio,vt dicit Bart.in l.vni.nu. xj. C.de mulier. & in quo loco lib.10. qui loquitur de Regina Ioanna, & probatur in cap. cũ deuotiſſimam,in quę,2. ex quo apparet mulierem fuiſſe Reginam,tunc vti hæredes Regum, & Principum poterunt iuriſdictionem exercere, & mulieres per ſe ipſas, impuberes vero per eorum tutores, & curatores, ipſam exercebunt, Bart.in l.quidam conſulebant, ff.de re iudi. Ang. & Bal.in l.ſin.C.de milit.teſtam. Ang. loquens de Comitiſſa Matilda,& Regina Ioanna in l.1.§. ſexum, ff.de poſtul. & in l. cum prætor, §. penu.vbi etiam Caſt.ff.de iudi. dicens

32 dicens quoque eamdem Reg. Ioannam in ſolio Regali ſedẽtem tuliſſe ſententiam contra illos de Balſo, & cõgerit alios Dec.conſ.32.in fine,quę deinde cum nuptæ ſunt adminiſtrabũt Regna, Comitatus,& alia feuda per earum viros, qui ẽt Reges, & Comites vocantur, vt plene adnotant Ioan. Gutt. de tut.& cur.par.1.cap.18.nu. 30. cum ſeq. & Conſil.Maſtr. de mag. par.p. lib.2. cap.4. & par.2.lib.4. cap.13.num.205. cum ſeq.quę fœminę in Regno deficientibus maſculis ſuccedunt in feudo, Baronia, & Comitatu, & factæ ſunt capaces ex inueſtitura, & ſucceſſione, vt ex conſt. in aliquibus, & vt de ſucceſſionibus,& per Præſ. de Fran.deciſ.7.& 73.num.14
33 cum ſeq. Atq; etiam poſſunt exercere iuriſdictionem vti tutrices,& baliæ,filiorum, & nepotum habentium baronias,& feuda cum vaſſallis, & vti vicariæ,& procuratrices. filiorũ, & virorum abſentium,quę habent eandem poteſtatem, quã habet eius vir,aut filius, vt inquit Garau.rit.M.C.1. in fine, & poſſunt iuriſdictionem mãdare,componere delicta,facere gratias, & omnia alia, quãuis feuda non habeant in dominium,& concludit Reg.de Ponte conſ.36.num.54. prout hactenus vti tutrix, & balia Illuſtriſs. Marchioni Pollę filij, nunc tamquam vicaria,& procuratrix generaliſſima totius ſtatus. iuriſdictionem exercet Illuſtriſs. Elionora Spinella mater . Nedum vitæ innocentia, & ſanctitate, ſpeculum Illuſtrium fæminarum, immo,& Baronum, & Illuſtrium titulis decoratorũ, in optima iuſtitiæ adminiſtratione, adeo ſtaterã geſtans in manibus ęqua lance ius ſuum vnicuique tribuit, & ſeuiens in improbos, bonos in pace tuetur,malos deterret,& à delinquendi propoſito auertit, fulminum exemplo, quæ
34 paucorum periculo cadunt,& omniũ metu, vt inquit Senec. de clement.ad Neron. li. vnic. cap.8.Et ita in commodis ſubdictorum delectatur, vt plures vniuerſitates ipſius ſtatus mole æris alieni collapſas, & iam ruentes,ſua prudentia,pietate, & auxilio, ſubſtinuit,& erexit, optime ſeruãs illud Diui Thomæ opuſc. 22. ad Duciſſ. Brabant. Principes, inquit, ſunt à Deo inſtituti, non quidem, vt propria lucra quærant, ſed vt communem populorum vtilitatem procurent, quæ, & maiora

iora non exauditu, ſed expertus loquor,& in dies experior, cum annis elapſis ſua benignitate in officium Auditoratus ſui ſtatus me elegit, in quo ad huc pari fauore me fouet, & conſeruat. Et vt redeamus vnde diuertimus. Quæro ſi eſt factus à pupillo procurator cũ
35 authoritate tutoris, an ſolus tutor poterit ipſum reuocare, & dicendum eſt, aut lite conteſtata per tutorem, factus eſt procurator,quo tempore ſolus poteſt procuratoré conſtituere, l. neque tutores,C.de procurat,aut ante litem conteſtatam, quo tempore non poteſt procuratoré creare,ſed actoré cum iudicis decreto, l.decreto ff.ad trebel.§.fin.inſt.de curat. primo caſu ſolus poteſt reuo-
36 care, cum procuratoris mandatum à perſona ſua ſumpſit robur, & in ea ſubſtantiatur, ſecundo caſu,cum ſolus efficere nõ potuit, nec poterit ſolus reuocare,cum à pari procedũt cõſtitutio, & reuocatio, Inno. in cap.bonæ de elect.c.3. cum glo.de procur.in 6.Bart. in l.ſi epiſtolam,ff.de acqu. hæred.in l,actor.num.9. ff. rem rat hab. in l.ambitioſa,num.33.ff.de decret.ab ordi. faci.in l.2.in fine,ff.de opt.legat. Bald. in l. neq; tutores, C. de procur. & Ang.in l.nec ciuitatis, ff. eod.
37 Ex quibus dicendum eſt,ſtatuta etiam pęnalia per vniuerſitatem alicuius caſtri condita, etiam cum authoritate ſuperioris iuriſdictionem habẽtis, poſſe ſine ipſius conſenſu, per eamdemmet vniuerſitatem reuocari. Nam cum ipſa vniuerſitas potuit non vi iuriſdictionis. ſed permiſſionis ea ſtatuta
38 facere, vt dicit Bald.in l. 1. in princip.ff.de iuriſd.omni. iudi. & communem dicit Iaſ. in l. omnes populi,num.26. ff.de iuſt. & iur. & ex conſenſu pœnam apponere glo.in cap.cum aliquibus,in ver.authoritate de reſcrip. in 6. Aret. per eam glo.in §.ius autem ciuile num. 101. inſt.de iuſt.&iur.& Cap. Tol. vbi optima add.deciſ.405 nec authoritas ſuperioris ſit neceſſaria,Abb.in cap. clericis de for.compet.in cap.fin. de conſuet.& Alex.conſ.127.vol. 2.cum ſola potuit ea ſtatuere, & ſi adſit ſuperioris conſenſus, cum non ſit neceſſarius,potuit ſola reuocare,cęterorum ſi eſſet neceſſarius,Bar.in d.l.actor num. 9. in d.l.ambitioſa, in l. omnes populi, num.33. ff.de iuſt. & iure, in l.omnium, vbi Alex. & Iaſ.qui plura congerit

C.de

Digitized by Google

C.de teſtam. Abb.in cap.dilecti, de præb. & Specul.tit.de leg.§.fin.num.5.cum conſtitutio, & renũciatio à pari procedunt, Inno.in d.cap.bone.de elect.& alij DD. alleg. & quibus modis res contrahitur, eiſdemmet diſſoluitur, l. prout quiſque, ff.de ſolut.l.nihil.tam naturale, ff.de reg.iur. l.1.& 2. C.qua. licet ab emp. diſced.& opinionem Abb.in d. cap.dilecti, dicit veriorem Ferdi. Vaſq. illu.contr.lib.1.cap.35.nu.13. potiſſimum cum ad ipſius vniuerſitatis vtilitatem condita ſunt, dicens, quod cum ea ſtatuta facta ſint ad ipſius vniuerſitatis vtilitatem, & vt ſibi conſulerent, ea facultatem à ſuperiore accepiſſe creditur, non vt nocerent ob quod cũ factũ ſit ad ipſius vtilitatem poterit cũ noxia eſſe cęperint, tollere, & idem inquit Bal. in cap.1.de pace conſt. Tiraq.in l.boues, §. hoc ſermone, n.17. ff. de verb. ſignifi.& Capob. qui infert ad notab. quæſtionem de Baron.
39 prag.8.num.189. Nec quatenus forsã pęna in ſtatutis adiecta curiæ applicetur, efficit, vt eius conſenſus requiratur, cum eius non interſit, niſi commiſſa pęna, cæterum ante, eum reuocari poterit, l.2. vbi Bald.C.ſi ſer.expor.ven.l.3.ff.eod.l.1.C. ſi mancip.ſuer.alien.l.3. ff.qui
40 ſine manu. Sic etiam donans poteſt conditionem in tertij beneficium in donationem appoſitam, eo abſente, & ignorãte reuocare, vt dicunt Bart. Alex.Caſt.& Iaſ.in l.qui rem.e. §.flauius, ff.de ver.oblig. Cap. Toloſ.deciſ.73. congerit concord. & ex plurium ſententijs dicit communem, eamq; optime declarat, & exornat Couar.var.reſolutionum lib. 1. c. 14. num.7. cum pluribus ſequ. Quæro ſi mortuus eſt tutor, an ſit procurator reuocatus, & idem dicendum eſt, vt in reuocatione diximus, cum ſi fuit ab eo factus lite conteſtata, reuocatus eſt, ſecus ſi ante, cum à pari procedit expreſſa reuoca-
41 tio, & tacita quæ fit per mortem, Bart. in l. ſi epiſtolam, ff. de acqu. hæredi. & in l.nequã tutores, & ibi quoq; Bal.C.de procur. Idem quoque dicendũ eſt ſi fuerit ſuo officio functus, ſecundum d. diſtinctionem, Bart.in l.centeſimis, § fin.ff.de verb. oblig. Sed ſi lite conte-
42 ſtata per procuratorem, mortui ſunt tutor, aut curator, vel adminiſtratores vniuerſitatis, vel eorum officium functum eſt, mandatum non eſt reuoca-

Digitized by Google

tum, Bald. in d. l. neque tutores & in l. mandatum num. 11. vbi reddit rationem C. mandat. & Conſ. Rouit. qui hoc pulchrè declarat in rub. pragm. de procur. num. 7. cum ſeq. Idem di-
43 cẽdum eſt in procuratore ſubſtituto ob abſentiam ab alio procuratore, habente ad hoc poteſtatem, vt ſi ſubſtituens moriatur re non integra, duret ſubſtitutus, arg. C. ſi delegatus de offic. deleg. cum ſubſtituti mandatum ob alterius abſentiam, eò mortuo duret, l. quæſitum, ff. de tut. & d. c. ſi delegatus, quid & ſi loquatur in iudice delegato compræhẽdit etiam procuratorem, l. & quia in fine, ff. de iuriſ. omn. iudi. Innoc. in cap. cum olim de offic. deleg. & in cap. in noſtra, de procur. & inquit Bald. in l. 3. nu. 5. C. qua. prou. non eſt neceſ. quod mandatum iuriſdictionis ſimile eſt mãdato procuratoris, & Capp. Toloſ. vbi optima additio deciſ. 369. & dicit quoque Præſ. de Fran. deciſ. 255. audiuiſſe alias fuiſſe
44 concluſum, quod aliquo officiali creato, & in eius abſentiã altero, quod mortuo iſto primo loco creato, hic in locum eius ſubrogatus in caſu abſentiæ, exercebit officium in caſu mortis, quem caſum caſus abſentię comprehendit, & ita ſeruatum fuiſſe in Card. Granuel. locũtenente electo in abſentiã Ducis de Alcalà Proregis, qui etiam eo mortuo durauit, vt teſtatur Conſ. Rou. in prag. 1.
45 de admi. vniuer. Et cum iudex facit aliquem locumtenentem quotiens abeſſe contingerit, quod ſi vna die ipſe iudex ſit abſens, & præſens, quod acta facta illa die, coram locumtenente valent, ne ex modica variatione partes decipiantur, vt inquit Caſtr. in l. ſed ſi pupillus, §. conditio, ff. de inſt. actio. Dec. in l. 1. num. 68. ff. de offi. eiuſ. in cap. quoniam Abbas, de offi. deleg. quod dicit notabile, & ita iudicatũ Boer. deciſ. 149. num. 15. Hęc tamen quæ dicta ſunt, vt re integra
46 reuocetur mandatum, cæterũ ſi fuerit lis conteſtata, nõ procedunt in beneficiato, à quo ſi fuerit procurator creatus, tam ſuper beneficio, quam ſuper negotio ipſius, eo mortuo, etiã lite per procuratorem conteſtata, eſt reuocatus, Bart. in d. l. ſi epiſtolam, & in d. l. neque tutores, & Bart. & Bald. in l. mandatum, C. manda. vbi Bal. num. 11. reddit rationem inter beneficiatum, & adminiſtratores

res vniuerſitatis, quia, inquit, beneficiati, & rectores Eccleſiarum æquiparantur vſufructuarijs, & in hoc vſufructu fũdatur eorum mandatum, vnde extincto vſufructu extinguitur eorum mandatum, allegat. l. ſi quis domum, §. 1. ff. locat. & idem dicit Iaſ. in l. nulla. C. de procur. & Ioa. Vinc. de Anna ſing. 330. Nam ſoluto iure datoris, ſoluitur authoritas procuratoris, l. grege in princ. & l. lex vectigali, ff. de pignor. Sed adminiſtratores vniuerſitatum non faciũt procuratores reſpectu alicuius vſufructus, qui eis inſit, ſed tantum repreſentando rempublicam, & ita etiam de tutore inquit Aret. in d. §. recte nu. 8. quia quicquid agit, tutor nomine pupilli agit, & ad eius vtilitatem. Ideo ipſe pupillus facere dicitur, & proinde procuratoris mandatum ab eo factum, non ita reuocatur, ſicuti à beneficiato factũ, quamuis beneficiatus in rebus Eccleſiæ maiorem habeat poteſtatem, quam tutor in rebus pupilli, glo. in cap. fin. 5. quæ. 3. & Ioa. Gutt. de tut. & cur. par.
49 1. cap. 1. num. 9. Et id quidem dum beneficiatus proprio nomine facit procuratorem, ſecus ſi nomine ſuæ Eccleſiæ, nã morte ipſius mandatum non eſt reuocatum, cum Eccleſia numquam moritur, & proinde tranſit in ſucceſſorem beneficiatum, Clem. fin. de procurat. Auc. in cap. ſi duo, num. 5. de procur. in 6. congerit alios, & declarat Menoc. de præſumpt. lib. 2. præſump. 36. nu. 40. Qua ratione fit, quod quamuis ſententia lata contra mortuum ſit nulla, l. penu. ff. quæ ſent. ſine appel. & Præſ. de Franc. de-
50 ciſ. 245. Si tamen lata fuerit cõtra prælatum Eccleſiæ mortuum, valet ſententia, cum Eccleſia numquam moriatur, Bal. in l. vni. §. 2. in fine. C. de cad. toll. quod refert Conſ. Rou. in prag. 5. n. 29. de off. Sac. Conſ. Sic etiam mortuo Papa, Eccleſia non dicitur vacare, cum Chriſtus ſit ſponſus, & caput ipſius, glo. in cap. 1. in ver. ſede vacante, de ſciſm. in 6. & in 6. & in clem. ne Romani, in ver. nõ conſona de electione, & dicit glo. in l. ſicut in fine, ff. quod cuiuſq; vniuer. quod Eccleſia dicitur ius habere, poſſidere, & vendicare bona ipſius, & ea poſſidet exiſtente prælato, tanquam quilibet priuatus per procuratorem, & colonũ. Et ne dum morte naturali prelati reuocatur mandatum pro-

Oo 2 cura-

51 curatoris. Sed etiam ſi fuerit depoſitus, aut ad aliam Eccleſiam trāslatus, aut ſi beneficio renunciauerit, Rota. in nouis deciſ. 376. Aſin. in l. 4. §. ſed tunc locus, ff. de relig. & ſump. fune. Vant. de nullit. cap. de nullit. ex defec. mand. nu. 171. & congerit alios Gab. recep. ſent. lib. v. titu. de proc. concl. 5. num. 4. ſic etiam ſi certum officium, aut beneficium alicui concedatur, per alicuius mortem vacandum, cum valeat argumentum de officio ad beneficium, Bar. in l. 2. §. data, ff. de opt. leg. & Socc. ſen. conſ. 13.
52 vol. 3. Vt ad ipſum admittatur, & ſic vacauerit priuatione, renunciatione, aut permotione ad aliud, vt ex pluribus cōcludit Conſ. Maſtr. de mag. par. p. lib. 3. cap. 26. ad quod etiam vide Bouar. deciſ. 2. in princip. & ex his quoque inquit Ioan. Vinc. de Anna alleg. 92. quod ſi eſt facta locatio per prælatū bonorum Eccleſiæ, adiecta le-
53 ge, quod ſi conductor non poterit eis gaudere, quod teneatur ad intereſſe, niſi id eue nit morte ipſius prælati, quod ſi fuerit ad aliam Eccleſiam translatus, quod ex prædictis, nec tenetur, aſſerens hanc eſſe communem opinionem, & ita in Conc. iudicatum. Ita quoq; in patre dicendum eſt in bonis filij ratione vſufructus, in quibus cum poſſit, etiam ante litē conteſtatam procuratorem conſtituere, vt per DD. in l. 1. C. de bon. mater. & ita communiter teneri reprobata opinione glo. inquit Iaſ. in l. filius familias nu. 9. ff. qui ſatiſd. cog.
54 vt etiam ſi lite per procuratorem conteſtata moriatur, exēplo beneficiati mandatum reuocatur, Bar. in l. ſi defunctus, ff. de procurat. in quo eadem ratio poſita per Bald. in beneficiato quoq; militat. Quæ etiā diximus, vt mandatum re non integra morte non reuocetur, ſed ad hæredes tranſeat, pro-
55 cedunt dum defuncti hæres extitit, cæterum ſi bona eſſent vacantia, vel fiſcus, aut Eccleſia ſuccederet, tunc morte cōſtituentis mandatum eſſet reuocatum, nec nomine hæredis poterit iudicium cum procuratore proſequi, qui deficit, in cuius perſonam repræſentatur, Ang. in l. 1. C. de actio. & abli. & in diſp. incip. Aſtenſis miles, Fel. in cap. relatum, ver. quarto fallit. de off. deleg. & in c. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. Idque etiam quod dictum eſt, vt re integra morte

con-

conſtituentis reuocetur mandatum, & ſi regulare ſit, in
56 multis tamen non reuocatur, & ad hæredes tranſit, vt per Marſ. ſing.44.Iaſ.& Deci. in l. eius,qui in prouincia, §.1. ff.ſi cert.pet. Aſin.in l.4. §.ſed nũc locus num.60.cum ſeq. ff.de relig.& ſumpt.fun.Sebaſt.Medi.mors omnia ſol.par.2. concluſ. 64. Viu. deciſ.prou. 494. Meno.de præſump. lib.2. præſump.36.à num. 32. vſq; ad fine, & plene Ant.Gabri. recep. ſent.lib.2. tit. de procur. concluſ. 2.

SVMMARIVM.

1 *PVpillis, & non puberibus conceditur priuilegium eligendi forum.*

2 *Pupilli habent priuilegium fori, etiam ſi conueniuntur ex contractu ſui inſtitutoris, vel negotiorũ geſtoris.*

3 *Priuilegiatus conuentus dum eligit forum, ſtatim ſunt ligatæ manus iudicis, niſi ex priuilegio procedat.*

4 *Priuilegiatus poteſt in quacunque iudicij parte eligere, & variare.*

5 *Priuilegiatus poteſt eligere, & variare tam in prima inſtantia, quã in appellatione.*

6 *Iuramentum perhorreſcentiæ niſi præſtetur, non valet electio, nec variatio.*

7 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio electionis fori contra alium priuilegiatum.*

8 *Priuilegium curialis eſt maius cæteris, quia non iurat, & eo vtitur contra alium priuilegiatum.*

9 *Hæres priuilegiatus conuentus ex contractu defuncti, nõ vtitur proprio priuilegio.*

10 *Intellectus ad rit. 234. quod hæres conuentus ex contractu defuncti, non vtatur proprio priuilegio.*

11 *Hæres priuilegiatus nõ vtitur proprio priuilegio, quando lis fuit capta cum defuncto.*

12 *Clericus hæres laici tenetur litem captam contra defunctum coram ſæculari iudice proſequi.*

13 *Pupilli in quibus caſibus proprio priuilegio non vtantur, remiſſiue.*

14 *Reſtitutio ad pinguius probandum in iudicio datur ſine probatione læſionis.*

15 *Beneficio reſtitutionis in integrum minori conceſſo, etiam aduerſarius vtitur.*

16 *Priuilegium perſonale ob ſeruandã æqualitatem perſonam, egreditur.*

17 *Minor reſtituitur aduerſus ſententiam contra ipſum latam, ob non peractam tranſactionem.*

GLoſſa 16. Vnum non omittam in hac materia, quod & ſi indubitati iuris ſit, vidi tamen aliquos errare, nam quamuis minoribus etiã puberibus læſis in iudicio, & contractibus detur in integro reſtitutio, nedũ

de

de iure communi, ſed etiam Regni, vt in conſt. minorum iura, & iudicium cum eis actũ ſine curatore, vt dictum eſt, ſit nullum. Tamen priuilegium eligendi forum, minoribus non
1 impartitur niſi impuberes ſint, & pupilli, vt inquit Couar. autorit. Cyn. & Alb. lib. vni. prac. quæſt. cap. 6. num. 2. & ll. commu. & Reg. diſpoſitiones pupilli, & non minoribus puberibus priuilegium electionis fori cõcedunt, vt in rub. & l. vni. C. quando Imper. int. vid. pupil. & miſer. perſ. in conſt. ſtatuimus, in rit. M. C. 230. 231. 233. & 234. in cap. Reg. incip. quod decretum num. 42. in alijs incip. de violentijs num. 150. in cap. incip. vt delatas nu. 235. & in cap. Regum officium, & in cap. adminiſtratores 23. quæ. 5 quod alijs moribus, & puberibus non eſt conceſſum, vt aliqui tempora non diſtinguẽtes putant.

2 Qui nedum quando agunt, immo ſi conueniuntur ex prędictis hoc priuilegio electionis fori, quo etiam fruuntur, ſi conuenirentur ex cõtractu geſto cum eorum inſtitutore, aut negotiorum geſtore, Ioa. Vin. de Anna ſing. 401. Et conuenti coram proprio iudice, ſtatũ
3 cum ex priuilegio eligunt forum Mag. Cur. ſunt ligatę manus proprij iudicis, etiam non obtentis prouiſionibus Mag. Cur. & nullam in eis habent iuriſdictionem, & acta deinde confecta ſunt nulla, vt inquit Iſern. in conſt. ſi quis in poſterum, & refert iudicatum Præſ. de Fran. deciſ. 294. ſed ſi curia proprij iudicis haberet priuilegium procedendi in cauſis pupillorum, poterit procedere, & acta, & ſententia erunt valida, Conſ. Maſt. qui alios congerit de mag. par. 1. lib. 3. c. 4. n. 161.
4 Quæ fori electio ne dum conceditur pupillis, & alijs priuilegiatis, antequam in iudicem conſentiant, ſed etiam in quacunq; parte iudicij, immo poſt cauſam appuntatam, vt dicit idem Præſ. deciſ. 100. & deciſ.
5 364. Et nedum in prima inſtantia, ſed etiam in appellatione, Theſaur. deciſ. Pedem. 177. num. 8. quem allegat, & alios congerit Menoc. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 66. num. 31. Dũmodo pupillus, aut alius priuilegiatus quãdo eligit, aut variat, iuret perhorreſcere potentiam ſui aduerſarij, quod d citur iuramentum perhorreſcentiæ, per conſt. incip. ſtatuimus, & ibi Iſer. & Afflic. & per rit.

Digitized by Google

rit. Mag.Cur.229. vbi Carau.
dicentes dictum iuramentum
eſſe ius nouū in Regno. Quod
6 ſi præſtitum non fuerit,electio
aut variatio non valet, Præſ.
de Fran. qui ita refert deciſum
deciſ.257. & iudex electus cō-
petens ſit, ratione perſonæ, &
rei, de qua agitur,glo.in l.vni.
C. vbi con. qui cert.loco,Affl.
deciſ.237.& Præſ.de Fran.de-
7 ciſ. 601. num. 17. Nec datur
electio, aut variatio, dum agit
cōtra alium priuilegiatum,aut
ab eo conuenitur,ex diſpo.rit.
M. C. num. 231. nam priuile-
gia conquaſſantur, l.ſed & mi-
lites,ff.de excuſ. tut. DD. in
auth. quas actiones, C. de ſa-
croſ. Eccleſ. Præſ.de Fran.de-
ciſ. 188. quem allegat, & do-
ctiſſimum vocat Menoch.de
præſump. lib.3.præſump.10.n.
24. & præſum.121. num.6. ex
quo rit.Mag.C.in hoc omnia
priuilegia in Regno adæquan-
tur,dum de iure communi eſ-
ſent diſcutienda, & maiora eſ-
ſent potiora, l.verum, §. fin. ff.
de minor. DD. in d. aut. quas
actiones,in aut.habita, vbi Bal.
optime,C.ne fili.pro pat. Affl.
in d. conſt.ſtatuimus,& pleniſ-
ſime Couar.lib.vni.pract.quæ.
cap.7.num.4. cum ſeq. ſed cu-
rialis priuilegium maius eſt cę-
8 teris, nedum in electione, cum
eligat aduerſos alios priuile-
giatos,ac etiam cum eligendo
non præſtat iuramentum per-
horreſcentiæ, ex diſpoſitione
rit. M. C. num.228. Verum ſi
pupillus, aut alius priuilegia-
tus conueniretur ex contractu
defuncti vti hæres, non pote-
rit ex priuilegio forum eligere,
9 authoritate rit.M.C.234.quā-
uis de iure communi eſſet con-
trarium, vt ibi animaduertit
Carauit. & inquit Præſ. de
Fran.deciſ.234.& idem dicen-
dum eſt, ſi fuerit factus cōtra-
ctus cum inſtitutore, aut alio
propoſito à defuncto ad ali-
quam negotiationem,vt hæres
non poſſit vti proprio priuile-
gio,l.hæres abſens, §. apud la-
beonē. ff.de iudic. Quod tamē
intelligendum eſt, ſi conueni-
tur in quo defunctus de iure
10 communi poterat conueniri,
ſecus ſi in alio foro ex priuile-
gio actoris, puta in Mag. Cur.
Vic. nam cum priuilegia con-
quaſſantur, priuilegiatus con-
uentus poterit forum declina-
re, non obſtante rit. prædicto,
qui hunc caſum non includit,
& d. ritum ſemper ita fuiſſe
intellectum, & etiam deciſum
in Sac. Conc. affirmat Præſ.de
11 Fran. deciſ.553. Aut ſi lis eſ-
ſet

ſet cum defuncto inchoata, nam nec tunc hæres vteretur proprio priuilegio, vt inquit Carauit. eod. rit. 234. Alex. in l. ſi coſtante, §. fina. ff. ſol. matr. in l. ſi hominem, ff. de fideiuſ. Iaſ. in d. auth. quas actiones, & Præſ. de Fran. deciſ. 364. & confert quoq; quæ dicit idem Præſ. deciſ. 554. Sic
12 etiam clericus hæres laici tenetur litem coram iudice ſeculari cęptam proſequi, Imol. in d. l. ſi hominem Caſtr. in l. hæres abſens, ff. de iudit. Aufr. in clem. 1. de offi. ordin. Iaſ. in d. aut. quas actiones, Barb. in cap. quia de iudic. eamq; opinionem dicit veriorem etiam lite non conteſtata, Couarrũ. lib. vni. pract. quæſt. cap. 8. & communem, & in Senatum iudicatum, Surd. dec. 110. Atq; in Cam. Imper. approbatum, Andr. Gail. lib. 1. obſ. 37. nũ. 9. & hanc opinionem etiam cõmunem, & melioribus munitã, & magna æquitate niti, affir-
13 mat etiam And. Fachin. cont. iur. lib. 12. cap. 43. & Menoc. qui alios etiam caſus cõgerit, in quibus pupillus non vtitur proprio priuilegio, de arb. iud. lib. 2. caſ. 66. à num. 38. vſque ad finem. Sed cum ex diſpoſitione iuris communis, & Regni priuilegia conquaſſantur, quare fit, vt dum duo minores, aut alij priuilegiati in iudicio contendunt, ei datur in integrum reſtitutio ad pinguius probandum, idque facilius in iudicio,
15 ſolo ætatis auxilio, abſq; probatione læſionis, nedum ſemel ſed bis, quod primum, & ſecũdum beneficium vocatur, vt inquit Affl. deciſ. 35. deciſ. 114 & deciſ. 210. & Præſ. de Fran. deciſ. 233. quam in contractibus, in quibus non datur reſtitutio, niſi de lęſione conſtet, l. non omnia, ff. de mino. nec modica ſufficeret, l. ſcio, ff. de reſt. in integr. Sed id quidem ex eo cum in odium aduerſarij non cedat, & ſicut hoc beneficium minoribus facilius impartitur,
15 ita etiam aduerſario vtile exiſtit, nã minore ad pĩguius probandum reſtituto, etiam eius aduerſarius ad id reſtitutus eſt Bart. in l. petendæ, C. de in integ. reſtit. Bal. in l. quod fauore num. 2. C. de legib. Dyn. in c. quod ob gratiam, ff. de reg. iur. in 6. Afflict. deciſ. 89. & optime Præſ. de Fran. deciſ. 269. & vt in iuditio ſeruetur æqua-
15 litas, ob qnam priuilegium perſonale extenditur ad alterũ l. fin. & ibi Bart. Bal. & ceteri C. de fruc. & lit. exenſ. l. die ſabati,

ſabati, C. de iudæ. declarat Sfort. Oddo de reſt. in integr. par. 1. quæſt. 47. art. 11. & multa congerunt Miſing. cent. 3. obſ. 4. Ioan. Gutt. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 146. & lib. 2. quæ. 22. pulchrè Præſ. de Fran. deciſ. 136. ſit tandem cautus, qui cum minore agit, vt etiam admonet Bald. in l. donatarum, in prima lect. in fin. C. de acq. poſſ. vt ne dum ſeruet requiſita à iure pro validitate iudicij.

17 Sed nec cum eo quærat tranſactionem, niſi eam perficiat, nam ſi deinde minor fuerit in plus per ſententiam condemnatus, quam actor per tranſactionem quærebat, poterit aduerſus ſententiam reſtitui, tãquam læſus ob non peractam tranſactionem, vt tantum ſoluat, quantum actor per tranſactionem quærebat, l. ex cauſa, §. nunc videndum, vbi Bart. & Bald. ff. de mino, Boer. deciſ. 63. quod pro ſingulari adnotant Rom. ſing. 403. & Cremo. 29. & Veron. pro notab. caut. in ſuis caut. ſexta caut. eamque eſſe communem concluſionem teſtatur Sfor. Odd. qui ipſam optime declarat de reſt. in integrum part. 2. quæ. 66. ar. 5.

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet fieri de mandato iudicis.*

2 *Nuntius ſi citat aliquem ſine iudicis mandato, aut aliter quam eſt commiſſum, tenetur pæna falſi.*

3 *Citatio eſt facienda ad partis inſtantiam.*

4 *Citatio præſumi debet facta ad partis inſtantiam, ſi ita retulit nuncius.*

5 *Citatio tria immo quatuor debet contineri.*

6 *Nuncio non creditur de commiſſione niſi appareat.*

7 *Nuncio deferenti ſcripturam citationis creditur de commiſſione.*

8 *Sigillum alicuius producens, creditur de eius mandato, ſaltem cum cautione de rato.*

9 *Sigilli traditio importat conſenſum, & mandatum. & de ſigilli materia remiſſiue.*

10 *Inſtrumentum producens admittitur vt procurator, cum cautione de rato.*

11 *Inſtrumentum producens ſi principali eſt traditum, aut agit eo præſente, admittitur ſine cautione de rato.*

12 *Signum deferenti creditur de commiſſione.*

13 *Signum deferenti magis creditur, quam ſi deferret claues.*

14 *Signum appoſitum in ballis præſumit merces eſſe illius, qui eo ſigno vtitur.*

15 *Nuntij ordinarij præſumuntur noti in loco iudicij.*

16 *Commiſſio citādi ex relatione præſumi-*

ſumitur, nam commiſſiones non ſcribuntur.

17 *Citatio de iure communi poteſt cõmitti priuatæ perſonæ, imo etiam parti.*

18 *Non probat hoc etiam, quod ab hoc contingit abeſſe.*

19 *Inſtrumentum debiti penes debitorem repertum, præſumit eum a debito liberatum.*

20 *Factum valet quod debiti ſolutio nõ poſſit probari, niſi per ſcripturam.*

21 *Inſtrumentum penes debitorem do meſticum repertum, non præſumit eum liberatum.*

22 *Sigillum producens non præſumitur procurator, ſi eſt perſona domeſtica.*

23 *Furtum factum à domeſticis dicitur caſus fortuitus, nec præſumitur culpa furtum paſsi.*

24 *Inimici familiaris nulla maior peſtis ad nocendum.*

25 *Exequtio ſententiæ poteſt à iudice parti demandari.*

26 *Reſiſtens parti à iudice electo ad aliquid agendum, ita punitur, ac ſi nuntio reſiſtiſſe.*

27 *Delinquentem etiam clericum in fragrantis licet vnicuique capere, & ſuo iudici tradere.*

28 *Delinquentem capiens eſt legis miniſter, & ob id poteſt arma capere, & pugnare.*

29 *Delinquentem capiens vbi de iure licet, & dimittens, tenetur pœna priuari carceris.*

30 *Lex permittens bannitum occidere permittit etiam arma deferre ad ipſum occidendum.*

31 *Arma ſi quis poteſt deferre cum duobus armatis, an hi ſimul vel ſeperatim ab eo poſſint arma deferre remiſsione.*

32 *Armati aſſociantes aliquem in itinere, qui habet licentiam deferendi arma cum pluribus, quando ea licentia fruuntur.*

33 *Iudex debet ſcandalis obuiare, & pacem inter ſubditos ſeruare.*

34 *Aſinus etiam indignatur, quando per comparem apprehenditur.*

35 *Citatio, & exequtio de iure reg. ordinarijs tantum nuntijs committitur.*

36 *Citatio, & iudicium poteſt à perſona procuratoris incipere.*

37 *Citare principalem medius eſt, quã eius procuratorem, ſi principalis præſens eſt.*

38 *Procuratoris contumacia ad primũ tantum decretum perueniri poteſt, ſed principalis etiam ad ſecũdum.*

39 *Principalem potius, quam procuratorem citare melius eſt.*

40 *Dulcius in fonte quam in riuulo bibitur.*

41 *Iudex poteſt comparentem per procuratorem minus inſtructum contumacem reputare.*

42 *Procurator citatus poteſt petere terminum ad denunciandum principali.*

GLoſſa 17. in tex. prag. Iudicis commiſsione præcedẽte, &c.

1 Hoc ius commune continet, quo etiam citatio iudicis mandato fieri debet, l. ſed & ſi hac, §. præ-

§. prætor ait. ff. de in ius voca.
§. quatrupli. & ibi Aret. & Iaſ.
inſt. de actio. Bar. in l. 1. §. cu-
ra carnis, ff. de offic. præſ. vrb.
Bald. in l. fina. C. de exhib.
reis, in l. cum clericis, C. de
Epiſc. & cler. & Abb. in cap. 1.
vbi omnes Canon. de iudic.
2 Immo nūcius, qui citat aliquē
ſine iudicis commiſſione, vel
aliter, quam ſibi cōmiſſum eſt,
tenetur pæna, l. qui nomine
prætoris, ff. de falſ. inquit Trāc.
de Corneto in ſua cōpen. rub.
de citat. & dilat. quæſt. 5. Et
3 ad partis inſtantiam, l. ad pe-
remptorium, ff. de iudic. c. licet
de accuſ. cap. propoſuiſti, de
for. compet. glo. in l. ſancimus,
in verb. per contumaciam, C.
ad trebel. Bart. & Alex. in l. ſi
finita, §. Iulianus, ff de damno
infec. & Abb. in d. cap. 1. de
4 iudic. Quæ ita in dubio præ-
ſumitur facta, maxime ſi fuerit
exequuta, & nuncius retulit ad
partis inſtantiam feciſſe, Abb.
in d. cad. 1. de iudic. vbi etiam
Feli. & Rip. qui dicit eam eſſe
communem opinionem, Feli.
in cap. non nulli, §. ſane, de
reſcrip. & in c. ſicut de re iud.
eamque opinionem eſſe com-
muniter receptam, & procede-
re multo magis in cauſis ſum-
marijs pluribus congeſtis te-
ſtatur Menoc. de præſump. lib.
2. præſumpt. 23. & dicit Bald.
in l. omnes, §. verum. C. de E-
5 piſc. & cler. quod citatio tria
continet, iudicis commiſſionē,
nuncij miniſterium, & finem
comparitionis, & idem dicit in
l. fin. C. de fer. & Miſing. cent.
1. obſer. 77. Immo quatuor de-
cretum, formam, exequutionē.
& relationem, vt inquit Bald.
in addit. Specul. tit. de ſēt. col.
5. & Feli. in cap. gratum de
off. deleg. quæ optime decla-
rat Miſing. cent. 5. Cam. Imp.
5 obſ. 10. Hæc autem citandi
commiſſio, & ſi probanda ſit,
nec credatur nuncio de ea aſ-
ſerenti, vt inquit Bar. in l. 1. §.
cura carnis, ff. de off. præf. vrb.
in l. ſciēdum, ff. de verb. oblig.
in l. magis puto, §. illud. ff. de
reb. eor. Bal. in l. fin. C. de exhi.
reis, & communem dicit Rip.
in d. cap. 1. num. 86. de iudi. &
Ant. Gab. recep. ſent. lib. 2. tit.
de cit. concluſ. 4. nu. 5. Tamen
procedere cum nuncius citat
7 ſine ſcriptura citationis, cæte-
rum ſi ipſam defert, nam ex ea
præſumitur mandatum de ci-
tando, arg. l. fin. vbi glo. & Bal.
C. de pact. conuent. & eorum,
quæ adnotant Bald. in l. ſi qua
per calumniandi in fine, C. de
Epiſcop. & cleric. Aret. in §. 1.

nu.5.inſt.de his, per quos age. poſſu. Alex.& Iaſ. in l. 1. C.de procur.& dictum Bal.in d. l. ſi qua per calumniam, extollit Feli.in c.coram col.3. de offic. deleg. & in cap. 2. de teſti. & Rip. in cap. cum Marcus de conſti.facit tex.in l.qui chyrographũ,ff.de leg.3. & in l.1.C. de donat. & dicunt Innoc. & Ioan.Andr. in cap.2. de ſolut.
8 quod eo ipſo, quod quis producit ſigillum alicuius, admittitur tanquam procurator,ſaltem in cautione de rato.& glo. in cap. ſignificaſti de appellat. etiã dicit, quod citatio poteſt fieri per ſigillum ad hoc ſolitum,quam glo. dicit ſingularẽ Barſi. in cap.coram de off. deleg. & dicit etiam Angel. in l. conſentaneum.C.quo.& qua. iud. quod producens ſigillum alicuius domini, cuius ſe dicit nuncium præſumitur nuncius, allegat Innoc.in cap. quoniam
9 contra.de prob. Nam traditio ſigilli importat conſenſum, l. tribunus, §.1. ff.de teſtam.mitit.l.2. vbi DD. C.de reb.alie. vel non. Bart. in l. quæ dotis in fine,ff.ſolut.matr.& plene Viui. deciſ. 54. de cuius ſigilli etiãm materia vide cap. 2. vbi glo.& Doct.de fide inſt.cap.2. de ſolut. Bar.in l.ſi procuratorem.ff.de procu.Guid.Pap.deciſ. 275.& 481.Couar.lib.vni. pract.quæſt.cap.22.n.9. plene Menoch.de arb.iud. lib.2.caſ. 113.& pleniſſime de præſump. lib.2.præſump.57.per totam & ſeq. Surd. deciſ. 137. & Ioan. Vinc.de Anna alleg.125.nu.3 & ſing. 480. ſic etiam ex vſu, & delatione aureorum anulorũ arguitur ingenuitas, l. 2.C. de iure aur. anul. Atque qui de iure ciuili erant in ſucceſſione incogniti, eis dabatur anulus,aut alia res hæreditaris in ſignum,vt à prætore cognoſceretur, & ad quærelam admitteretur, vt inquit glo. in l.Papinianus,§.1.in ver. bonorum, ff.de inoff.teſtam. Et pro-
10 ducens inſtrumentum faciens ad cauſam præſumitur procurator l.fin.C.de procu. conuenerit, vt ſaltem cum cautione de rato admittatur, Inno.in c. coram de off.deleg.& eius authoritate Bar.in l. vulgo. ff.de admin.tutor,in l.1. §.cauſæ,ff. carb.edic.& in l.1.vbi Alex.& Iaſ. C.de procur. Cagno. in l. velle non creditur,ff.de regul. iur. Marſ.in l. ſi quis num.171 vbi etiam de communi teſtatur ff.de quæſt. Vant.de nulli.cap. qualiter ſent.& proceſ. nu.96. & pleniſſime Gabrie. recep. ſent.

ſent.lib.2. tit. de procur. con-
11 cluſ. 1. Si tamen probaretur inſtrumentum fuiſſe per principalem conſignatum, aut eo præſente ageret, tunc adeo mandatum præſumeretur, vt cautio de rato non ſit neceſſaria. Ioſ. Ludou. qui ita refert concluſum deciſ. Peruſ. 110. dicens eam eſſe nouam declarationem ad prędicta, quod ex productione ſcripturarum pręſumatur mādatum, nec à DD. & præcipuè à Vantio fuiſſe cognitam, ſed quoque ante ipſū ita tenent Io.And.Bal.& Abb. in d.cap.coram de off.deleg.& Feli. quoque nu.9.& alij quos refert,& ſequitur Menoch.qui d. l. fin. plenius explicat, de præſump.lib.2.præſump.34.Et
12 ideo dicit Bal.in l.ſi quis vxori,§.1.ff.de furt.quod ſi ſcholaris depoſuit librum apud bidellum, qui reſtituit ipſum alicui dicēti à ſcholare fuiſſe miſſum & detulit ſignum, cui veriſimiliter debuit credere bidellus, quod eſt liberatus, & pulchrè Boer. qui alios congerunt deciſ. 154. num. 9. & Marſ. in rub. de prob. num.303. Proinde Afflict.deciſ.299. num. [illegible] affirmat, quod ſignum eſt optimum inſtrumentum, immo po-
13 tiſſimum ad reſerādum caſtrū, & conſignandum, & plus operatur, quam ſi eſſent traditæ claues, ſic quoq; ſignum appoſitum in mercibus, & ſarcinulis, quas vulgo, le balle, appellamus, præſumit eas eſſe ipſius
14 mercatoris, qui eo ſigno vtitur, Affl. deciſ. 23. num. 4. in conſt. priuilegia, rub.27.nu.2. Dec. in cap. cauſam matrimonij num. 3. de prob. Fran. Mila. deciſ. 12. in princip. Hier. de Lauren. deciſ.auen.30.n.2. Meno.de præſump. lib.3. præſump. 64. num. 6. Mar.Mant. rerum ſing.lib. 12.cap.278. & Ioa. Vinc.de Anna alleg. 110. potiſſimum ſi erat ordinarius nuncius ipſius curiæ, vt notat Innoc.in d.cap. coram. de off.
15 deleg. Qui cum præſumatur notus in loco iudicij, glo. in auth.de collat. §.eos,& Bar.in l. prohibitum, C.de iure fiſci, lib.10. ob id ex qualitate perſonæ, magis præſumitur commiſſa citatio. arg. l. pro hærede, ff.de acq.hæred. tum atque cum commiſſiones de citando non ſcribuntur, & eo magis ex
16 ſcriptura, & relatione præſumitur commiſſio, vt dicunt Io. And.& Abb. in cap. quoniam contra de probat. & facit glo. in l. 1. de ſport.& ita quod facta relatione in cauſis ciuilibus,

bus; credatur nunció de conſuetudine affirmant Bart. in l. demonſtratio, ff. de condit. & demonſtr. Bald. in l. fin. C. de exhi. reis, & plene Menoc. qui plures alios caſus cōgerit, quibus præſumatur mandatum de citando, de præſump. lib. 2. preſump. 24. Secus autem ſi eſſet
17 perſona domeſtica eius, aut pars ipſa, quibus & ſi à iudice poſſit committi citatio, vt dicit Bart. in l. eum qui, §. ſi epiſtola, ff. furt. in l. iuſte poſſidet, ff. de acq. poſſ. & in conſt. ad reprimendum, in ver. per nuncium, Bald. in l. vt perfectius, C. de anna. excep. & in auth. omnes, C. ne vxor. pro mar. Nā eis de commiſſione aſſerentibus credendum non eſt, cum ſæpe mentiuntur, glo. in cap. prudentiam, de off. deleg. in cap. cum parati de appell. & Bar. in l. ſi vt proponis, C. quo. & qua. iud. nec ex ea ſcriptura citationis præſumi debet mandatum cū ex alia cauſa ipſam habere potuerunt, aut vt nun-
18 cio tradant, vel procuratori oſtendāt. Nec probat hoc eſſe, quod ab eo contingit abeſſe l. non hoc C. vnde cogna. l. neque natalis, C. de prob. cap. in
18 præſentia eod. Et ideo quamuis inſtrumentum debiti penes debitorem repertum præſumat eum à debito liberatum, Bart. in l. 2. §. 1. per eum tex. ff. de pact. l. creditorē, C. de remiſſ. pigno. cap. penl. & ibi DD. vt lit. non conteſt. cap. ſane, cum glo. in ver. reddens, de renunciat. Capp. Vol. & ibi optima additio dec. 229. & plene Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 140. & Præſ. de Fran. deciſ. 351. nu. 3. inquit, quod Sac. Conc. habuit opinionem Bart. in d. l. 2. pro vna. & monet qualiter ſit iſta exceptio opponēda, dicens quoque in fine no-
20 tabile verbum. Quod quamuis valeat pactum, vt ſolutio non poſſit probari per teſtes, niſi per publicum inſtrumentum, vt inquit Dec. in cap. 1. de prob. & refert obtinuiſſe in conc. Vrſ. deciſ. 398. & plene declarat pluribus ampliationibus, & limitationibus allatis Ioa. Gutt. de iur. confir. par. 1. cap. 66. per totum, ſi tamen tempus ſoluendi eſſet diu elapſum, & creditor eſſet pauper. etiam exiſtente prædicto pacto, ſi inſtrumentum traditum ſit debitori, præſumitur
21 debitum ſolutum, ſi tamen debitor eſſet creditori, domeſticus, non præſumitur traditio, & liberatio, quia potuit inſtru-

men-

mentum ſurripere, Bart. in d. l. 2. ff. de pact. Bal. in l. vni §. penu. per eum tex. C. de lat. lib. toll. pap. in forma libel. rei conu. actio. Hypot. in ver. exceptionem, & congerit alios Menoc. de præſump. lib. 3. præſupt. 140. n. 11. & inquit quoq; Rom. conſ. 446. quem refert, & ſequitur Marſ. in l. pęna legis, §. qui rationibus, ff. de falſ. & in rub. de prob. num. 304. Quod ſi producens ſigillum alicuius admittatur tanquam procurator, id tamen procedit, quando non ſit per perſonam
22 domeſticam, cæterum ſi per perſonam, quæ habitabat, vel conuerſabatur in domo cum domino, quia potuit illud intercipere, & facit etiam tex. in l. pecuniæ, cum ſeq. C. de ſolut, & in d. l. vni. §. ille. C. de cad. tolle. per quę dicit quoq; Rom. d. conſ. 446. quod inſtrumentum debiti ſi reperitur penes debitorem domeſticum, non præſumit eum a debito liberatum ne detur occaſio ſurandi ſcripturam domino, & furtum quamuis præſumatur factum culpa ipſius furtum paſſi, glo. in l. cum duobus, §.
23 damna, ff. pro ſoc. Non tamen ſi à domeſtico fuerit factum, à quo cum præcauere nō poſſumus dicitur caſus fortuitus Bald. in l. 1. C. depoſiti, Ang. in l. item illa, ff. de conſt. pecu. Canon. in cap. 1. de commod. congerit alios Seba. Medi. de fort. caſ. par. 1. quęſt. 13. nu. 38.
24 Et nulla maior peſtis ad nocēdum quam familiaris inimicus vt dicit glo. authoritate Cicer. in l. 1. in princ. ff. ad Silley. in cap. ſi inimicus 93. diſtinc. & Speculator. de aduoc. §. 9. ver. ſtudeant. Debet tamen pars, cui citatio, aut exequutio ſententiæ commiſſa eſt, vltro de commiſſione docere, eamque aduerſario adhibere, cum ita faciendum ſit in extraiudiciali mandato, vt ex eo tex. docet Bar. in l. ſi quis inficiatus, ff. de poſ. in l. qui in alterius, ff. de reg. iur. & Bal. optime in rub.
25 C. de depoſ. Cum etiam parti poſſit ſententiæ exequutio demandari, Bart. in l. iuſte poſſidet, ff. de acq. poſſ. Ang. in l. ſi. C. vt nem. priuat. & plene Iaſ. in l. miles, §. iudicati, ff. de re iudi. cui quoque erit obediendum. Nam inobediens ita punitur, ac ſi fuiſſet ordinarius exequutor curiæ, cum id faciat iudicis authoritate, Bal. in l. vt vim. num. 3. ver. ſed hic
26 quæritur, ff. de iuſt. & iur. vbi inquit, quod ſi ex diſpoſitione

ſtatu-

Far. qui hoc potiſſimũ ex ver-
bis licentię arguit conſ.45.nu.
40.Hi autem qui inſimul cum
eo debent armati incedere, vt
ea poſſint potiri immunitate,
32 debent principaliter, & ex
propoſito, quamuis pariter eſ-
ſent migraturi, ab initio itine-
ris ipſum aſſociare. Cæterum
ſi fortuito caſu in itinere inuẽ-
ti inſimul incederent, nam ea
licentia non gauderent,vt cõ-
cordando ſententias DD. in
hoc pugnantes,concludit Me-
noch.de arb.iudi.lib.2.cent.4.
33 caſ.336. num.6. Iudex tamen
abſtinere debet, nec aduerſa-
rij capturam parti deleget, ne
ex ea ſcandalum oriatur,l.non
eſt ſingulis, & ibi DD. ff. de
reg. iur. cuius officium eſt ea
tollere, & pacem inter ſubdi-
tos ſeruare, l. ęquiſſimum, ff.
de vſuf. l.penu.ff. de ſicar.§.1.
34 aut. de mand. princip. Nam
etiam aſinus indignatur dum
per comparem appræhenditur
glo. in l. hæres per ſeruum, ff.
de acq. hæred. in l. 1. §. vete-
res, in ver. per vnum, ff. de
acq. poſſeſſ. Bald. in l. ſed & ſi
quis, §. quæſitum, col. 2. ver.
ſexto fallit, qui d. glo.allegat.
ff. ſiq. caut. Iſer. in §. ſi quis
autem, ſi de feud. fuer. contr.
Clar. in ſua praxi, §.fin. q.28.
circa fin.& Proſ.Farin. de car-
cer. & car.quæſt.32. num.74.
35 cum ſeq. Sed in Regno non
niſi ordinarijs nuncijs prędicta
demandãtur ex diſp. rit. M.C.
36 num.112.Sed an citatio poſſit
à perſona procuratoris incipe-
re, & poteſt vtique Bart. in l.
quamuis,num.10.ff.de damno
infec. Bald. in l. item ait præ-
tor, ff. qui.cau.maio. in l.cum
clericis, C.de epiſcop. & cler.
& Miſing. cent.1.obſ.9.& de-
clarant optime Fran. de Cor-
neto in ſua compend.rub.de
citat. & dilat.quæſt.4.& Præſ.
de Fran.dec.178.n.5.& 6. ab-
ſente principali, & cõſtito iu-
dici de mandato,dicit Bal.in l.
vni.§.ſi ꝑcurator, ff.ſi quis ius
37 dicenti non obtẽp.quãuis me-
lius ſit principalẽ ſi pręſens eſt
citare,glo.in c.cauſã,de elect.
Bar.in l.eũ qui, ff.de procur.in
l.1.vbi glo.d.allegat.C.de iur.
reip.lib.x.& Caſt.in l.eũ quis,
C. de procur. cũ propter prin-
cipalis contumaciã, poterit ad
primũ, & ſecundum decretum
perueniri,l.Iulianus,§.ſi finita,
28 ff.de dam infe.ſed ꝑcuratoris
ad primũ tñ,Bar.in l.memine-
rint.C.vnde vi,in l.ſolẽt n.17.
ff.de alim.& cib.leg. Alex.in l.
eũ qui,C.de proc.& Aba.in c.
cauſam,n.xj.de dol.& contum.

Digitized by Google

39 Nam principalis perſona potius quam procuratoris in iudicio eſt neceſſaria, ex cuius ore facilius iudex cauſę merita perpendet, l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, & eius vox melior eſt, quam procuratoris.
40 Nam dulcius in fonte, quam in riuulo bibitur, cap. ieiuniũ 76. diſtinc. Bald. in cap. quia propter, de elect. Boer. de aut. ſac. conç. num. 154. Ob quod
41 iudex comparentem per procuratorem minus inſtructum, poteſt contumacem reputare, Bar. in l. ait prætor, §. defendi, ff. ex qui. cauſ. maio. in l. ſi finita, §. Iulianus num. 12. ff. de damno infecto, ſed ſi fuerit citatus procurator, in principio cauſæ, & principalis abſuerit, poterit petere terminũ ad denunciãdum principali, vt ſciat re cognita, ſi velit cedere, vel contendere, & erunt induciç
42 impartiendę, ſecundum loci diſtantiam, cap. dilectus, de procur. Bald. in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. & declarat Menoch. de preſump. lib. 2. præſump. 37.

SVMMARIVM.

1 *NVncij ordinarij, vt cognoſcantur ſolent quadam inſignia deferre.*
2 *Nuncij ideo inſignia deferunt, vt legitime commiſſa exequantur, & eis obediatur.*
3 *Familiam poteſtatis incedentem ſine inſignÿs verberans, non punitur.*
4 *Alexander Seuerus in animo habuit omnibus officialibus propriũ genus veſtium dare, vt à veſtitu cognoſcerentur.*
5 *Accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quidquid ſit.*
6 *Nomen alicuius ſi ignoratur, vt poſſit cognoſci, eſt exhibendus teſtibus cum ſolitis veſtibus.*
7 *Conſules Romani antiquitus, vt cognoſcerentur, vtebantur quibuſdam inſignÿs.*
8 *Romani patri Diui Pauli penulam dederunt, vt cognoſceretur, quia erat eiuis Romanus.*
9 *Penula veſtis, qua ſit.*
10 *Romani vtebantur quadam veſte, qua prætexta dicebatur, & quando ea induebant.*
11 *Iudæi debent vti quibuſdam veſtibus, vt à Chriſtianis diſcernantur.*
12 *Meretrices poſſunt cogi ad deferendum veſtes, quibus cognoſcantur ab mulieribus honeſtis.*
13 *Mulier ſi ob inhoneſtum induitur veſte virili eſt anathema, vel ut contrahẽtes fallat, nam non iuuatur velleiano.*
14 *Antiqua lege præceptum erat, vt diſtinctus eſſet habitus virilis à muliebri.*
15 *Vir ſine vituperatione non poteſt vti muliebri habitu.*
16 *Viri indecens exemplum qui permuta-*

mutata veſte muliebri, vt mulier duos duxit viros.

17 *Veſtibus carens dicitur eſſe in carcere, vt nudus in publicum exire cogatur.*

18 *Talis quis præſumitur, in quali habitu reperitur.*

19 *Clericum percutiens veſtitum habitu laicali non eſt excommunicatus, ſi ignorabat, ſecus ſi ſciebat illum clericum.*

20 *Habitus præſumitur ex actibus frequentatis.*

21 *Vxoris amor immenſus, quæ permutata veſte cum viro carcerato ille euaſit, ipſa in carcere remanſa.*

22 *Sancia Regis Vaſconiæ filia inſigni fraude Comitem Caſtellæ eius virum carceratum euaſit.*

23 *Veſtem vnuſquiſque debet gerere tempore, & profeſſioni conuenientem.*

24 *Aduocati debent vti veſtibus eorũ officio decentibus.*

25 *Aduocati ornati, & togati debent incedere, vt ex eo appareat dignitas doctoratus.*

26 *Conſules debent portare inſignia, vt ab alijs cognoſcantur.*

27 *Veſtium ornatus apud ruſticos indicat ſcientiarũ peritiam, & pulchra carmina inſeruntur.*

28 *Fideiuſſores ducentes bene veſtitos, vt curiam, vel alium decipiant tenentur actione de dolo.*

29 *Laicus aſſumens habitum clericorũ punitur pœna exilij, etiam ſi id ioco ſe faciat.*

30 *Doctoris veſtem, & ornamenta deferens, & talem ſe faciens cum non ſit, tenetur pœna falſi.*

31 *Circulum deferens in ſuis armis, vel zonam, quod competit Comitibus, ſi non eſt Comes tenetur pœna falſi.*

32 *Mercator, vel faber vtens ſigno alterius mercatoris, vel fabri tenetur pœna falſi.*

33 *Nomen proprium nemo poteſt in dãnum alterius mutare, & aliud aſſumere.*

34 *Domum mulieris ingrediens ſub nomine curiæ, vt ipſam carnaliter cognoſceret, qua pœna punitur.*

25 *Dignitates humanæ ſua habẽt quaque inſignia, & quæ ſint remiſſiue.*

36 *Veſtes diuerſo nomine ſecundum perſonarum qualitatem nuncupantur.*

GLoſſa 18. Nuncij ordinarij, vt omnibus noti ſint, ſolent in multis locis quædam inſignia
1 deferre, vt inquit Bar. in conſt. ad reprimendum, in ver. per nuncium. Vt birretum rubeũ, vt dicit idem Bar. in l. prohibitum, C. de iur. fiſci lib. 10. & alibi baculum depictum, vt teſtatur Specul. tit. de citatione, §. ſequitur, ver. quandoq; quod etiam alguzerij Neap. deferũt. Nam ex delatione virgæ præſumitur, quod quis ſit alguzerius, vt inquit Pet. Nuñez qui plene loquitur de ſignis, & inſignijs, de exeq. mand. par. 2. cap. 21. num. 4. & per totum.

Et Franciæ veſtes ex rubeo,&
viridi colore partitas, vt ait
Boer.deciſ.170.n.5.quæ nimis
conferunt ad ipſorum cogni-
tionem,& dicit Bart. in l. cum
qui,§.fina.ff.cōmod. quod non
eſt credendū nuncio niſi por-
tat birretum rubeum, vt moris
eſt, & Iulius Clar. quoq; affir-
mat lib. 5. recep, ſent. §. fina.
2 quæſt.29.quod curiæ ſeruien-
tes debent inſignia deferre, vt
poſſint ſibi legitimæ commiſſa
exequi, & eis non reſiſti,& in-
quit quoq; Alber, in tract.ſta-
tut. par. 1. quæſt.43. excuſari
eum, qui prætoris familiam
incedentem ſine inſignijs ver-
3 berauit, & Salic. in l. ſanctum
ff. de rer. diuiſ. quod refert,&
plura ad hoc congerit Menoc.
de præſump.lib.6.præſump.75
num. 15. & de acquir. poſſeſſ.
remed.4. num.687. cum ſequ.
Marcus Mant.rer.ſingul.lib.9.
cap.207. Conſ.Maſtr.qui hoc
declarat de mag.par.2.lib.5.c,
8.num. 108. & pulchrè Farin.
de carcer.& carcer. quæſt.32.
& conſ. 100. in princip. Hinc
4 Alex. Seuer. vt inquit Lamp.
in eius vita, in animo habuit
omnibus officialibus proprium
genus veſtium dare, & omni-
bus dignitatibus, vt à veſtitu
dignoſcerentur, ne qui ſedi-
tioſus eſſet, quod etiam refert
Menoch. de arbitr. iudil lib.2.
cent.6.caſ.561. num.5. Nam
5 accidentia magnam partem
conferunt ad cognoſcendum,
quod quid ſit, vt teſtatur Ari-
ſtot. 1. de ani. & eius autho-
ritate Bald. in l. conuenticu-
lam, num.8. C. de Epiſcop. &
cler. in l. ſolam, num. 8. C.de
teſt. & in cap.penul.num.2.de
probat. & facit tex. in l. 2. ff.
de ſerui fug.& quæ notat Bar.
in l. ſtigmata, C.de fabric.lib.
10. & ait Bart. in l. ſi cum
exhibuiſſet, §. an autem,ff.de
public. & vectig. Quod dum
aliquis erit teſtibus exhiben-
6 dus, qui eius nomen ignorāt,
exhiberi debet cum eiſdem
indumentis, & qualitatibus,
quæ gerere ſolebat, ad quod
eſt etiam glo.in cap. cum cau-
ſam, in ver. de cauſis, de te-
ſtib. Inde deputati ad publi-
ca arma conficienda, qui Fa-
bricenſes dicebantur, notis
quibuſdam in brachijs ſigna-
bantur, vt latitantes poſſint
agnoſci, l. ſtigmata, C. de
fab. lib. 10. ita & aquarum
cuſtodes. Ciuitatem Conſtan-
tinopolit. l. penul. §. eos, C.
7 de aqueduc.lib. xj. Et Roma-
ni antiquitus quibuſdam inſi-
gnijs vtebantur, vt ab alijs co-
gno-

noſcerentur, glo. in l. ait prætor, §. exercitus, in ver. inſignibus. ff. de his, qui not. infam. & copioſe Theſaur. in proh. deciſ. numer. 39. Quo tempore dederunt quandam veſtem patri Diui Pauli, quæ penula dicebatur, vt cognoſceretur, quod eſſet ciuis Romanus, vt inquit Nicol de Lyra ſuper Paul. qui de ea facit mentionem, 2. ad Tim. 4. Quæ penula veſtis erat patens ſiue
9 ampla, vt dicit glo. in l. veſtis, in ver. penula, ff. de aur. & arg. leg. quam penulam idē Diuus Paulus, poſt mortem patris retinuit in memoriā, ob quod ſe ciuem Romanum appellat, cap. ſi adiutorium, vbi glo. decima diſtinct. & glo. in cap. fundamenta, in ver. potiatur,
10 de electio. Erat & alia veſtis, quæ prætexta dicebatur, qua ciues Romani nobiliores vtebantur, vt dicit glo. in §. 2. inſtit. de iniur. quam aſſumebant, dum erant pupillarem ætatem egreſſi, & anno decimoſeptimo exuebant, ſumpta virili toga, vt inquit Alex. de Alex. dierum genial. lib. 5. cap. 18. & plene Menoch. de arbi. iudi. lib. 2. cent. 1. caſ. 57. nu. 36. & de præſump. lib. 4. præſumpt. 161. num. 8. Propterea Iudei in terris Chriſtianorum debent vti veſtibus, quibus à Chriſtianis diſcernantur, cap. in nonnullis, de Iudæis, quibus olim præcipiebatur, vt in angulis palliorum facerent fibrias, vt habetur Num. cap. 15. quam legem etiam Chriſtus Dominus noſter ſeruauit, & infirmi fibriarum ſuarum tacta ſanabantur, vt in Euang. Marci c. 6. Et me-
12 retrices quoque debent veſtibus differre ab honeſtis mulieribus, l. item apud labeonem, §. ſi quis virginis, ff. de iniur. ad quas deferendas poſſunt per iudicem compelli, Bald. in l. mine. C. de epiſ. audi. & Cagno. in l. ſemper in contractibus non ſolum, ff. de regul. iur. & congerit alios Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 6. caſ. 531. num. 18. & faciunt, quæ notat Bald. in auth. ſed hodie, C. de iure aureo anul.
13 Nec debet mulier propriam veſtem mutare, & virili induere propter inhoneſtum, vt magis forſam parara ſit ad meretriçandum, nam anathema eſt, c. ſi qua mulier, cum glo. 30. diſtinc. Aut vt contrahentes fallat, nam nō iuuatur velleiana, l. 2. l. ſi decipiendi, ff. ad velleian. l. fœminis, C. eod.

Quod

14 Quod etiam antiqua lege præceptum erat, vt diſtinctus eſſet virilis, & mulieribris habitus, vt dicitur Deut. cap. 22. ne commixto, & indeterminato ornatu, daretur ſcortandi occaſio, vt inquit Pet. Greg. Toloſ. de repub. lib. 7. cap. xj.
15 num. 82. Nec vir ſine vitupęratione muliebri habitu vti poteſt, l. veſtis, §. muliebri, ff. de aur. & arg. leg. & pulchre declarat Iac. Reuar. ambig. iur. lib. 4. cap. vlt. idque Mediolani contigiſſe anno 1592. cum ibidem adeſſet Meno. & refert de arb. iudi. lib. 2. cent. 3. caſ. 286. nu. 13. in quodam Franciſco Nouocomenſi, qui cum nulla lanuginis ſigna haberet,
16 & fœminæ faciem referret, ementito ſexu, quæ Franciſcana appellabatur, tanquam pediſſequa multis illius ciuitatis nobilibus inſeruiuit, & poſt multos annos tamquam fœmina cuidam viro nupſit, eoque mortuo, ſolemni iure alium virum duxit, cum quo annis vti vxor habitauit, quæ tandẽ morbo Gallico corrupta, & in xenodochium illius vrbis delata, ibidem deceſſit, & dum ſepulturæ traderetur, inuenta eſt habere virile membrum, & nulla mulieris ſigna, ob q cadauer, iuſſu ſuperiorum ſepultura caruit, quæ eſt atrociſſima pęna, vt inquit Bal. conſ. 416. par. 1. quem refert Aſin. in l. ſi quis, §. prætor ait, ff. de relig. & ſump. fune. ob quod vt inquit Val. Max. lib. 6. c. 3. cadauera Tiberij, & Caij graccorum, qui & ſi ſumma, ac ampliſſima nobilitate claruiſſent, qui ſtatum Reipublicæ conati erant, conuellere inſepulta iacuiſſe, ac defuiſſe ſupremum humanę conditionis honorem: quod refert Couarru. variar. reſolut. lib. 2. cap. 1. in fine. Immo, vt inquit Meno. quod igne quoq; cremari po-
17 terat, ſed tamen qui veſtibus caret, dicitur eſſe in vinculis, vt nudus in publicum exeat, aut exire cogatur, glo. in l. in eadem, ff. ex qui. cau. maio. & talis quis præſumitur in quali habitu reperitur, l. apud labeo
18 nem, §. ſi quis virginis, ff. de iniur. glo. in clem. 3. in ver. non negotiandi, de cenſ. Bal. in l. ſanctum, ff. de rer. diuiſ. & in l. 1. §. ſed & qui. C. de lat. lib. tolle. Proinde qui clericum habitu laicali indutum verbe-
19 rat, non eſt excommunicatus, glo. in l. ſi quis ignorans, ff. locat. in l. attentari, ff. de iniurijs, & Bald. in l. 2. C. de in ius voc.

& di-

Digitized by Google

& dicit quoque Innoc. in cap. non dubium de ſent. excomm. quod percutiens clericum, quē ignorabat clericū, non eſt excommunicatus, vbi etiam enumerat ſex alios caſus, in quibus non eſt excommunicatus, quos etiam recenſet glo. in c. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. & [illegible] l. ne Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 76. Quod tamē ita verum eſt, ſi ignorabat clericum, ſecus ſi ſciebat, nam incidit in excommunicationem, Bald. in l. ſi qua per calumniā C. de Epiſcop. & cler. & inquit quoque in l. directis, C. de teſtam. manumiſ. quod & ſi ſtigmata non faciunt militem, ſed auctoritas militaris adiuncta, tamen faciunt præſumi talem, qualis per inſignia demonſtra-
20 tur. Nam ex actibus frequentatis præſumitur habitus, c. ſi iudex laicus de ſent. excomm. d. l. apud laborem, § ſi quis virgines, & l. ſi ignorans, ff. locat. & propterea Florian. in ſua diſput. incip. varia, & diuerſa, in fine, allegat prædicta ad excuſationem cuſtodum carceris, qui ab vxore carcerati de capitali crimine decepti fue-
21 rūt, quem dum pluries viſitaret, ſemel eius veſtibus cum viro pręmutatis, ipſa in carcere remāſa, maritus euaſit muliebri habitu indutus, refert, & Romæ etiam ſuis temporibus id eueniſſe, inquit Proſp. Far. de carcer. & carcera. quæ. 30.
22 num. 118. Sic etiam Sanctia Regis Vaſconiæ filia, vt refert Iuſt. Lipſ. in monit. & exemp. polit. lib. 2. cap. 17. monit. 18. Ferdinandum Caſtellæ Comitem eius virum inſigni fraude euaſit, qui dum à Sanctio Rege Legionum eius nepote in arctam cuſtodiam eſſet detentus, ſimulans ob votū ad Diuū Iacobum velle proficiſci, inde pertranſiens, & ab eo benigne excepta, impetrat ſui viri viſendi cauſa copiam fieri, quod agens permutata veſte, vicariā ſe pro marito dedit, & ille dubia luce euaſit, & ad ſuos redit, quæ deinde ad nepotem educta, impetu ad rationem reuocato, pietatem, & fæminæ robur tollit, & honeſto comi-
23 tatu ad maritum dimiſit. Et vnuſquiſque debet gerere veſtem, tempore, & profeſſioni conuenientem, cap. Deus qui, de vita, & honeſt. cleri. cap. 2. 21. quæſt. 4. & dicitur Matth. cap. 22. quod cum Rex introiret, vt videret diſcumbentes, & vidiſſet hominem non veſtitum veſte nuptiali, dixit, quare huc

quare huc intraſti non habens veſtem nuptialem, & Specul. 24 tit. de aduoc. §. requiritur, admonet aduocatos, vt deferant veſtem ſuæ profeſſioni conuenientem, & ita quoque Caſſan. in catal. glo. mundi par. 7. conſil. 44. & multa congerit Carau. rit. 101. & probat tex. in l. ſed ſi quid, §. ſufficienter, ff. de vſuf. & glo. in cap. non nulli, de cler. reſid. & inquit glo. in cap. vt apoſtolicæ, in verb. dignitatum, de priuileg. 25 in 6. quod Doctores togati, & ornati incedere debent, vt dignitas doctoratus appareat, & pulchre Menoch. de arb. iudi. lib. 2. cent. 6. caſ. 561. & Bal. quoq; ait in l. 1. num. 11. ver. decimo nono, ff. de off. conſ. ꝙ ambaſciatores debent incedere in forma honorifica, vt habeantur in maiori culmine. 26 Sicuti conſules debent portare inſignia ſua, per quæ cognoſcantur ab alijs, & multa congerunt Menoch. de præſump. lib. 3. præſump. 64. & Conſil. Maſtr. de magiſt. par. 2. lib. 5. cap. 2. per totum, & veſtium ornatus nedum arguit dignitatem, & perſonæ authorita- 27 tem. Immo apud ruſticos potiſſimum, peritiam ſcientiarum & diuitiarum cumulum, de peritia ſcientiarum Specul. tit. de aduoc. §. ſequitur, inſinuat quatuor pulchra carmina, quę quamuis à DD. in multis locis referuntur, hic quoque deſcribenda duxi, vir bene veſtitus pro veſtibus eſſe peritus. Creditur à mille quãuis idiota ſit ille: ſi careat veſte, nec ſit veſtitus honeſte. Nullius eſt laudis, quamuis ſciat omne, quod audit, quod etiam pręſumat diuitem veſtibus ornatũ, probatur optime ex glo. in l. ſi quis, in princip. in ver. de dolo ff. de dol. malo, quæ inquit, ꝙ 28 qui eſt bene veſtitus, apparet melior alijs, ex quam infert ibi Bald. quod ducentes fideiuſſores bene veſtitos, vt videantur idonei, decipiunt curiam, ſic quoq; nec alterius ſimulata veſte eſt decipiendus, & illudendus populus, ita vt ſi ſerui dum funus domini ducebatur, antecedebant de voluntate hæredis cum pileo in capite, quod liberi tantum genere ſolebant, ob quod oculi omniũ decipiebantur, putantes teſtatorem, aut hæredes ſeruos ipſos liberaſſe, quod in pęnam huius illuſionis, & deceptionis ſtatim, hi ſerui efficiuntur liberi, l. vni. §. ſed & qui. & ibi Bal. ex eo tex. C. de lat. libert.

tolle.

tolle. & aſſumens inſignia publica authoritate deſignata puniri debet, puta pro conſulis, Bald. in l. 1. C. quæ res ven.
29 non poſſ. Sic laicus aſſumens habitum clericorum, punitur pæna exilij, §. penul. auth. de ſanctis Epiſcop. plene Menoc. plura congerens de arb. iudi. lib. 2. cent. 4. cap. 320. nu. 13. 14. & cent. 6. caſ. 561. num. 7. etiam ſi iocoſe id faciat, glo. in cap. tuarum, in ver. ſignatos, de priuileg. & declarat optime Conſ. Rouit. in pragm. 1. in fine, ne quid in loco publi. & inquit Sart. in l. reddatur, C.
30 de prof. & medi. lib. 10. quod aſſumens habitum doctoratus Philoſophię, aut alterius ſciẽtiæ, gerens ſe pro doctore, cum non ſit, tenetur pæna falſi, ita quoque deferens caputium, & monilia deaurata, quę doctori conueniunt, vt ſe doctorem oſtendat, tenetur pæna falſi, ait Ang. in l. itẽ apud labeonẽ, §. adijcitur, ff. de iniur. Atq; deferens in ſuis armis fa-
31 miliæ circulũ ſiue zonã, ꝙ cõpetit comitibus, vt pulchrè annotat Teſ. dec. 270. n. 9. cũ nõ ſit comes, tenetur pæna falſi, dicit Frecc. de ſuff. lib. 2. cap. quis dicatur comes, num. 48. & plene Menoch. de arb. iudi. lib. 2. caſ. 318. nu. 19. cum ſeq.
32 Et faber, aut mercator vtens ſigno alterius fabri, aut mercatoris, etiam punitur de falſo Bar. de inſig. & armis n. 7. Bal. in l. 1. C. quæ res vend. poſſ. plene Feli. in prohem. decret. n. 37. & pulchrè Pet. Nuñez de exeq. mãd. p. 1. c. 19. n. 32. Nec debet quis propriũ nomen mutare in alterius iniuriã, l. 1. C.
33 de mut. nom. vbi glo. dicit, ꝙ punitur de falſo, & ſępius fit ad obtinendam hæreditatẽ, legatũ, aut alterius vxorẽ abſentis iã diu, qui grauius pro admiſſi facinoris qualitate punitur, vt euenit in quodam Arnaldo de Tilla, qui finxit ſe eſſe Martinũ Guerrã, qui per plureș ãnos aberat, & ita cũ eius vxore cohabitauit multis ãnis, & ex ea liberos ſuſcepit, & cum deinde redijſſet Martinus Guerra, & res cũ multa difficultate detecta fuiſſet, fuit p̃dictus Arnaldus ſupẽſus, & flãmis cõbuſtus, ꝙ fuit Toloſæ actum, vt refert Iul. Clar. recep. ſent. lib. 5. §. fi.
34 q. 83. circa prin. Sic ẽt nec nomẽ dignitatis, aut officij aſſumere, vt in ea qui ſub nomine curiæ intrauit domũ cuiuſdã pulchrè mulieris, vt eã carnaliter cognoſceret, de cuiꝰ pęna Farin. pulcrũ edidit conſ. n. 73. aſſerens

quamuis ipſam non cognouiſſet, fuiſſe ad triremes condẽnatum, vbi & de ſimul. & falſ. quæſt. 150. pleniſſime agit de pæna illorum, qui faciunt ſe inquiſitores, iudices, fiſcales, doctores, milites, comites Palatinos, notarios, nobiles, aut in aliqua dignitate exiſtentes cum non ſint, ad quod etiam vide Pet. Nuñez de exeq. mãd. par. 2. cap. 14. num. 23. Veſtes, & ſi generaliter omnium communi nomine vocentur, aut veſtimenta, cum idem ſint, l. veſtis, ff. de aur. & arg. leg. cum
35 tamẽ dignitates humanæ habent ſua quæq; inſignia, vt inquit, eaq; enumerat Frecc. de ſuff lib. 2. cap. quis dicatur comes, num. 49. & Affl. in conſt. incip. Omnes noſtri, in princ.
36 proinde inſpecta dignitate, & qualitate perſonarum ſpeciali nomine nuncupatur, vt purpura Regum, toga aduocatorum, clamis militum, ſtola ſacerdotum, cuculla monacorum, & habitus ruſticorum, vt inquit glo. in l. vni. in ver. figulis, C. vt nulli liceat in fren. lib. xj. & de ipſarum multiplici ſpecie, pleniſſime adnotant Alex. de Alex. dier. gen. lib. 5. cap. 18. Caſſan. in catal. glo. mun. par. 12. conſ. 96. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 6. caſ. 561. & de præſump. lib. 4. præſumpt. 161. Pet. Greg. Toloſ. de rep. lib. 4. cap. xj. & Conſ. Rouit. in prag. 13. de offi. & quæ his prohib. ſed veſtes exceſſiue, & ipſarũ abuſus, tamquam reipublicæ damnoſus, poteſt à ſuperiore prohiberi, vt inquit Pet. Nuñez, qui plura ad hoc notabilia congerit de exeq. mandat. par. 1. cap. 12. num. 2. cum ſeq. ad quod extant plures pragm. ſub tit. de veſt. moder.

SVMMARIVM.

1 *NVncius ſi nulliter citauit, poteſt iterum ſine alia commiſſione citare.*
2 *Procurator ſi nulliter appellauit, poteſt iterato appellare.*
3 *Eligens abſq; iuris effectu, poterit iterum eligere.*
3 *Verba ſunt intelligenda cum effectu.*
5 *Emphiteuta vendens ſi venditio eſt nulla, non cadit à iure ſuo.*
6 *Nulliter facta pro infectis habentur.*
7 *Denarius falſus non eſt denarius, & non computatur in numero.*
8 *Nuncius ſpecialis ſi nulliter citat, non poteſt denuo citare.*
9 *Eligens nulliter iure alieno, non poteſt iterum eligere.*
10 *Nuncius ſi reuocato mandato citat, quamuis reuocationem ignoret, nõ valet citatio.*

Pro-

Digitized by Google

11 *Procurator ad negotia ſi reuocatur & ignorat valet quod gerit.*
12 *Procurator ad iudicia ſi eſt reuocatus, & ignorant iudex, & pars iudicium valet.*
13 *Procuratoris reuocatio valet in praiudicium reuocantis, quamuis iudex & pars ignorent.*
14 *Procurator ſi morte principalis eſt reuocatus, non requiritur denunciatio.*
15 *Procurator ad contrahendum matrimonium reuocatus, quamuis ignorat non valet matrimonium.*
16 *Literæ pro contrahendo matrimonio ſi reuocantur, nec valet matrimonium.*
17 *Proprietas cum iuramento non reuocare procuratorem, poteſt non obſtante iuramento reuocare.*
18 *Literas ſcribens alicui, ſi moritur antequam ad illum perueniant, nõ nocent hæredibus.*
19 *Literas alicuius recipiens mittente mortuo, ipſas non videtur fateri.*
20 *Literas cambij recipiens, & promittens ſoluere infra certum tempus, ſi interim mittens moritur, non tenetur ſoluere.*
21 *Creditor ſi debitori mandat, vt ſuo creditori ſoluat, qui non ſoluit, ſed ſoluere promiſit, an mandans ſit liberatus.*
22 *Mandatum iuriſdictionis ſimile eſt mandato procuratoris.*
23 *Mandatum iuriſdictionis in quo differat à mandato procuratoris.*
24 *Iudex delegatus lite conteſtata ſine cauſa poteſt reuocari, ſed non procurator.*

GLoſſa 19. Quæro iudex mãdauit nũcio, vt citet aliquem, quẽ
1 nulliter citauit, puta die feriata, an poterit iterato ſine alia commiſſione citare, & vtique poterit, Rom. Iaſ. in fine, in l. qui per ſalutem, ff. de iure iur. & Arno. comment. 27. cum citandi poteſtas per citationẽ inualida non eſt conſumpta, l. qui per ſalutem, & ibi Bart. & DD. ff. de iure iur. l. hæc cõditio lá prima, ff. de cond. & demo. l. 2. ff. de opt. leg. & per eum tex. in d. l. hæc conditio, dicit Bald. in l. inuitus, in fin.
2 C. de procur. Quod procurator conſtitutus ad appellandũ, ſi prima vice nulliter appellauerit, poterit iterum appellare, nam cum prima appellatione voluntas mandantis non habuit effectum, intelligitur, de ſecunda valida, & ſequitur Rom. in l. 2. ff. de re iudi. Iaſ. in l. apud Iulianum, §. ſi quis, ff. de verb. oblig. & Feli. in c. 2. de treg. & pace, & inquit, Bart. in l. 2. §. 1. & in l. cum ita, §. 1. ff. de opt. leg. Quod per
3 electionem nulliter factam nõ conſumitur ius eligendi. Et ſententia nulla non eſt ſententia, & qui re caret etiam nomine carere debet, l. 4. §. con-

Digitized by Google

demnatum, ff. de re iudi. l. 3. ff. de teſt. tutel. clem. paſtoral. de
4 re iudi. Nam verba ſunt intelligenda cum effectu, l. 1. in fine ff. quo quis iur. l. penu. §. 2. ff. ne quis eum, qui in ius voc. l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. geſt. & per d. §. condemnatum, inquit quoque Bald. in l. 3. nu. 3. C. de
5 epiſ. aud. Quod emphit. nulliter vendens non cadit à iure ſuo, & tex. in l. fina. C. de iur. emphit. loquens de venditione, non comprꝑhendit venditionem nullã, & multa congerit Iaſ. in d. l. fina. num. 133.
6 Et nulliter facta habentur pro infectis, l. de die, §. 1. & l. quotiens, ff. qui ſatiſd. cogant. l. quamuis, §. ſi conuenerit, ff. ad velleia. inde ſoluens reprobam pecuniam nihil videtur ſoluiſſe, l. eleganter. §. qui reprobos, ff. de pigno. actio. Et
7 falſus denarius non eſt denarius, glo. in l. 2. C. de hæret. & in cap. vera iuſtitia, 45. diſtinct. & dicit Ioan. Andr. in addit. Specu. authoritate haber. de bob. tit. de crim. falſ. Quod ſi duo ludunt ad par, & impar, quod nummus falſus nõ computatur in numero, ſequit Alex. conſ. 104. vol. 1. & Affl. in conſtit. incip. adulterinam, quæſt. 1. quod tamen dicerem vt iterum poſſit citare ſi eſt ordinarius nuncius ipſius iudi-
8 cis, cæterum ſi ad id erat ſpecialiter deſtinatus, nam ex prima citatione etiam inualida, functus eſt officio citãdi, ſicut dicimus in iudice delegato, qui per ſententiam nullam functus eſt iudicandi officio, nec amplius poterit iudicare, l. ſi vt proponis, vbi glo. C. quom. & quan. iudic. & Boer. qui hoc
9 plene declarat deciſ. 6. ſic nulliter eligens ex ſpeciali commiſſione non poteſt amplius eligere, dicit Rip. ex glo. prædicta in d. l. ſi vt proponis, in l. ſerui electione, ff. de leg. 1. & plene Menoch. de arb. iudi. lib. 1. quæſt. 67. & ita de iudice delegato ad nuncium arguit Affl. in conſt. citatione
10 literæ num. 13. Sed quid ſi officialis dederit nuncio mandatum citandi aliquem, & eo ignorante reuocauit mandatum, an citatio poſtea facta valet, & eam non valere, inquit Bal. in cap. cum veniſſet, de eo. qui mitt. in poſſ. & Iaſ. in l. ſi opus nouum, in princip. ff. de oper. noui. nunciat. Nam cum miniſter ſit, mandati reuocatio etiam ipſi non nota impedit actum, glo. in clem. vni. in ver. tenent, de renunciat.

Digitized by Google

ciat. & in l. ſi pater, in ver. non ſit, ff. de manu. vind. ſecus ſit
11 eſſet mandatum ad negotia, nam requiritur ſcientia procuratoris, alias valet actus, l. ſi mandaſſem, ff. mand. & glo. in d. clem. vni. Aut ad iudicia, & niſi reuocatio nota ſit iudi-
12 ci, & aduerſario, acta erunt valida, l. 1. C. de ſatiſdat. glo. 1. in cap. mandato, de proc. Vant. de nullitat. ex defec. pro mand. num. 158. & ſequen. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. caſ. 183. num. 40. cum plur. ſeq. Niſi ibidem, & in eodem iudicio eſſet facta reuocatio, in quo fuit confecta procuratio, Bart. & Caſtren. in d. l. 1. C. de ſatiſdat. & Præſ. de Franch. deciſ. 490. Quod ta-
13 men intelligendum eſt quoad præiudicium tertij, vt ſcientia requiratur, non autem ipſius reuocantis, cum ſtatim ſine notificatione valeret in damnum ipſius, & proinde geſta per procuratorem reuocata, quatenus concernunt vtilitatem reuocantis non valẽt, & quoad eius præiudicium ſubſiſtunt, glo. in cap. 2. de procur. in 6. Hoſt. in ſumma de procu. §. qualiter firmatur, in princip. & probant tex. in l. ſed & ſi ſocius, §. 1. ff. pro ſocio, & in l. ſi pęnituit, ff. de diuort. & plura congerit Menoch. de præſumpt. lib. 4. præ-
14 ſump. 101. nu. 30. Aut ſi morte principalis eſſet reuocatus, nam denunciatio non eſſet neceſſaria, cum nõ poſſit aliquid imputari, cur mortem ſuam aduerſario non denunciauit, Bart. in l. ſi procuratorem, vbi hanc reddit rationem, ff. de proc. & in l. more maiorum, num. 18. ff. de iuriſd. omn. iudi. glo. in clem. vni. de renunciat. Abb. in c. mandato, de procur. de procur. & plene Felin. in c. ex parte, & l. 2. de reſcrip. Vel
15 eſſet conſtitutus ad contrahẽdum matrimonium, nam ſi reuocatur, quamuis non perueniat ad notitiam procuratoris, matrimonium cõtractũ, poſtea non valet, cum conſenſus deficiat. c. fin. de proc. in 6. glo. iur. ciuil. in l. ſufficit, & ibi Bald. ff. de ſponſ. Bald. in l. potuit. ff. de diuor. Ang. in l. ſi procurator, in fin. ff. de procur. Iaſ. in l. eius qui in prouincia, §. ſi vero, ff. ſi cert. petat. & plene Couar. qui dictum cap. fina. plene declarat, de matrimon. par. 2. cap. 4. in princ. n. 8. cum ſeq. quamuis de hoc videatur dubitaſſe glo.
16 in l. 4. ff. de ſponſ. Et id quidẽ ampliatur, etiã in matrimonio

con-

contracto vigore literarum, quæ ſi fuerint reuocatæ, licet lector ignorauerit, non valet matrimonium, glo. in cap. nec illud 30. quæſt. 5. & ea ratione, vt dicit glo. quia requiritur quod duret voluntas prioris, mittentis, & quamuis promiſerit procuratorem non reuocare, ſi reuocauerit, nec ob id matrimonium tenet, glo. in d. cap. fina. de procur. in ſexto, quam glo. dicit memorabilem Couar. loco prædicto in fine, & communiter approbatam Io. Gutt. de iur. confirm. par. 1. cap. 1. num. 80. & par. 3. c. 13. num. 13. Quod tamen in hoc procuratore non eſt ſpeciale, cum id generale ſit in quocũque procuratore, vt promittẽs non reuocare, poſſit reuocare, Bart. in l. cum præcario, ff. de præcar. Immo & ſi cum iura-
17 mento promiſerit, adhuc reuocari poterit, quamuis reuocans ſit periurus, Ang. in l. & in perpetuum, ff. de procur. in l. ſticum, §. vſufructum. ff. de ſolut. & Alex. in l. ſtipulatio, hoc modo concepta, ff. de ver. oblig. in eo tamen, quod & ſi non peruenerit ad notitiam procuratoris, vel alterius, de cuius intereſſe agitur, vt reuocatio valeat, dicit eſſe ſpecialiſſimum. glo. in clem. vni. in verb. teneat. de renunciat. eadem quoq; cauſa ſit, quod mi-
18 ctens alicui literas, quibus exponit ſe illi debere centum, quod ſi moritur antequam literę ad manus illius peruenerint, cum morte conſenſus, & volũtas defecit, l. 4. ff. locat. & Bar. in l. centeſimis, §. fin. ff. de verb. oblig. hæredibus non nocent, Innoc. in cap. cum dilectus de ſucceſ. ab inteſ. Marſ. in rub. de probat. num. 248. & ſingul. 379. Aſin. in l. 4. §. ſed nunc locus, nu. 81. ff. de relig. & ſumpt. funer. ſic quoque quamuis quis recipiendo literas ſimpliciter alicuius, videatur eas approbare, & in eis cõtenta confiteri, l. filiusfamilias, ff. ad macedon. & pulchre declarat Menoch. de arbi. iudic. lib. 2. caſ. 21. & de preſump. lib. 3. præſump. 65. & Ioan. Vinc. de Anna ſing. 322. ſi tamen eas receperit mortuo mittẽte,
19 non videtur eas approbare, Dec. in cap. 2. num. 15. de fide inſtru. Gab. recep. ſent. lib. 1. tit. de præſump. concl. 2. n. 16. Aſin. in d. l. 4. §. ſed nunc locus num. 81. de relig. & ſump. fun. Menoc. de præſump. lib. 3. præſump. 65. num. 17. Proinde inquit Bal. in l. cum pater, §. menſæ,

ſæ, ff. de legat. 2. Quod ſi Titius cum Romæ eſſet, per literas cambij mandaſſet Meuio Neap. exiſtenti, vt ſolueret
20 Sempronio centum, qui literas acceptauit, ſed antequam dies ſolutionis veniſſet, mortuus eſt Titius, Meuius ſoluere non tenetur, nam cum ante ſolutionem res ſit integra, mãdatum eſt morte reuocatum, l. mandatum, C. manda. ſic ẽt promiſſio, quæ cum ſit facta in ipſius conſequentiam, eo reuocato, ipſa quoque reuocata eſt, arg. l. cum quidam decedens, §. 1. ff. de leg. 3. ſecus ſi non eſſet mortuus, ſed decoctus ante tempus ſolutionis, nam tunc ad ſolutionem tenetur, vt inquit deciſum Præſ. de Franc. deciſ. 303. quamuis etiam in mortuo dubitat, & cogitandum relinquat, Conſ. Rouit. ſpeculum theoricæ, & pract. in prag. vni. num. 7. de
21 liter. cambij. Sed quid ſi quis ſuo debitori mandat, vt ſoluat centum ſuo creditori, qui non ſoluit, ſed per ſtipulationem ſoluere promiſit, an mandans ſit liberatus, & quamuis affirmet ipſum liberatum, Menoc. de præſum. lib. 3. præſum. 143. num. 50. tamen contrariam opinionem, quod non ſit liberatus dicit communem, Andr. Fach. contr. iur. lib. xj. cap. 53. & ſecundum eam refert iudicatum Surd. deciſ. Mant. 187. ad quod etiam in pulchra quęſtione vide Alex. & Caſtr. in l. qui Romæ, §. augerius, ff. de vera. oblig. & Iaſ. in l. petens,
22 C. de pact. Et quamuis mandatum procuratoris ſimile ſit mando iuriſdictionis, l. & quia in fine. ff. de iuriſd. omni. iud. Innoc in cap. cum olim Abbas de off. deleg. in cap. in noſtra, de procur. Bal. in l. 3. C. quan. prou. non eſt neceſ. & Rot. de-
23 ciſ. 415. tamen in aliquibus differunt, potiſſimum cum procuratoris mandatum lite conteſtata ſine cauſa reuocari nõ poſſit, l. antepenul. cum ſeq. ff. de procur. cap. 2. eod. in 6. & Miſing. qui hoc optime declarat cent. 5. obſ. 40. ſecus iuriſ-
24 dictionis, cum omni tempore libere poterit reuocari, l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic. l. ſolent, §. ſicut, ff. de off. procon. Ang. in l. ſi longius, ff. de iudic. in l. ſi res, ff. de procur. Abb. in cap. cauſam in princ. de cura. calum. Boer. de aut. mag. conc. num. 159. vbi optime declarat, d. l. iudicium ſoluitur, Aufre. deciſ. Cap. Toloſ. 470. Couar. plenè lib. vni. pract. quæſt. c. 9.

And.

And. Gail.lib.1. obſer.41.per totam, Conſ. Maſtr. de mag. par. 2. lib.4. cap.17. num.15. cum ſeq. & pleniſſime Conſil. Rouit. in pragm.2.& 3. de ſuſpic. official. & Pet. Nuñez de exeq. mand. par.1.cap.19.nu. 2. cum ſequ. Tamquam differentiam adnotat glo. in cap.1. in verbo procurator de procurat. in 6. & alias ſex congerit Feli. in cap. relatum, de offic. deleg. ſic etiam legatum in annos ſingulos, & ſi ſimile ſit vſufructui, in multis tamen diuerſum eſt, l. in ſingulos, ff. de annu. legat.

SVMMARIVM.

1 *Citatio de iure communi, vt domi poſſit fieri, eſt primo citandus perquirendus.*

2 *Oblatio pecunia eſt primo creditori facienda, vt deinde poſſit fieri depoſitio.*

3 *In alternatiuis ſufficit alterum adimpleri.*

4 *Alternatiua aliquando eſt ordinis, non electionis.*

5 *Statutum debet à iure cõmuni recipere interpretationem.*

6 *Dictio (&) poſita inter perſonas in quibus cadit affectio, copulat ordine ſucceſſiuo.*

7 *Citatio ad domum habitationis fieri debet.*

8 *Citandus ſi plura habet domicilia, citari debet vbi maiore anni parte habitabit.*

9 *Habitare ibi quis dicitur, vbi habitat maiore anni parte, & ſi diu citatur abſit.*

10 *Maritus quamuis abſit, ſibi domicilium retinet, vbi vxor cum familia habitat.*

11 *Citatio non præſumitur facta domi ſolite habitationis, ſi nuncius dicat ſe citaſſe modo, & forma ſibi commiſſa.*

12 *Nuncius ſi referat ſe citaſſe ad domum, modo, & forma ſibi commiſſa, an præſumatur primo citãdum perquiſiuiſſe.*

13 *Citatio debet fieri ad domum, tam in cauſa ciuili, quam criminali.*

14 *Officialis, beneficiatus, expoſitus, & baptizatus, ſunt ciues illius loci, vbi hæc geſta ſunt.*

15 *Epiſcopus vti ciuis totius diæceſis, poteſt cum ſuis animalibus paſcua ſumere, in tota diæceſi.*

16 *Officialis nedum eſt ciuis loci vbi præeſt, ſed caput ciuium.*

17 *Doctor vbi actu legit, & miles vbi ſtipendia meretur, ciuis eſt.*

18 *Patrias quis poteſt habere duas, alteram naturalem, alteram accidentalem.*

19 *Citandus ſi plura habeat domicilia citari debet in domicilio originis*

20 *Citari, & conueniri quis poteſt in domicilio ex accidenti, pro cauſa ad ipſum ſpectante.*

21 *Beneficiatus in loco beneficij non requirentis reſidentiam, poteſt pro ipſo beneficio conueniri, ſed ſi requirit poterit pro quacunq; cauſa.*

22 *Feudi dominus ibi citari poteſt, vbi retinet feudum.*

23 *Citari ibi quis poteſt, vbi conueniri poterit.*

Gloſſa

Gloſſa 20. Citare faciat perſonaliter, vel ad domum ſolitę habitationis, &c. Quamuis de
1 iure cõmuni non aliter valeat citatio ad domum, niſi primo citandus perquiratur, in quo nuncius omnem adhibeat diligentiam, deinde domi citet, & ita in relatione aſſerat, vt inquit glo. in cap. cauſam, de dol. & cont. in cap. ſignificauerunt, de teſti. Abb. in cap. fina. de eo qui mitt. in poſſ. & conſ. 83. vol. 2. quod etiam ſtatutum eſt, per reg. conſt. citationis literæ. Atq; etiam in extraiudicialibus faciendũ ſit, vt primo perſona perquira-
2 tur, vt in depoſitione pecunię, quæ prius creditori offerenda eſt, quam in iudicio deponenda, l. 2. vbi Salic. & in l. creditor, & glo. in l. acceptam, C. de vſur. & dicit Bar. in l. item illa in princip. ff. de conſt. pecu. quod ſi per interpellationem volo aliquem in mora conſtituere, quod primum debeo eum de perſona interpellare, quem ſi non reperio, poſſum ad domum facere, allegat l. ſi dictum, §. vltimo, & quædam alia iura, ff. de euiction. eamque opinionem dicit ſecuriorem, veriorem, & communem, ipſamque etiam declarat Io. Gutt. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 33. per totam. Sed cum alteratione ſit citandi modus poſitus, perſonaliter, vel ad
3 domum, nihil intereſt, vtrum alterum iſtorum factum ſit, cũ in alternatiuis ſufficiat alterũ adimpleri, l. plerumq; in fine, ff. de iur. dotium, l. penul. C. de condit. indeb. §. penul. inſt. de hæred. inſt. ob quod non erit primo perſona perquirenda, ſed ſtatim poterit in domo citari, Bar. in l. 4. §. prætor ait, num. 15. vbi etiam Caſt. Alex. & cęteri, ff. de dam. infect. Pap. in for. libel. rei conuent. glo. 2. col. Abb. in cap. cauſam, de reſcrip. in cap. cum dilectus, de conſangui. & affinit. & in cap. ex parte, de verb. ſignific. Et quamuis aliqui DD. dicant, ꝙ intelligeudum eſt, ſecundum iuris communis diſpoſitionẽ, vt ſi de perſona nõreperiatur, domi citetur, vt inquit Macteſ. ſing. 85. & Rampo. & alij quos refert Roman. & Imol. & d. §.
4 prætor ait. Et illa alternatiua non ſit electionis, ſed ordinis, & eadem ſit interprætatio in cap. mandato, vbi glo. de præb. & dignit. in 6. & glo,

Digitized by Google

in cap. in alternatiuis, de reg.
5 iur.in 6. Nam ſtatutum debet
à iure communi recipere in-
terpretationem l. 2. C. de no-
xa. actio. l.fina. C.de milit.te-
ſta.cap. cum dilectus de conſ.
& in quantũ poteſt debet iuri
communi cócordare, l.vni.C.
de inoſ. dotib. glo.in l.fina. ff.
fin.reg.& Bar.in l. præcipimus
in fin.C.de appell.vt ea dictio
(vel)propriam naturam immu-
tet, ſicuti dictio (&) quæ poſi-
6 ta inter perſonas in quibus ca
dit ordo affectionis, eas non
æqualiter, ſed ordine ſucceſſi-
uo copulat, Bart. in l.gaius,ff.
ſolut.matr. plene Iaſ.in l. gal-
lus, §.quidam recte,ff.de lib.&
poſth. & Viui. deciſ. prouint.
214.vol.2. Si tamen hæres in-
ſtitutus ſit teſtatori de deſcen-
dentibus, ſecus ſi de tranſuer-
ſalibus. nam æqualiter,eodem
tempore,& non ſucceſſiue co-
pulat, Bald.Ang.& Alex.in d.
§.quidam recte,& communem
teſtatur Dec. conſ. 205. Iul.
Clar.de teſtam.quæ.80.Mart.
de comu. vlt. volunt. qui hoc
plene declarat, ampliationi-
bus, & limitationibus allatis
lib. 4. tit.o.per totum, & iudi-
catum refert Præſ. de Franch.
deciſ. 633. Sed prima opinio
ſeruatur, vt vere alternatiuæ
vim obtineat, & ſit in actoris
electione, reũ de perſona, vel
ad domum citare,vt dicit Ma-
rant.in ſuo ſpecul. ſexta parte
7 memb.1. nu.103. Et quod ad
domum habitationis fiat cita-
tio, etiam iuri communi con-
uenit,l.4. §.prætor ait, ff.de
damno infecto, l.1. §.domum,
& ibi Bar.ff.de lib. agno.clem.
cauſam,de elect. glo. in clem.
1.in ver.domũ,de for.compet.
Bald.in l.vt perfectius,C.de
annali excep. & in l.ab eo. C.
quo.& quan.iudi. & niſi in re-
latione id diceretur, non vale-
ret citatio,Bart.in d.l.4.§.præ-
tor ait,& Alex.in l.hæres inſti-
tutus,ff.de acq.hered.& ſi plu-
ra habet domicilia, in quibus
8 diuerſo tempore habitat, de-
bet in eo citari, vbi frequẽtius
& maiori anni parte inhabitat
Bar.& Bal.in l. quid ſi dubitet
ff. de acq. hæred. in l.cum de-
lanionis,§.ſabinus, ff.de fundo
inſtr.& inſt.legat.& Papien.in
forma libel.rei conuen.in ver.
9 termino. Nam vbi quis maio-
re parte anni habitat, & ſi tẽ-
pore citationis abſit, ibi dici-
tur habitare,glo.in l.1. in ver.
maneat. & ibi Bart. ff. de lib.
agnoſ. Bald.in l. ſi quis ad de-
clinandum num.26.C.de epiſ.
& cleric.& Afflict. deciſ. 384.
verſ.

Digitized by Google

verſ.adducebam.immo & continue habitare dicitur Caſt.in l.2.de iuriſd.omn.iudic. Quod tamen procedit, dum tempore citationis incertum eſt, vbi habitat, vt ſatis ſit citare, vbi maiore parte anni degit, cæterum ſi certum ſit eo tempore, nam ibidem citari debet, Bart.in d. l. 4. §. prætor ait, & Bald.in l. pen.in fine,ff.de in integ.reſti.

10 Et vbi habitat vxor cum familia, ibidem eſt citandus, nam & ſi abſit, ibi domiciliũ habet l.1.§.domum, & ibi Bart.ff.de lib. agno. Bald. in l. ab eo. C. quo.& quan.iudic. Guid.Pap. deciſ.445.plene Menoch.de præſump.lib.2.præſump.27.& id quoque de iure reg. vt in conſt. incip. citationis literæ.

11 Quæro ſi nuncius dicit in relatione ſe citaſſe ad domum modo, & forma ſibi commiſſa, non tamen dicit ſolitę habitationis, prout de iure requiritur an præſumatur, vt citatio valeat,& Bart. in d.§.prætor ait, num.12. dicit non præſumi, & proinde citatio non valet. Sed Bald.in l. properandum,§.& ſi quidem num. 13. C. de iudic. contrarium affirmare videtur, vt citatio teneat, ſed ita in hac re dicendum eſt, quod ſi nuncio committitur citatio nulla forma à iudice data, ſed vt citet iuris forma ſeruata, & procedit Bart.opinio, vt citatio nõ valeat, quia ex verbis nuncij non præſumitur, vt actum citationis iuridice expleuerit, ſicuti pro iudice præſumitur, vt ibi dicit Bart. ex l. 1.& cum ibi notatis, C.de vſur.ſed ſi cõmittitur ſpecialiter, quod perſonaliter, vel domi ſolitę habitationis, tunc relatio ita facta probat legitimam citationem, & ita intelligendum eſt dictũ Bald.d.§. & ſi quidem, & ita prædicta concordando inquit Dec. in cap. cum parati, de appell. & in cap. quoniam cõtra, de prob.& refert deciſum Præſ.de Franch.deciſ.322.Idẽ

12 dicendum eſt, ſi fuit mandatum nuncio ſpecialiter, vt citet perſonaliter, ſi de perſona reperiatur, ſin autem domi, vt relatio ita facta prę́ſumat perquiſitionem præceſſiſſe, ſecus ſi non exprimeretur, vt ea non præſumatur perquiſitio, ita ex prædictis colligitur, & ex adductis per Abb.in conſ.84.vol. 2. per Alex. conſ.2. lib. 3. per Socci. cõſ.56.lib.4. & per Menoch. de præſumpt.lib.2.præſ. 26.Et quamuis Bal.in l.ſcire oportet, §.multa, ff.de excuſat. tut. dicat ex citatione domi

facta præſumi perquiſitionem, & ita ſeruari in practica iudiciorum, afferens rationem, ꝙ propter officium facientis præſumatur legitime facta, ea tamen ratio in iudice, non in nuncio procedit, vt notatur per Bart. in d. §. prætor ait, nu. 14. & in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. per Alex. in l. hæres, nu. 4. ff. de acq. hæred. & per Abb. in cap. cauſam, num. 8. de dol.

13 & cont. Et quod citatio fiat ad domum ſolitę habitationis, procedit tam in ciuilibus, quā in criminalibus, vt dicit Afflic. in d. conſtit. citationis litteræ, num. 13. & Præſ. de Franc. deciſ. 114. in fine. Quæro cum quis poſſit habere plura domicilia, alterum habitationis, alterum dignitatis, officij, bene-

14 ficij, vel alterius iuris, quia eſt Senator, Poteſtas, Beneficiatus, Abbas, Monacus, beneficij, āut monaſterij, exiſtentis, in aliqua ciuitate, vel quia ibi eſt baptizatus, aut expoſitus nutriendus, ex quibus quis efficitur ciuis illius ciuitatis, & loci, l. interdum, §. ſenator, ff. de iudic. Bar. in l. 1. ff. ad municip. in l. ciues, C. de incolis, & in l. penul. lib. 10. & Ang. in l. hæres abſens, §. 1. ff. de iudic. & Ioan. Vinc. de Anna, ſingul. 185. dicens quod gaudet omnibus immunitatibus, & priuilegijs, tam in nemoribus, quā in alijs, & in regiſtro Reg. Cameræ vidiſſe multas prouiſiones in fauorem expoſitorum expeditas, & infert quoque

15 ſing. 365. Epiſcopum vti ciuē poſſe depaſcere ſua animalia in ſua diœceſi, pro quo etiam vide Fab. filium in nouiſ. addit. num. 373. cum ſeq. & dicit Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, num. 6. ff. de offic. proconſ.

16 Quod officialis nedum eſt ciuis loci, vbi præeſt, ſed caput, ciuium, immo etiam ipſius familiares ſunt ciues, & plene Par. de Put. de ſind. in ver. ciuilitas officialis, & in ver. po-

17 teſtas. Aut ibi ſtipēdium meretur vti miles, vel ſi eſſet Doctor, ibidem actu legeret, ex eis quoque ciuis diceretur, l. municeps, §. fin. & ibi Bar. ff. ad municip. in tract. repræſ. in 5. quæſt. 5. par. in princip. plene Mar. Socc. in cap. fina. de for. compet. & Proſp. Farin. de frag. crim. par. 1. cap. domiciliū quid, & quotuplex ſit, ſic quo-

18 que poteſt quis habere duas patrias, vnam naturalem, & alteram per accidentiam, dicit Bart. in l. cum in adoptiuis, §. fina. C. de adopt. & pulchre And.

Digitized by Google

And. Gail. lib. 2. obſer. 30. quē refert Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſump. 46. num. 3. ſi is conueniendus eſt, vbi citari debet, & vtique in eo loco citandus eſt, vbi propter habitationem retinet domicilium, vt ex pluribus cōcludit Boer. de-
19 ciſ. xj. Et cum habitationis cauſa naturalis ſit, præualet accidentali, quæ ex dictis cauſis fit, l. qui habebat, ff. de tut. l. ſi quis poſt eum, ff. de lib. & poſth. Bart. in l. fin. ff. de offic. proconſ. & Bald. in l. 1. C. de curat. furioſ. & id quidem ſi nō reſpicit officium, quod gerit, aut cauſam, pro qua eſt ciuis effectus, aut deſijſſet eſſe poteſtas, beneficiatus, abbas, aut monacus, vt dicit Bart. in d. l. 1. ff. ad municip. ſecus ſi reſpiceret officium quod gerit, aut
20 cauſam ciuilitatis, nam ibidē citari, & conueniri poteſt, l. magiſterie, vbi Sali. C. de iuriſ. omni. iudi. Bal. in d. l. obſeruare, §. proficiſci, num. 3. ff. de offic. proconſ. & Io. Vinc. de Anna alleg. 74. & inquit Innoc. in cap. ex ore. de priuileg. quem refert, & ſequitur Abb. in cap. de foro competen. & Bald. optime in l. ſenatores,
21 ff. de ſenat. Quod beneficiatus in loco beneficij non requirentis reſidentiam, non poteſt conueniri, niſi pro cauſa ad ipſum beneficium pertinente, cæterum ſi reſidentiam requirit, non pro quacunque alia ibi conuenitur, & reddit rationem Bal. cum ſit neceſſarius incola, qui in culpa eſt, ſi alibi domicilium transfert, & allegat, l. prætor, §. penul. ff. de edend. & plura congerit Feli. in cap. cum dilectus, el ſegundo, in princip. de reſcrip. & Io. Vinc. de Anna quoq; ſing. 153 ex pluribus concludit dominū feudi poſſe citari in loco feu-
22 di, & idem alleg. 74. Nam vbi quis conueniri poteſt, ibidem & citari, cum citatio ſit iudicij fundamentum, glo. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſt.
23 in clem. 1. de iudic. & omne ab ea exorditur glo. in rub. ff. & C. de in ius vocando.

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet continere cauſam.*
2 *Citatio ne dū cauſam, ſed cauſam cauſæ, continere debet.*
3 *Cauſa eo magis requiritur in citatione, quando fundatur exceptione, & non iure.*
4 *Cauſa quæ ſint, in quibus in cauſa ciuili quis debet perſonaliter comparere, remiſſiue.*
5 *Citatus à duobus ex tribus delegatis cum clauſula ſi non omnes, ſi*

non

nõ dicit quod tertius ſe excuſauit non tenetur comparere.

6 *Citatus à iudice competente, ſed ex cauſa cõpetente, niſi cauſa exprimatur, non tenetur comparere.*

7 *Citatus ſuper tenore inſtrumenti in liquidi, ſed per aliud liquidandi, niſi de vtroq; fiat mentio non tenetur comparere.*

8 *Mulier dum fideiubendo obligatur ex diſpenſatione, cum citatur ſuper liquidatione, debet fieri mentio de diſpenſatione, alias non poteſt fieri liquidatio.*

9 *Cauſa expreſſa in citatione ſi negetur, an ſtatim erit probanda.*

10 *Appellatio ab interloquutoria ideo cauſam requirit, quia eſt odioſa.*

11 *Citatio ſine cauſa vti obſcura, non arctat citatum ad comparendum, nec interrumpit perſcriptionem.*

12 *Citatio dicitur ſententia interloquutoria.*

13 *Cauſa ſi in citatione deficit, & adeſt in libello ſufficit.*

14 *Citatio ex multis cauſis inualida eſt, remiſſiue.*

GLoſſa 20. Per citationis literas continentes ipſius citationis cauſam, &c. Cuius commu-
1 ne adſtipulatur, vt cauſa propter quam quis citatur inferatur, lex quacunq; ff. ſi quis in ius voc. cap. dilecti, de DD.& cont. c. licet, de accuſat. alias diceretur indiſcreta, & obſcura, Specu.& Ioa. And. tit. de citat. x. 1. col. 6. Tanc. de Corne. qui plurima alia congerit, quæ ſine cauſæ expreſſione non valent, in ſua compend. rub. de citat.& dilat. quæſt. 3. Bar. in l. inter accuſatorem, ff. de publi. iudic. Abb. in cap. licet, de accuſ. idq; optime declarat Miſing. cent. 5. obſ. 85. & And. Gail. aſſerens ita communiter tenere DD. lib. 1. obſ.
2 51. Et ne dum cauſa exprimēda eſt, ſed etiam cauſa cauſæ, veluti ad videndum iurare teſtes, l. ſi quando, C. de teſti. c. in nomine Domini, eod. vel ad vidēdam productionem ſcripturarum, l. iudices, C. de fide inſt. Bart. in l. qui ante calendas, in fine, ff. de verb. obligat. Bal. in d. l. ſi quando, C. de teſt, in d. cap. in nomine Domini,
3 eod. Quæ eo magis exprimi debet, dum citatio iuri communi aduerſatur, & fouetur exceptione, vt inquit Inno. in c. 2. de dolo.& contu.& Bart. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. cuius Innoc. authoritate infert Bald. in l. 1. §. 1. & in l. mutit, §. 1. ff. de procurat. quod quamuis citatus pro cauſa ciuili poſſit mittere ꝓcuratorē, nec cogetur perſonaliter comparere, l. fin. C. de procur. Si tamen ali-

Digitized by Google

4 aliqua cauſa exiſtat, vt cogi poſſit ad perſonaliter comparendum, quæ multæ ſunt, quas adnotat glo. in l. ſi actor, & DD. quoq; ff. de procur. in c. 1. de iudic. in 6. debet iudex cauſam exprimere, alias non tenetur comparere, & ita etiã inquit Tranc. de Corne. in ſua compẽd. rub. de citat. & dilat. quæſt. 12. & dicit quoq; Inno. in cap. prudentiam, vbi etiam Abb. de officio delegat. Quod
5 tunc citatus à duobus ex tribus delegatis cum clauſula, quod ſi non omnes, &c. tenetur comparere perſonaliter, quando cauſa exprimitur, quia tertius ſe excuſauit, alias cauſa non expreſſa non tenetur comparere, & idem quoque Innoc. teſtatur in cap. cum ſit generale, de foro compet. quẽ refert, & ſequitur Ang. in l. fideicommiſſum, §. 1. ff. de iudic. Quod quando agitur coram iudice, qui de iure communi eſt omnino incompetens, ſed competens in certo caſu, puta ratione cõtractus, l. hæres ab-
6 ſens, §. 2. ff. de iudic. aut ratione rei ſitę, l. fin. C. vbi in rem actio. quod ille caſus exprimi debet, vt iuriſdictio ſua nota ſit, alias iudicium non procedit, ſic etiam quando inſtrumentum non eſt liquidum, & de iure non meretur exequutionem, ſed per aliud liquidatur ex diſpoſitione rit. M. C. nu. 167. cum ex coniunctione duorum inſtrumentorum fiat liquida probatio, Bald. in l. fin. C. de falſ. cauſ. leg. a die. dum
7 ſit citatio ſuper tenore ipſius, debet de vtroque inſtrumento fieri mẽtio, vt exprimatur cauſa citationis, vt certus ſit citatus, & inſtructus veniat, vt inquit Præſ. de Franc. deciſ. 240. Ita quoque dum mulier intercedit, quæ eſt tuta velleiano, ſi creditor obtinuit diſpenſationem ab Excellẽtiſſimo Prorege pro obligatione ipſius, cum citatur ſuper tenore inſtrumenti, debet preſentari diſpenſatio, & de ea in citatione
8 fieri mentio, vt cauſa exprimatur, & certa ſit, alias non valet citatio, nec poteſt fieri liquidatio, idem Præſ. deciſ. 623. num. 5. Quæ cauſa fundans
9 iudicis iuriſdictionem, ſi per conuentum negetur, poterit actor in termino probatorio ipſam probare, nec impedit litis ingreſſum, Innoc. in d. c. cum ſit generale, Afflict. deciſ. 279. Auf. in addit. deciſ. Cap. Toloſ, 210. & longa ſerie verborum alios congerit dicens communem,

nem, & in Cam. Impeſ. ſerua-
ri Miſing.cent. 2.obſ.9.& cẽt-
3. obſer.98. & deciſum refert
Præſ. de Franch.deciſ.177. ſic
etiam in appellatione ab in-
terloquutoria, quæ cum ſit o-
dioſa, & contra iuris regulas,
vt vicit Bald.in l.eos,§.1.C.de
10 appel.Ideo debet cauſa appo-
ni,& per eam iuſtificari, quia
nititur exceptione,& non iuris
regula, vt teſtatur idem Bal.in
l.edita,in repet.pad.num.6.C.
11 de edendo. Quæ citatio ſine
cauſa vti obſcura, & ęquiuoca
non aretaret citatũ ad compa-
rendum,nec eum faceret con-
tumacem. l.eum qui, & l.fina.
& vtrobiq; Bald.ff.quod vi,aut
clam. Alex.conſ.137. vol.2.&
Lanfra.in cap. quoniam cõtra
§.citationis.ver.quinto quæro
de prob.Nec interrumpit præ-
ſcriptionem,clem.fin.cum glo.
vt lite pend. Bart.Sali.& Ang.
in l. fin.C.de anna.except.Iaſ.
in l. fina. ff.de eo per quæ fac.
eſt, & Rip.reſp.118. num.3. &
4. aut inducit litis pendentiã,
Miſing.qui alios congerit cẽt.
12 4. obſ. 26. Quæ cum dicatur
etiam ſententia interloquuto-
ria,glo.in l. ſi interpelletur, in
ver.per epiſtolam,ff.de arb. in
l. cum clericis, in ver. ſenten-
tiarum,C.de epiſc.& cleric.&

Bart. in l. quotiens.in fine, C.
de dignit. lib. 12. propterea
cauſam requirit,Bal.in aut. of-
feratur,num.14.C.de litis cõ-
13 teſtat.In qua ſi deficit,& adſit
in libello, qui etiam aduerſa-
rius ſufficit, c.2.de dilat. Caſt.
in l.ſi finita, §.Iulianus, ff.de
damno infec.& Miſing.cent.5.
obſ.85,quod proinde,& circũ-
ſpecte faciet iudex, ſi libellum
etiam notificet,inquit,& mul-
ta ex hoc vtilitates recenſet
And.Gail. lib.1. obſ.51. quæ
etiam tempore cõgruo eſt fa-
cienda, Abb. in cap.fin. de eo
qui mitt. in poſſ. & plene Feli.
in c. ex parte, de reſcript. atq;
alta voce Bald. in l. diffamari,
C. de ingen. & manu. & Luc.
de Pen in l. quotiens, C.de
14 dignit.lib.12. Quæ ne dum ex
defectu cauſæ nulla eſt, ſed ẽt
ex pluribus alijs cauſis, ob ꝙ
vide glo. aliquas enumerãtem
in cap.ſi Epiſcopus 3.quæſt.2.
& Bart.in tract.caſ. in qui. ci-
tat. non valet, in qua cum in-
numerę oriantur dubitationes
qui iudices poſſunt citare, qui
citari, & quando, quot requi-
runtur citationes,& quæ tem-
poris interualla inter eas, &
quid ſeruabatur olim, & quid
hodie, & quis ſit citationis ef-
fectus, vide glo. magiſt. & ibi
Iſer.

Iſer. titul. de mil. vaſſal. qui cunt. eſt, & Marc. Mant. qui plura ad hoc notabilia congerit rerum ſingul. lib. 3. cap. 55.

SVMMARIVM.

1 *NVntij curiarum ſunt perſonæ viles, & viliſsimæ.*
2 *Nuncij curiarum ſunt peſſimi, & eorum conditio venalis, & praua.*
3 *Nuncio de citatione non creditur, ſi is negat, quem dicit citatum.*
4 *Nuncio in modicis cauſis creditur de citatione.*
5 *Nuncius in relatione iurare debet, vt ſibi credatur.*
6 *Nuncio in territorio iudicis committentis creditur in relatione ſine teſtibus.*
7 *Nuncius gerit publicum officium, & in eo poterit alteri ſtipulari.*
8 *Nuncius qui falſo retulit ſe citaſſe, vbi falſi crimen commiſit.*
9 *Principium inſpicitur dum finis habet neceſſariam conſequentiam ad principium.*
10 *Relatio eſt vltima perfectio citationis.*
11 *Diſpoſitio iudicatur ſecundum tempus in quo confertur effectus.*
12 *Citationis literas à manibus nuncij eripiens, & lacerans, qua pœna punitur, relatiue.*
13 *Seruientes curiæ vocantur, nuncij apparitores, exequutores, miſſi, viatores, & precones.*
14 *Preco is dicitur, qui iuſſu magiſtratus aliquid publice mandat.*
15 *Preconis horrida vox tunc dicitur, quando contumax pro graui delicto banditur.*
16 *Contumacium, & foriud. receptantium Mag. Cur. ab ea ſola puniuntur, nec Baronibus remittuntur.*
17 *Monetam falſam cudens cum effigie alicuius Principis, & ſi ſubditus non ſit, ab eo puniri debet.*
18 *Preconis etiam vox dicitur, quando præcedit damnatum, & eius delicta denunciat.*
19 *Delinquentes metu pœnæ alijs irrogatæ, à delictis, & facinorbius ſe retrahunt.*

GLoſſa 22. De qua citatione per relationem Nuntij conſtet cum ſubſcriptione duorum teſtium. Et id quidem iure merito, cui conuenit depoſitio Conſtit. Regni incip. citationis literæ, cum
1 iſti nuncij viles ſint perſonæ, Bald. in l. ſi vt proponis, C. quom. & quand. iudex, & Afflict. in Conſtit. proſequentes num. 4. immo viliſſimos, vocat idem Bald. in l. penu. num. 47. C. de edict. Diui Adria. Tolle. & Aret. in §. quatrupli. inſt. de action. & inquit quoque Bart. in Conſtit. ad reprimendum in verb. per nuncium, in prin. quid & ſi officium nuncij pu-

blicum ſit, tamen congruit viliſſimis perſonis, eoſque peſſi-
2 mos affirmat glo. in l. 2. C. de ſportul. & ipſorum prauam, & admodum venalem conſuetudinem teſtatur Imper. in l. ne diu. in princip. C. de pœn. ob ꝙ non aliter credi voluit, quam cum ſubſcriptione duorum teſtium, & idem glo. in c. quoniam contra. in ver. citationes, de probat. & in cap. ſicut, de elect. & dicit Iſer. in d. conſt. citationis literæ, in prima glo. quem refert Præſ. de Franch. deciſ. 560. eſſe abſonum, quod vni ſeruienti, qui conſueuerũt eſſe leues perſonæ, in vna ma-
3 gna re ſoli credatur. Potiſſimũ ſi citatus negat, vt dicit Hoſt. in d. cap. quoniam contra, Speculat. tit. de citatio, §. ſufficit, & Tran. de Cornet. in ſua compen. rub. de citat. A dile. q. xj. quamuis glo. in cap. cum parati, de appel. dicant nuncio credendum Bart. in trac. de citat. & etiam Bal. in l. vt perfectius nu. 16. de anna. excep. qui ita affirmat cõſuetudinem curia-
4 rum ſeruare. Quod in modicis procedere inquit idem Bald. in l. magis puto, §. illud, ff. de reb. cor. & in d. cap. cum parati. & Luc. de Pen. in l. 1. C. de cur. vrb. Rom. lib. 12. vel niſi perſona nuncij ſit ſuſpecta, Ang. in d. l. vt perfectius, col. vltim.
5 Qui etiam debet in relatione iurare, vt ſibi ſoli credatur, glo. in d. cap. cum parati, Bal. in l. 2. C. de ſport. & Ang. in aut. de eccleſ. titul. §. ſi quis, & inquit quoque idem Ang. in l. ſi vacãtia, col. 3. ver. maxime coram peritiſſimo, C. de bonis vacant. lib. x. quod ſi ex diſpoſitione ſtatuti ſtari debet dicto nuncij, non tamen ſtabitur, niſi iuret, quod dictum vocat elegans, ipſumque limitat ex d. glo. in d. cap. cum parati, niſi in principio nũcius iuraſſet, Aim. ſing. 20. in quibus tamen credatur, vel non credatur plene explicat Menoch. de arb. iudi. lib. 2. cẽt. 2. caſ. 112. & de preſump. lib. 2. præſump. 25. Quod
6 tamẽ ſeruatur vt teſtes requirantur, cum citat extra iuriſdictionem iudicis mandantis, ſecus, ſi in eius territorio, nam ſoli creditur de conſuetudine curiarum, vt hic teſtatur Cauenſis, quem allegat, & ſequitur Præſ. de Franch. deciſ. 560. num. 10. iſti nuncij cum publicum gerant officium, vt dicit Bar. in d. conſt. ad reprimendũ in ver. per nuncium, c. paſtoralis, §. 1. de offic. deleg. & Specul. in tit. de execut. in princip.

in

7 in his, quæ ad eorum officium ſpectant. poterunt ſicut notarij alteri ſtipulari, l. 1. §. exigere & ibi Bal. ff. de mag. conue. & Guid. Pap. deciſ. 317. Quæro nuncius, cui extra territorium mandantis erat citatio commiſſa, retulit apud iudicem mandantem ſe citaſſe, quod falſum eſt, vbi falſitas eſt cõmiſſa, & apud eum apud quem
8 relatio facta eſt, dicit Bald. in l. nullum, in fine, C. de teſt. nam cum hæc falſitas coram iudice mandante principium habuit, cuius preceptum de citando non perfecit, per eum erit pæna irroganda, l. fin. ff. de decre. ab ordi. fac. Bal. in l. actor nu. 8. C. de prob. & in l. fina. C. de commerc. & merc. & tempus originis ſpectandũ eſt, l. ſi id quod, ff. de dol. l. 2. §. & parui, refert, ff. de priuil.
9 credit. Nam principium attenditur, dũ finis ad ipſum habet neceſſariam conſequentiam, l. 3. §. 1. ff. de meno. l. qui cum natu, §. ſed ſi minore, ff. de bon. libert. & in actu citationis nõ curamus territorium, cum cohæreat ſuæ origini, Bald. in l. omnes, §. 1. C. de Epiſ. & cler.
10 & cler. Atque cum relatio ſit vltima perfectio ex tribus ipſius citationis, vt dicit idem Bald. in l. fin. C. de fer. nil dici poteſt actum, cum ea ſupererat ad agendum, l. penu. C. de
11 his quib. vt indig. Et omnis diſpoſitio iudicatur ſecundum tempus in quo eius confertur effectus, l. cum hic ſtatus, §. ſponſus, ff. de donat. int. vir. & vxo. l. in tempus, ff. de hær. inſt. l. quod ſponte, C. de donat. ant. nup. C. de vxore de ſepul. & Abb. in cap. accepimus, de
12 pact. Sed quid ſi citatus eripit literas citationis à manibus nuncij, eaſq; lacerat, qua erit pæna plectendus, vide Bart. Alex. & cæteros DD. in l. ſi quis id quod, ff. de iuriſ. omn. iudi. Guid. Pap. deciſ. 233. & deciſ. 579. & Vrſil. deciſ. 274. Iſti nuncij, qui curiæ ſeruiẽtes
13 ſunt, diuerſis nominibus nuncupantur, vt apparitores, l. 1. C. de ſport. cap. tua nos, in fin. de homic. & in conſt. incip. in ciuilibus, ſub rubr. de apparit. & viatores, l. finali, ff. de iudic. l. magis puto, §. ne tamen, ff. de reb. cor. qui ſub tute. quorum officium, quod erat antiquitus apud Rom. pulchrè declarat Alex. de Alex. dier. genia. lib. 1 cap. 27. item exequutores, l. 2. C. de ſport. & aliquãdo miſſi, cap. 1. de immunit. eccleſ. ſed frequentiori nuncij, vt in hac

prag. in cap. cum parenti, de appell. in cap. prudentiam, & alibi ſæpiſſime de offic. deleg. prout etiam ita DD. appellant, vt per glo. in d. cap. cum parati, Inno. in cap. quoniam cōtra, de prob. Spec. titul. de citat. §. ſequitur, Bar. in l. demōſtratio, ff. de cond. & demo. in l. fin. vbi Bald. C. de req. reis, & Bal. in l. conſentaneum, C. quom. & quan. iud. & vbiq; & aliquando quoq; precones, l. fin. C. de fer. l. fin C. vbi de crim. l. fin. C. vbi de crim. l. fuſtibus. C. de his, qui not. infam. aut. qui ſemel.
14 C. quo. & qua. iud. Et is preco eſt, qui iuſſu magiſtratus aliquid publicè mandat, prohibet, aut denunciat, idq; alta voce efficiat, inde p̄conizare, eſt alta, & publica voce denūciare, glo. in auth. de lenoni, in ver. preconizare, & in l. 2. q̄ de Theobaldo p̄cone dicit, ff. de in ius voc. & ll. prædictis probatur, cuius cum horrida vox dicatur, vt in d. l. fin. C. de fer. ibi. ſileat vox preconis id eſſe, tūc dicit Bal. cū aliqs ꝓ graui delicto contumax, banditur, ex
15 reg. conſt. incip. Grandis vtilitas, qua cōtumaces publicantur, mandādo ne quis eos recepter, ſed capiat, & capientibus auxilium præſtet, qui ſi contumax aut foriudicatus eſt, M. C. aut reg. Aud. cum receptātes, aut auxilium præſtantes, puniuntur per eaſdem M. C. & Reg. Audi. nec Baronibus remittuntur, quamuis habeant ampliſſima priuilegia, etiam cū clauſula abdicatiua, prout indiſtincte ante eum fuiſſe ſeruatum, & ſuo tempore ſeruari, affirmat magna authoritate Præſ. de Franch. deciſ. 470. Conſil. Rouit. in prag. 1. in fine, de recep. malef. & plene capib. de baron. prag. 8. nu. 234. cum ſeq. hac potiſſimum ratione, vt dicit Præſ. d. deciſ. 470. quia contempta eſt iuriſdictio, & authoritas ipſarum prædicta prohibentium, & fas eſt eaſdes eſſe iudices, l. ſi quis id quod, l. ſi familia. ff. de iur. omni iud. atque cum ob id offenſę ſint, per eaſdem puniendi ſunt, l. nullum, C. de teſt.
17 ſic etiam offendēs principem, cudendo falſam monetam imponendo in ea eius inſignia, quamuis ipſius ſubditus non ſit, cum tamen eius maieſtatē læſerit, ab eo puniri poterit, Afflict. in tit. quæ ſint regal. §. monetæ, num. 30. Gram. conſ. crim. 6. & nouiſſime Decia. de crim. lib. 7. cap. 26. num. 1. quibus autem receptatoribus omnino

omnino parcitur,& quibus pœna minuitur: Adnotant pleniſſime And.Gail.de pace publi. lib.2.cap.x.& Menoh. de arb. iud.lib.2.cent.4.caſ.348. atq; cauſa quoque eſſe horridam præconis vocem, inquit idem Bal. in l. fuſtibus, C. ex qui. cauſ. infa. irrog. cum damnatus ducitur ad ſupplicium, & preco eum præcedens alta voce delicta,pro quibus ad mortem damnatus eſt, denunciat, idque etiam fieri ait florentiæ,
19 prout quoque quotidie Neap. & iuſtiſſime, vt alij hoc exemplo ab eiſdem facinoribus terreantur, l. capitalium,§.famoſos, ff. pæn.l.1.cum glo.in ver. metu. ff. de iuſt. & iure. l. bona fides. verſ. nam male meritus, ff. depoſiti.

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus per comparitionem citati tollitur.*

2 *Solutio ſpontanea purgat metum in obligatione adhibitum.*

3 *Citatio facta à duobus ex tribus delegatis ſi citatus comparet corã tribus citatio conualeſcit.*

4 *Citatio nulla non perpetuat iuriſdictionẽ ſecus ſi citatus comparet.*

5 *Citatus comparens etiam allegando citationis defectum, conualidat citationem.*

6 *Citationis defectus tunc comparitione citati tollitur, quando agitur de eius intereſſe.*

7 *Contumax pro delicto,in quo imponitur pæna vltra relegationem elapſo anno foriudicatur.*

8 *Citatio coniunctorum ad foriudicandum ſi nulla eſt, ipſorum comparitione non conualidatur.*

9 *Foriudicationis tempus in grauiſſimis delictis breuiatur aliquando per Excellentiſs. Proregem.*

10 *Foriudicationis tempus breuiatur etiam in curijs Baronum, & ponitur caſus in facto.*

11 *Foriudicatum occidens dicitur facere publica authoritate, & eſt legis miniſter.*

12 *Conſanguinei citati ad foriudicandum, poſſunt allegare defectum citationis, & contumaciæ, & quia citatus eſt clericus, & præſentare bullas clericatus, & quæ ſunt extra delictum,non autem ipſius innocentiam.*

13 *Nullitates oppoſitæ per conuentos citatos foriudicandi, ſi apparentes exactis, poſſunt diſcuti non præſentato inquiſito.*

14 *Citatio eſt à iure inuenta, vt quis in iudicio compareat.*

15 *Procuratorem conſtituens in cauſa, præſumitur in ea citatus.*

16 *Præſens in iudicio non citatur, & eo non citato poteſt actus expediri.*

17 *Iudex fatuus eſt,qui citat per nuncium partem coram eo exiſtentem, etiam caſu fortuito.*

18 *Præſens in iudicio ſi non eſt certioratus, non poteſt cõtra eũ procedi.*

19 *Præſens in iudicio certioratus, poteſt petere terminum ad deliberandum.*

20 *Citatio quando eſt inducta pro for-* ma

ma, ſine ea non ſufficit præſentia.

21 *Forma legis magis quam ratio ipſius attenditur, etiam ſi rigoroſa ſit.*

22 *Citatus pro pluribus cauſis, poteſt vnica comparitione omnibus ſatisfacere.*

23 *Subſcriptio vnica eſt ſufficiens ad autorizandum mille contractus.*

Acceptilatio vnica plures tollit obligationes.

Conteſtatio vnica ſat eſt pluribus libellis.

Nouatio vnica plures nouat obligationes.

Libellus vnicus pro pluribus cauſis ſufficit,

Abſolutione vnica poteſt quis à pluribus excommunicationibus liberari.

24 *Excommunicari, & banniri quis poteſt pluribus excommunicationibus, & bannis.*

25 *Abſolutio vnica quando pluribus excommunicationibus ſufficiat, vel plures requirantur, remiſſiuè,*

26 *Rebannimentum vnum tunc ſufficit pluribus bãnis, cum aliquibus ſpecificatis, clauſula generalis ſubijcitur.*

27 *Citatus, & interrogatus ſi vult litigare, dicens velle litigare, an amittat fori declinatoriam.*

28 *Citatus dicens volo me ſubmittere cognitioni talis iudicis, vel ipſius mandati parere, non poteſt forum declinare.*

29 *Iuriſdictio iudicis eſt iudicij fundamentum.*

30 *Statutum excludens omnes nullitates, non excludit eas quæ veniũt ex defectu iuriſdictionis.*

31 *Gloſa in clem. de ſeq. poſſ. & fruct. eſt ſingularis, mirabilis, & à DD. communiter approbata.*

32 *Nullitatis exceptio non admittitur ad impediendam exequutionem trium ſententiarum conformium.*

33 *Nullitas, quæ venit ex defectu iuriſdictionis, impedit exequutionẽ trium conformium.*

34 *Nullitas oppoſita, quæ apparet ex inſpectione actorum, impedit exequutionem trium conformium.*

35 *Citatio ſi eſt circumducta poteſt opponi, quamuis in criminalibus tres tantum exceptiones poſſunt opponi.*

36 *Clem. 1. de ſent. & re iudi. non procedit in criminalibus, vbi pœna eſt irretractabilis.*

37 *Clem. 1. de ſent. & re iudi. non ſeruatur in cauſa matrimoniali.*

38 *Nullitas oppoſita à tertio, impedit exequutionem trium ſententiarũ conformium.*

39 *Cauſa ſi eſt delegata non obſtante appellatione, tamen tertius poteſt appellare.*

40 *Appellatione pendente quamuis cõtra litigantes non ſit innouandũ, poterit tamen contra tertium innouare.*

41 *Sententia tres ſecundum clem. 1. de ſent. & re iudi. à quibus iudicibus debent eſſe prolatæ.*

42 *Sententiæ quando dicantur conformes ad effectum clem. 1. de ſent. & re iud. remiſſiuè.*

43 *Conſequens qui vult, videtur velle omne neceſſarium antecedens.*

44 *Verba generalia reſtringuntur de habilitate, & intelliguntur ſecundum iuris diſpoſitionem.*

45 Verba

45 *Verba ab aliquo prolata vindictā faciam, intelligūtur de legali vindicta accuſando.*
46 *Verba teſtatoris intelliguntur ſecundum iuris diſpoſitionem.*
47 *Verba generalia non comprehendunt ea, quæ in ſpecie quis non eſſet facturus.*
48 *Procurator ſine ſpeciali mandato, non poteſt iuriſdictionem prorogare.*
49 *Procurator generalis non poteſt facere ea, per quæ principalis incidat in pœnam.*
50 *Verba generalia bona mea ſunt tua, vel ad libitum tuum, non diſponunt, ſed ſunt ad complacentiam.*
51 *Bononienſes cum amicis valde vtūtuntur honore verbali.*
52 *Principis omnia dicuntur non quo ad dominium, ſed quo ad protectionem.*
53 *Gloſa in l. 1. ff. de precar. declaratur, & ipſius intellectus exponitur.*
54 *Donatio ob conſanguinitatem magis præſumitur, nec videtur facta in fraudem.*
55 *Titulus vbi non exprimitur inter coniunctos, præſumitur donationis.*
56 *Bona vnius amici dicūtur alterius amici, quo ad vſum.*
57 *Verecundia factum, & ad eam vitandam, dicitur coacte, & non ſponte factum.*
58 *Subueniendum eſt alicui, ne verecundetur.*

GLoſſa 23. Et aliter citatio facta non valeat, niſi comparuerit reus, quo caſu habeatur pro ſollemniter citatio.

1 Quod vtique iuris eſt, nam per comparitionem citati, defectus citationis tollitur, l. 1. vbi glo. in ver. ſentētia, & ibi quoque Bart. Bal. & cæteri, ff. de fer. l. quamuis, & ibi Bart. ff. de in ius voc. Alex. conſ. 132. vol. 1. Caſt. conſ. 38. vol. Affli. deciſ. 2. verſ. non obſtat. Dec. conſ. 449. & conſ. 618. vol. 6.
2 Cap. deciſ. 1. in fine, & communem dicit Miſing. cent. 2. obſ. 18. ſic etiam ſpontanea ſolutio purgat moram in promiſſione adhibitā, l. 2. C. quod met. cauſa. ex qua. l. 1. ff. de fer. inquit Bal. in auth. ſi omnes, num. 8. C. ſi minor ab hæred. quod quando citatio eſt nulla, propter aliquem defectum, ſi citatus non comparet, valet actus non vi citationis, ſed ratione præſentiæ, de quo dicto meminit Fely. in cap. illud col. 4. verſ. quarta declaratio. de præſcrip. ex qua etiam dicit Inno. in cap. cum cauſa de off.
3 quod ſi duo tantum ex tribus iudicibus delegatis citauerunt par-

partem, ob quod citatio eſt nulla. C. pendentiam eodem, quod ſi citatus comparet, & in comparitione eſſent cógregati omnes tres, teneretur reſpondere, cum per comparitionem vitium citationis ſit pur-
4 gatum, & ideo quamuis citatio nulla non perpetuat iuriſdictionem, glo. in c. cum plures in ver. quo poteſt, de off. deleg. Ang. in l. ſi quis poſtea, de iud. Feli. in cap. ex tenore, vbi plura congerit, de reſcrip. & communem affirmant Iaſ. in l. more maiorum, ff. de iur. omni iud. ſi tamen citatus comparet, perpetuatur iuriſdictio, Fely. in cap. gratum, col. 2. de offi. delega. quod refert, & ſequitur Ant. Gail. recep. ſent. lib. 2. tit. de citat conclu. 3 &
5 id quidem adeo verum eſt, vt etiam ſi comparendo allegant citationis defectum, ad huc tolleretur nullitas citationis Miſing. cent. 3. obſ. 19. cent. 4. obſ. 54. And. Gail. lib. 1. obſ. 58. Lancel. de attent. par. 2. cap. 4. nu. 16. Ioa. Gutt. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 133. nu. 12. & Flam. Cart. dec. Iaſ. 14. nu.
6 8. quod ita verum eſt, ſi citari propria eſt cauſa, & de eius intereſſe agitur, ſecus ſi aliena eſſet, & alterius præiudicium verteretur, vt in citatione cõiunctorum, cum de foriudicatione agitur, nam cum in grauibus delictis, in quibus impoſita eſt pœna vltra relegatio, vt in c. reg. incip. ſiue ſit quis foriudicandus, nu. 155. inquiſitus ſi effectus contumax in ea ſteterit per annum, cum foriudicari poterit, per Reg.
7 Conſt. incip. pœnam eorum, antequam procedatur ad ſententiam foriudicationis, nedũ principalis contumax in eius domo citandus eſt, imo & eius conſanguinei ſpecialiter ad ipſum defendendum, vt dicunt Iſer. & Afflict. in d. conſt. pœnam eorum, Præſ. de Franch. deciſ. 516. & Conſ. Rouit. in prag. 1. num. 6. vbi quoque enumerat aliquos caſus in quibus de Regno tempus foriudicationis eſt ſpecialiter bre
8 uiatum de ſent. foriud. ſi tamẽ citatio coniunctorũ eſſet nulla, ipſorum comparitione non reconualeſceret, idem Præſ.
9 deciſ. 514. nu. 6. quod tempus foriudicationis poteſt breuiari, vt dicunt in eadem conſtit. Iſer. & Afflict. quæ breuiatio fit ab Excellẽtiſſimo Prorege, & ita in atrocioribus delictis vſu perceptũ eſſe affirmat ipſe Præſ. de Franch. deciſ. 213. nu.

35. &

Digitized by Google

35. & deciſ. 589. vbi quoque declarat quid ſeruandum ſit facta prædicta breuiatione,
10 idque etiam in curijs baronũ, vt hactenus ſeruatum fuit, in terra Caſtri Abbatis pertinentiarum ſilenti ad inſtantiam Illuſtriſſimi Principis Roccæ Aſpidis ipſius vtilis domini, qui in improbos ſeuiens vti Princeps iuſtiſſimus ex cauſa, & neceſſitate, non ex voluptate, quod agunt Tyranni, vt inquit Senec. lib. 1. de clem. ad Neron. cap. 11. nedum obtinuit annis elapſis, vt diximus, diſpenſationem ab Excellentiſſimo Prorege, Curiæ d. terræ Roccæ torquendi ex preheminentia M.C. quendam ibidem inquiſitum, & carceratum pro grauiſſimis facinoribus, ſed ẽt breuiationem temporis anni ſtatuti in d. conſt. contra duos fratres inquiſitos, & contumaces in curia d. terræ caſtri Abbatis ex cauſa prædicta, vt qui in cõtumacia perſiſterant per menſes quatuor elapſo alio menſe per eandem curiam foriudicarentur, vt quam citius poſſent à quocunque occidi impune, & debitis pænis affici,
11 qui cum id publica authoritate agant legis miniſtri dicuntur, vt inquit Bal. in l. ex hoc iure, nu. 3. verſ. ſed id quæritur, ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. nu. 12. c. ſi à non concet. iud. & quamuis mitis, & benignus ſit, huius tamen iuſtitiæ rigor, cum non ex crudelitate erga homines oriatur, ſed ex zelo erga Deum, nõ eſt contrarius ſuæ benignitati, & manſuetudini, vt dicit Illuſtriſſimus Card. Bellar. de offi. princip. lib. 1. cap. x. quod rigor iuſtitiæ, inquit, non eſt contrarius lenitati, & manſuetudini, quando naſcitur non ex crudelitate erga homines, ſed ex zelo erga Deum, & Moſes, qui erat mitiſſimus ſuper omnes homines, tamen ex zelo honoris Dei iuſſit occidi multa millia hominum, qui vitulum
12 aureum adorauerunt. Qui cõiuncti citati comparentes poſſunt proponere aliquas exceptiones, ac nullitates, puta citationis, vel contumaciæ, aut quia citatus eſt clericus, & præſentare bullas clericatus, idem Præſ. deciſ. 329. non tamen poterunt allegare innocentiam inquiſiti, ſed ea, quæ ſunt extra delictum, tanquam habilitati per citationẽ Præſ. prædictus deciſ. 673. quæ nullitates allegatæ ſi ex eiſdem
13 actis apparent, poterunt diſcuti,

Digitized by Google

ti, etiam non præſentatis inquiſitis, & ita ſeruari inquit idem Præſ. deciſ. 688. & quæ ipſis carceratis, obijci poſſunt aduerſus ſententiam foriudicationis, pleniſſime adnotat Proſ. Far. de inquiſ. quæſt. 11. per totam, & ideo citati comparitione defectus citationis tollitur, quia citatio inuenta eſt, vt quis in iudicio compa-
14 reat, in quo ſi venerit, erit ſatisfactum, & de citatione non quæritur, vt inquit Bal. in l. ſi accuſatoribus num. 13. C. de accuſat. in cap. tenor circa finem, de ſentent. & re iud. & in addit. Specul. tit. de reo. iur. qui habet. Et qui in termino citationis comparet, præſumitur citatus, & non fortuitus, Arch. in cap. propoſuiſti, 82. diſtin. Bal. eius authoritate in l. 2. C. quom. & quan. iud. & pulchrè Decius conſ. 42. nu.
15 12. aut ſi ad cauſam illam cõſtituiſſet procuratorem, nam etiam præſumeretur citatus, & iudiciũ valeret, Dom. de Rot. deciſ. 19. 271. & 402. Bellam. concl. 364. & 539. Boer. deciſ. 281. num. 17. & Felic. in cap. cum contingat nu. 8. de reſcr.
16 ob quod, qui in iudicio præſens eſt, non citatur, & actus eo non citato expediri poteſt, l. etiam §. fina. ff. de mino. Bar. & cæteri DD. in l. prolatam, C. de ſent. Bal. in rub. C. de in ius voc. & in l. 1. & ibi quoque Iaſ. ff. de in ius voc. & inquit idem Bal. in l. 1. C. de cõtrac. & cõmittẽ. ſtipulat. quod
17 fatuus eſt iudex, qui citat per nuncium partem corã eo exiſtentẽ apud tribunal. nec tunc requiritur peremptorium, l. 2. & ibi DD. C. quom. & quan. iud. glo. in cap. conſuluit, de off. deleg. etiam ſi adeſſet caſu fortuito Bal. in d. rub. C. de in ius voc. in l. conſentaneum, C. quo. & qua iud. in l. accuſatoribus, C. de accuſ. Alex. in l. de vnoquoque ff. de re iud. & in rub. prædicta, ff. de in ius voc. & pluribus congeſtis dicunt communem And. Gail. lib. 1. obſ. 51. nu. 7. & Miſing. cent. 6. obſer. 6. num. 8. debet
18 tamen præſens non citatus certiorari per iudicem de actu peragendo, alias actus expediri non poteſt, Bar. in l. furioſo, in fine, ff. de re iud. Iaſ. in l. nec quicquam, §. vbi decretum ff. de offi. proconſ. & Dec. in rub. C. de in ius voc. & inquit quoque Bal. in auth. ſi omnes C. ſi min. ab hæred. ſe abſt. quod quando actus in iudicio expeditur, & quis præſens eſt, non

Digitized by Google

non eſt neceſſaria citatio, ſed ſi vellet iudex aliquid in poſterum facere, neceſſe habet eum monere, vt certo tempore vel termino compareat, ſed dum
19 certioratur de actu poteſt petere terminum ad deliberandum, Bal. in d. l. 2. C. quo. & quan. iud. & inquit Spec. titu. de concep. verſ. ſequitur videre num. 6. quod quamuis præſens in iudicio non citatus cogatur recipere libellum, id tamen fit ſaluo iure deliberandi, quod refert, & ſequitur Trac. de Corne. in ſuo compēd. rub. de citat. & dilat. quæ. 1. in fin. atque etiam proponendi exceptiones dilatorias, vt dicit quoque Bal. in l. ſi quis libellos, C. de appel. & pulchrè declarat Miſing. cent. 6. obſer. 16. ſed
20 quando citatio eſſet pro forma, ea interuenire debet, nec præſentia ſufficeret, Bal. in c. 1. de mil. vaſſ. qui cont. eſt, & Iaſ. in l. 1. num. 13. ff. de in ius voc. nec ea ratio ſufficit, quod citatio inuenta eſt, vt quis in iudicio compareat, vbi ſi adſit erit ſatisfactum, & de ea non
21 quæritur. Nam magis attendi debet forma legis, quam ratio ipſius, Bal. in l. 1. verſ. in contrarium, ff. de lib. & poſt. & ſolemnitas à iure requiſita quãuis rigoroſa ſeruari debet ad vnguem, idem Bal. in l. res bona fide, ff. de contrah. emp. & plura congerit And. Gal. lib. 2. Cam. Imper. obſer. 19. quæro an citatus pro pluribus cauſis, poterit vnica comparitione
22 omnibus ſatisfacere, & vtique poteſt, vt inquit Bar. in l. accipientis, per eum tex. ff. de autho. tutor. in l. ſi finita, §. veleianus, ff. de damno infect. & Ang. in l. 2. §. 1. ff. de accuſ. & dicit Bal. in auth. ſed nouo. iur. C. ſi cert. pet. quem refert Iaſ. in l. cum antiquitas, nu. 16. C. de teſtam. quod vnica ſubſcriptio eſt ſufficiēs ad authorizandū mille contractus præ-
23 cedentes. Sic vnica acceptilatio tollit plures obligationes, l. pluribus. ff. de accep. & vnica litis cōteſtatio pluribus libellis, Ange. per eum tex. in l. duo rei, ff. de duo. reis, & vnica nonatio plures nouat obligationes, l. vlt. in fin. ff. de nouat. atque etiam pro pluribus cauſis vnicus libellus ſufficit, cap. cum Ioannes, vbi Abb. 1. not. de fide inſt. c. 2. de cappel. monac. & demum pluribus excommunicationibus quis vnica abſolutione liberari poteſt, glo. in cap. fin. 3. quæſt. 4. C. in clem. 2. de ſent. exco. Abb.

in cap. ex parte, de off. ordin. & Bal. in l. qui habebat, §. fin. qui dicit idem in pluribus bã-
24 nis, ff. de tutel. cum ſemel excommunicatus, poteſt iterum excommunicari, cap. cum cauſa, c. officij de ſent. excomm. c. veritatis, & ibi Abb. 4. not. de dol. & cont. glo. in l. 2. C. vt infra cert. temp. ſic etiam banditus iterum bandiri, l. 2. ff. de furt. l. qui de crimine, C. de accuſ. Bar. in l. de pupillo, §. ſi ex pluribus num. 3. de oper. noui nunciat. Bal. in l. 2. nu. 4. C. de hær. inſt. & Iul. Clar. recept. ſent. lib. 5. §. fina. q. 16. quando autem vnica ſufficiat abſo-
25 lutio, vide glo. in c. cum pro cauſa. de ſent. excom. Bart. in d. l. de pupillo. §. ſi ex pluribus Bal. in l. fina. C. de nupt. plene Angel. in l. 2. C. vt infra cert. tẽp. & declarat optime Coua. de ſent. excommu. par. 1. cap. 11. num. 13. aut plures abſolutiones requirantur, inde etiam plene, & notabiliter Andr. Gail. de pace publ. lib. 2. cap. xj. num. 18. & de pigno. obſer. in fine, & inquit quoq; Tranc. de Corneto in ſuo compend. titu. de ſtatu. q. 8. in fine, vbi hoc plenius declarat. Quod
26 tunc vnicum rebandimentum pro pluribus bannis ſufficit, quando aliquibus criminibus ſpecificatis clauſula generalis ſubijcitur. Quęro iterum an citatus comparens interrogatus ſi dicat velle litigare, & deinde opponat iudicis incompetentiã audiẽdus ſit, vel videatur in iudicem conſenſiſſe, &
27 vtique tanquam iudicis à quo fuit citatus iuriſdictionẽ prorogauerit, repellendus videtur & coram ipſo litigare cogatur, c. 1. vbi Ant. de But. Abb. & cæt. de iud. Vero. caut. 120. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. qui ſatiſd. cogant. & idem ſi dixerit ſubmitto me cognitioni talis Iudicis, Guid. Pap. de-
28 ciſ. 370. aut ſi promiſerit parere mandatis ipſius, Io. Vinc. de Anna ſing. 413. & Fab. fil. in nouiſs. addit nu. 506. quod tamen ita de iure dicendum videtur, dum dixit coram certo iudice velle litigare, cuius iuriſdictio prorogabilis, vt colligitur ex d. cap. 1. de iud. quod eſt huius opinionis fundamentum, & aperte dicunt Alex. in l. quidam conſulebant, ff. de re iudi. & Guid. Pap. d. deciſ. 370 cum per ea verba eius iuriſdictioni ſe ſummiſit ipſam
29 prorogando, quæ eſt fundamentum iudicij vt notatur in rub. C. ſi à non cõpet. iud. ſine qua

qua iudicium peccat in forma. Bal.in l.exceptionem,nu. 15. C.de prob.& in l.teſtamenta. C.de teſt.cuius defectus adeo iudicium deſtruit, vt nullitas, quæ ex defectu iuriſdictionis
30 oritur, non compræhenditur in ſtatuto reiciēte omnes nullitates,glo.in clem.vni.de ſeq. poſs.& fruct.Bal.in l. exceptionem,num.15.C.de prob.in l.ſi quis filio,§.quod ſi quis, ff. de iniu.rup.irrit fac.teſt.in l.ſcire oportet,§.hæc de his,de excu. tut. Angel.in l. ſi expreſs.in fine,ff.de appel.Marſ.conſ.81. num.37.cum ſeq Dec.conſ.8. & 38.Gram.deciſ.60.& plene
31 Fel.in cap. ex parte,cl.2.fall. 7.de off.deleg.quam glo.dicit ſingularem Bal. in l. generaliter,nu.2.C.de Epiſ. & cler. & Rip. in l. 4. §. condemnatum, nu.23.ff.de re iud. & communiter approbatam,Alex. conſ. 79. lib. 7. & notabilem licet vulgarem Dec.conſ.8.atq; inſignem, eamque exornat Couar. lib. vni.pract. quæſt.cap. 25.& mirabilem,& vbique approbatam inquit Io. Gutt.lib.
32 1.quæſt.96.q.nu.8.& proinde quamuis aduerſus tres ſententias conformes, nō admittatur exceptio nullitatis ad impediendam ipſius exequtionem, clem de re iud.& Bal.in l.vni. vbi ipſam plene declarat,C.ne
33 lice.tut.prou.tamen exceptio nullitatis,quę ex defectu iuriſdictionis oritur poterit opponi ad impediendam exequtionem trium ſententiarum conformium,glo.in d.clem.vni.de ſeq. poſ.& fruct. plene Andr. Gail. qui concord. congerunt lib.1.obſ.42.& Miſing.cent.6.
34 obſ.4.ſic etiam nullitas, quæ apparet ex inſpectione actorum,impedit trium conformiū exequtionem, ſi fuerit oppoſita,Bal.in d. l.vni.num.2.Cap. deciſ.17.Menoch.de arb. iud. lib.2.cent.6.caſ.526. num. 8. cum ſeq. & de præſump.lib.2. præſump.48.per totam, Ferd. Vaſq.Illu.contr.lib.1.cap. 32. in princip. Laur. dec. Aumio. 142.nu.4.vſque ad finem.Couar.qui communem etiam teſtatur prac.quæſt.lib.vni. cap. 25.num. 2.And.Fachi. contr. iur.lib.6.cap.53.Præſ.de Fran. deciſ.181.nu.11. & nouiſſime Proſp.Far. conſ.crim.85.num. 103. proinde quamuis pro citato in cauſa criminali non poſſit opponi,niſi exceptio infirmitatis, carcerationis,& abſentiæ, ex diſpoſit rit.Mag.C.
35 268. & 269. ſi tamen citatio erit circunducta,cum ex eiſdē actis

actis appareat, & ex ipſorum
inſpectione, poterit ea nullitas
citationis opponi, & impedit
contumaciã, Præſ. de Fran. qui
ita affirmat deciſum dec. 232.
& 688. ita etiam cum mulier
intercedendo pro alio iuuatur
de iure comm. & reg. velleia-
no. vulg. ll. quamuis citata
ſuper tenore inſtrumenti cri-
minaliter non poſſint opponi,
niſi tres prędictę exceptiones,
cum tamen nullitas obligatio-
nis appareat ex eodem inſtru-
mento, opponi poterit ad im-
pediendam liquidationẽ, Pręſ.
de Franch. qui ita deciſum te-
ſtatur, deciſ. 623. & plen. Fran.
Milan. lib. 2. deciſ. 1. num. 134.
135. quæ clem. 1. de re iud. nec
36 procedit in cauſis criminali-
bus, vbi exequtio eſſet inre-
tractabilis, Bal. in l. addictos.
ver. breuiter, C. de appel. in l.
eum qui duas, nu. 2. ver. tamen
ego credo. C. de adult. Aret.
in §. appellantur, nu. 13. inſt. de
excep. Cap. Tol. deciſ. 430.
Alex. & Iaſ. in l. 4. §. condem-
natum, ff. de re iud. Boſs. praxi.
titu. de nullit. aduerſ. ſent. in
fine, & ita quoque deciſum
affirmat Præſ. de Franch. deci.
139. de quo etiam vide Fab.
de Anna, qui etiã in ciuilibus
extendit, quando exequtio eſ-
ſet inretractabilis, & alios cõ-
gerit in nouiſsimis addit. num.
37 365. & 366. cum ſeq. nec etiã
d. clem. ſeruatur in cauſa ma-
trimoniali, in qua ſi quis obti-
nuerit tres ſententias diffiniti-
uas conformes aduerſus quã-
dam virginem, quam petebat
in vxorem, nam nullitatis ex-
ceptio impedit exequtionem,
ita firmat Ioa. de Imol. in dicta
clem. Capp. Toloſ. deciſ. 430.
ea quoq; ratione cum exequtio
ſit inretractabilis, cum virgi-
nitas corrupta reſtitui non
poteſt, l. vni. in princip. C. de
rapt. virg. & cum omnia poſſit
Deus, ſuſcitare virginem non
poteſt poſt ruinam, c. ſi paulus
verſ. quæſo. 32. quæſt. 5. & pul-
chre declarat Menoch. de arb.
iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 375. nu.
38 6. & 7. & demum quando ex-
ceptio nullitatis opponitur à
tertio, nam impedit exequtio-
nem trium conformium, Alex.
& Iaſ. in l. à diuo pio, §. ſi ſu-
per rebus, ff. de re iud. Fel. in
cap. cum ſuper de ſent. & re
iud. in cap. ſua. de appel. in c.
qualiter, nu. 31. vbi communẽ
teſtatur de accuſat. & Vant.
de nullitate, cap. quis poſſit di-
ce. de nullit. num. 19. ſic etiam
cauſa delegata non obſtante
39 appellatione, non impeditur
tertius

Digitized by Google

tertius quia poſſit appellare, Bart.in l. 1. §.interdum nu.4. ff.à quib.app. ſit, Bal.in l.cum filius,ff.de milit.teſtam. & Iaſ. in l.à diuo pio.§.ſi ſuper rebus ff. de re iud. congerit alios, & communem dicit Couar. lib. vni. prac.quæ.cap.15.num. 5.

40 & quamuis pendente appellatione nihil ſit innouandum vulg.ll intelligitur reſpectu litigantium, non tertij, contra quem poterit innouari, l. creditor in princip.cum glo. in ver. poſs. ff. mand. Bal. in l.ſi quis filio,§.hi autem vbi d.glo. dicit notabilem ff.de iuu. rup. & irrit.fact.teſt.& plene And. Gail.lib.1.obſ.72. hæc autem quæ dicta ſunt de tribus ſentẽ-

41 tijs conformibus,intelliguntur quando prolatæ ſunt à iudicibus electis à diuerſis, nec habẽtibus iuriſdictionem ab eodem cæterum ſi ab vno,forſan barone habente primas,ſecundas,& tertias cauſas,prout extant plures,cum pro vnica ſententia haberetur,nec procedit d.clem. 1. ita inquit optime Miſing.eamque declarat cent. 1.obſ.15.eamque quoque de-

42 clarat quomodo ſententiæ dicantur conformes, Couar. d. quæ.25.lib.vni.pra.quæ. & q. 15.nu.9.Theſau.deciſ.122. & 228. Præſ. de Franch. 664. & plene conſ.Rouit.in prag. 62. de off. Sacri Conſ. vt tandem reuertamur vnde diuertimus ſi dixit velle coram certo iudice litigare, quod ſine iuriſdictione fieri non poteſt,videtur

43 ipſam prorogare,nam qui vult conſequens videtur velle omne neceſſarium antecedens, l. ad rem mobilem,l.ad legatum ff.de procur.l.2.ff.de iuriſ.omnium iud. l. vie refectionis, ff. de ſer. ruſt.præd. l. fina. verſ. proinde,ff.de diuort. cæterum ſi iudicis perſonam nõ expreſſit,cum apud competentem de iure iudicem intelligendum

44 eſt. Nam verba generalia recipiunt reſtrictionem de habilitate,l.gradatim,in princip.ff. de mune.& hono.l.ſi quando, de inof.teſtam.l.1.cum glo. in verb.habeat.C.de ſacroſanct. Eccleſ.glo. in l.1.C. de fide inſtrum.in l.vni. C.vbi conue. qui cert.loc. in l. 2. C. vbi de ratio. agi oport. in l. eum,qui inſulam,ff.de iudi.& in l.3. C. de fid.inſtru.& iure haſt.fiſca. lib. 10. quæ declaratio ſecundum iuris diſpoſitionem intelligenda eſt. Inde dicunt glo.& cæteri DD.in l.1.C.de his,qui vt indig.& Iaſ.vol.1.C.de ſer.

45 fugit. Quod ſi quis dixerit de illo

Digitized by Google

illo vindictam factam, quod
intelligitur de legali vindicta,
ipſum accuſando,& pulchre
Dec.conſ. 256. vol. 2. & facit
tex.cum glo.in l. ſed niſi, ff.de
iure dotium, ſicuti etiam ver-
ba teſtatoris intelliguntur ſe-
46 cundum iuris mentem, Bal. in
l. 2. C.de cond.inſert.Caſt.per
eum tex. in l.fina. C. de verb.
oblig.& iudicijs,Bal.in l.1. C.
de neg. geſt. nam teſtator fin-
gitur cogitare,quod lex diſpo-
nit,Bal.in l. precibus num.44.
C. de impub. & alijs ſubſtit.
pulchre Arno.ſing.90. & plu-
ra ad hoc notabilia congerit
Io.Lop.in rub. de donat. §. 7.
nu. 34.nec ſub illis verbis ge-
47 neralibus velle litigare, intel-
ligitur alterius iuriſdictioni ſe
ſubijcere, & corã proprio nol-
le conueniri, in maximũ eius
damnum, quod veriſimiliter
non eſſet ſpecialiter facturus,
in obligatione,l.denique ff. de
pignor. l. 1. C. quæ res pigno.
48 & ideo procurator generalis
non poteſt iuriſdictionem pro-
rogare,Inno.Abb.& Fel. in c.
cum olim,ff. de off.deleg. Ioa.
Fab.in l.ſi qui.in fine, C. de
Epiſ. & cler.& Guid.Pap.dec.
285. tanquam maximi præiu-
dicij, ſic quoque procurator
generalis non poteſt compro-
mittere, quia compromiſſum
eſt res pænalis, & periculoſa,
Bal.in cap.nonnulli de reſcrip.
49 & generaliter nec ea, ex qui-
bus dominus incideret in pæ-
nam, l.3.§.procurator,ff. quo.
qui.uir.l. ſi ſuper. ff. quæ in
frau. cred.l.ſi procurator, vbi
Bal.ff.de condit.inde.ex qua
dicit Bart.conſ.206. in fine,
quod ſi ſtatutum prohibet te-
ſtes ſub pæna, quod procura-
tor generalis non poteſt pro-
ducere, ex quo quia principa-
lis incideret in pænam ſtatuti,
& plene Fla.Cart.qui plurima
congerit exempla,deciſ. Ianu.
num.7. cum ſeq. verba autem
generalia parum,aut nihil pre-
iudicij afferre ſolent, nec pro-
mittentem obligant, & vt vul-
gariter dicitur,non ſunt appic-
cicatoria cap. cum veniſſent,
circa medium ibi faceret quod
ſibi placeret,& ibi DD. de in-
50 ſtit.ſicuti verba quę inter ami-
cos proferuntur, bona mea
ſunt tua, vel ad libitum tuum,
quæ non diſponunt quoad do-
minium, ſed ſolum ad vſum,
glo. in l.2.C.ex qui.cauſ. col.
cenſ.lib. 11.Ang.in l.ſi cui,ff.
de ſeruit.pulchre Iaſ. in l.cum
quid,ff.ſicut petat.& in l.ita
ſtipulatus, vbi etiam Alex. ff.
51 de verb. oblig. & videtur qui-

dam

quædam verbalis honor vt fa
ciunt Bononienſes, dicit gloſ.
in l.ſi vero non remunerandi.
§.cum quidam. ff. mandat. ſi-
cuti omnia dicuntur Principis
l.fina.C.de quat.perſcrip. non
quo ad dominium, vt dicebat
Mont.antiqui gloſ. vt principi
52 complaceret, vt refert gloſ.in
d.l. fina. vi ver.omnia, ſed ſo-
lum quãtum ad protectionem
vt dicit d.gloſ.in prohe.ff.vi l.
barbarius.ff.de off. præſi. & vi
C.conuenior.23. quæſt.8. Ex
quibus declaratur gloſ.in l. 1.
53 ff. de præca. quæ dicit, quod
quis donat alicui in amicitiam
poteſt quando velit reuocare,
vt intelligatur ſecundum di-
ſpoſitionem tex.d. cap. cum
veniſſent, & d. gloſ. in l. 2. ex
quib cauſ.colo. cenſ. prout ita
etiam declarat. Iaſ. in l.3.§. ſi
liber.ff.de condi. cauſ.data.di
cens cauſa mirabilem, nec ab
aliquo ſcribentium quem vi-
derit tactam, quem refert &
ſequitur Boer. deciſ. 153. nu.
38.quæ alioqui.ob amicitiam
validior exiſteret.l.affectionis
ff.de donat.nec reuocari pote-
54 rit,l.1.l.ariſto.ff.eod.l.fina.C.
de reuoc. donat. ſicuti magis
præſumitur ob ſanguinis con-
iunctionem.l procula.ff.de pro
bat. & ita facta non præſu. in
fraudem.Bal.in l.per diuerſas
num.23.C. mandat.& dum fit
ceſſio coniunctæ perſonæ, nec
55 exprimitur titulus, præſumi-
tur donationis ratione ſangui-
nis,Bald.in l.2.num.4.C.ne
Liu. potent. Nam amicitia
equiperatur conſanguinitati.
l.verum in princip. ff. pro.ſoc.
& d.l.affectionis, latè Couarr.
in cap.requiſiſti.num.9. de te-
ſtam.& multa congerit And.
Gail.de pac.pub.lib.2.cap.10.
num.11.cum ſeq.ſed cum ea
facta oblatione amici. ex vr-
banitatis debito, & bonorum
morum ciuitatis,quibus bona
56 vnius amici, ſunt alterius ſal-
tem quoad vſum, vt inquit
gloſ. in d.l.2.in qui.cau. colo.
cenſ.& Ang.in d.l.ſi cui, ff. de
ſeruit.quod denegare,cum vi-
deatur indecens & verecun-
dum.l. item apud Labeonem,
verſ. ſed quod adijcitur, ff. de
iniur.Ob id tanquam ea vere-
cundia impulſus,reuocare po-
terit,cum conſenſus defecit,l.
57 quintus,in princip.ff. manda-
ti.l.pecuniæ.ff. de alim. & ci-
bar legat.l. illud. in fine. ff.de
conſt.pecu.l.ſi patruus.ff. de
donat.l.penul.ff. de fuit.l. 1.§.
quæ onerandæ. ff. qua. rer.
actio non dat. Et inquit Bald.
in ſuo Diuino conſ. Iciſmat. in

Xx prin.

princip. num. 30. quod non vi-
detur is conſentire, ſi rubore
forſan percuſſus contradicere
ſinuit. Nam ſubueniendum eſt
alicui, ne verecundetur. l. ob-
58 ſeruandum. ff. de iudit. l. quæ
omnia, §. 1. ff. de procur. l. ſi tu-
tor. ff. de ſuſp. tutor. l. fin. §. 2. ff.
quo. met. cau. l. fin. C. qui &
aduer. quos: Hæc ſunt quæ mihi ſatis vtilia videntur pro declaratione harum Regni diſpoſitionum, ſpero tamen rei imperfectæ, totius huius tituli ſupplementum, ad huc quaſi in rudi maſſa exiſtens, breui tempore expolitum Deo propitio in lucem prodire.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM NOTABILIVM
quæ in hoc opere continentur,

A

Abbas & ſi reſeruata monaco poſſit auferre, nõ tamen eſt boneſtum, nu. 48 f. 197

Abſens a loco iuditij vnica citatione poteſt ad totã cauſam citari, nu. 2 f. 262

Abſolutio vnica quando pluribus excommunicationibus ſufficiat remiſſiue, n. 25. fol 334.

Acta quæ fiunt ante litẽ conteſtatã, nonſunt acta iuditij ſed præparatoria, nu. 3 f. 33

Accidentia magnam partem conferunt ad coguoſcendum quod quid ſit nu. 5 f. 308

Acta iuditij ſunt in ſcriptis facienda, nu 4. fol. 65.

Acta facta a locumtenente electo ob abſentiam ordinarij valent ea die quo ordinarius adfuit & abſuit, nu. 45. f. 290

Accuſatus ſuam detegit innocentiam, loci & tempuris negatiua, nu. 7. f. 36

Accuſatus vagaret in ſua defenſione ſi locus & tempus in libello non apponeretur nu. 6 f. 36.

Actio nõ eſt damna alicuiſcuius ad ſua culpa euenit, nu 20 f. 163

Actio, & paſſio non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, nu 14. fol. 236

Actuarij ſi ſingulis annis reddunt rationem. poſſunt in eodem loco per plures annos continuare, nu. 8. fol 212

Adminiſtratio an ſit interdicenda officiali pendente iuditio contra eos, nu 22. f. 29

Aduocatus is eligendus eſt, qui te non tua amat, nu. 10. f. 73

Aduocatus doctus malã cauſam ad bonum finem poteſt perducere, nu. 11. f. 73

Aduocatus in ſua cauſa magis quã in aliena debet eſſe diligens, nu. 23. f 74

Aduocato an ſalarium debeatur ſi cliens liti cedit, nu. 3 ſol 83

Aduocatus ſi partium concordia magnum euaſit laborem. erit in ſalario ratio habenda, nu 6 f 84

Aduocatus ſi partium concordia aliud cepit patrocinium, eius erit ratio habenda, nu. 8 fol. 84.

Aduocatus an teneatur cauſam appellationis extra locũ iuditij fouere, nu. 18 fol. 86

Aduocato quando non debetur promiſſum ſalariũ debet ſolui pro labore, nu. 40 f. 92

Aduocato debetur ſalarium. pro cauſa qualitate ipſius facundia & fori conſuetudine, nu. 41 f. 32

Aduocatorum pactiones pro victoria cauſa per reg prag ſunt improbatę, nu. 42 f.

Aduocati bene vtentes legibus, anime eorum ſaluti conſulunt, nu. 5. fol. 101

Aduocati officium laudabile & meritorium nu 2 fol. 101.

Aduocati officium eſt humano generi neceſſarium, nu. 30. f. 221

Aduocati officio nil dignius ſi probe exercetur, nu 8 f. 102

Aduocati officium eſt lucroſum & vtile, nume. 9 f. 103

Aduocati qui querunt mundi honorẽ ædificant ad gebennam, nu. 10. fol. 103

Aduocati plus ad ſummiſſionem veritatis. quam ad indaginem iuſtitiæ exercentur nu 22 f. 104.

Aduocati præſumuntur parum contentionati, nu. 11 f. 103

Aduocati impij ſæpe omittunt loquelam vt

Digitized by Google

perū magnitudine aliīs pferri, n.8.f.188
Alex ſeuerus in animo habuit omnibus of ficialibus proprium genus veſtium dare. nu 4.fol.308.
Alex. ſeuerus dicebat neceſſe eſt, vt qui emit vendat, nu.45 fol.153
Alex. Papa Sextus, cuidam Epiſcopo ſimomaco impunitatem promiſit, & non ſeruauit, nu.59 fol. 123
Alternatiua aliquando eſt ordinis non electionis, nu.4 fol.321
Alienatio nulla reuocat legatum. ſ. g.n.26. fol 21:
Alfonſ. Rex Arag. dicebat quod bonos iuſtitia cōciliat, & malos clementia, n.36 f 9.
Alfonſ. Regis Arag dictum notabile, de eo qui luxu, & libidine totam perdiderat ſubſtantiam, nu. 11. fol 276
Allegari debent quæ a iure præſumuntur alias non proſunt, nu.24 f.52
Ambiguitas alia iuris, alia facti, alia perſonæ, nu 26 fol 67
Ammiani Marcel. locus pulcherrimus contra rapaces aduocatos, nu.16 fol.103
Amor puellarum ſubuertit rectū iudicium iuditium, nu.15 fol.148
Arianus in delictis principaliter inſpicitur, nu.22 fol.13.
Animus, & voluntas etiam ex inutili con tractu dignoſcitur, nu 24 fol.20
Annus in officiali baronis incipit a die captæ poſſeſſionis, non datæ commiſſionis, nu.29.fol.255.
Antiqua lege præceptū erat, vt diſtinctus eſſet muliebris & virilis habit. n.14 f.310
Antiq. Rex ſuis ciuitatibus ſcripſit, vt ſi quid inhoneſtum mandaſſet, non obedirent, nu. 14 fol. 136
Antiquis eſt ſapientia, & multo tempore prudentia, nu 9.fol.75
Appellatio ab interlocutoria debet in ſcriptis fieri, & cū expreſſione cauſæ, n.1. f.37
Appellatio ab interloq. ſecundum aliquos DD. in Regno poteſt interponi ſine prædictis i.g 7. nu.2 fol.37.
Appellatio ab interlocutoria eſt odioſa ſed a diffinitiua eſt fauorabilis, nu 4.fol.37
Appellatio ab interlocutoria non diffinitiua poteſt ſtatuto tolli, nu 5.fol.38
Appellans ab interloq. querit vt iuditium alibi finem habeat, quam vbi captum eſt, nu 6 fol 38.
Appellans ab interloq. cupit vt ex litibus lites oriantur, nu 7 fol.38
Appell ab interloq eſt verus contumax, & poteſt contra eum procedi non citatum, nu 8 fol.38.
Appellatio a diffinitiua ſtatim ligat manus iudicis a quo, nu 9 fol.38
Appellatio ab interlocutoria ſemper arguit iudicis inequitatem, nu.15 fol 39
Appellans a diffinitiua poteſt appellationē ex nouis probationibus ſouere, n.15 f.40
Appellatio ab interloq ideo requirit cauſā, qui factū iudicis impugnat, nu.17 f.40
Appellans ſi poſt appellationem aliquid innouat cenſetur appellationi renūciare, nu.11 fol.39.
Appellare qui non poteſt a ſententia, auditur ſi cauſam allegat, nu.19 fol.40
Appellantis ab interloq odio factum eſt. vt cauſas grauaminū exprimat, nu 23. f 41
Appellans condemnatus ad rei reſtitutionem ſi eſt ſuſpectus. fructus poſſunt ſequeſtrari, nu. 12 fol.39
Appellatus non diſcuſſa appellatione poteſt coram iudice appellationis proſequi cauſam principalem, nu.28 fol.42
Appellatio ab interloqutoria quare omni tēpore eſt in ſcriptis facienda, nu 1 f 49
Appellans & plura grauiora proponens an ſufficiat vnum probare, nu 16 f 47
Appellans pluribus allegatis cauſis, ſi qualibet ſufficit, ſat eſt vnam proſequi, & probare, nu. 18 fol 47
Appellatio cum non admittitur a ſententia lata in poſſeſſorio, ita nec ab interloqutoria in eo lata, nu 50 f.63
Appellans pluries a ſententia, ſi prima appellatio eſt nulla, poterit poſteriorem proſequi, nu 28.fol 49
Appellans ab interloqutoria, an ſufficit per relationem ad acta cauſas exprimere nu.33 f.l 50.
Appellatio ab interloq. v.b requirit cauſam qn interlocutoria eſt contra ius, n 41 f.52

Appel-

Appellationis tempus idem operatur quod appellatio, nu.26.f.89.
Appellationis tempus nec partium conſenſu nec cōpromiſſo poteſt differri, n.10 f.129
Appellationis proſequēdæ tempus partium voluntate non poteſt alterari, n.11 f.129
Appellationis proſequendæ tempus poteſt compromiſſo prolongari, nu 16 f.130
Appellationis proſequendæ tempus quare compromiſſo, & non conſenſu poteſt differri, nu.19.f.131
Appellandi & proſequendi tempus poteſt conſuetudine differri, nu.21 f.131
Appellatione prohibita a mera interloquutoria non prohibetur ab habente vim diffinitiuæ, nu.6 f 142
Appellandi libera poteſtas includit caſus prohibitos appellari, nu.19 f 163.
Appellatio ab interlocutoria ideo cauſam requirit, quia nititur exceptione, & non iuris regula, nu 10 fol 326.
Appellatione pendente quamuis contra litigantem non poteſt innouari, poterit tamen contra tertium, nu 40 f 343
Appellans iuſte impeditus vna die, habet integrum annum ad proſequendum, nu 3.fol 250.
Archite Tarentini filoſofi notabile exemplum cum eſſet ira accenſus, nu 65 f.201
Argumentum valet ab armato milite ad ll. Doctorem, nu 5.fol.102
Arma Principis debens vel frangens punitur vt rebellis, nu.33 f 118
Arma delens a cappellis alicuius punitur pœna arbitraria, nu.31 f 118
Arma ſi quis poteſt deferre cum alijs armatis, an hi ſimul cum eo, vel ſeperatim poſſint deferre, nu 31 fol.304
Armati aſſociantes aliquem, qui habet licentiā cum alijs deferendi arma, quando ea licentia potiuntur, nu 31.f.305
Aſinus etiam indignatur dum per comparem apprehenditur, nu.34 f.305
Aſſenſus qui requiritur in alienatione feudi etiam requiritur ſi retrouendatur, nu.20 fol 20.
Autor diſcrepat ab opinione Aſflict circa ſollemnitates l.libellorum. de accuſat.nu. 4.fol 35.
Autor inhæret opinioni quod ſollemnia.l. libellorum hodie non ſunt ſublata, nu. 10 fol.36.
Autor dubitat cauſas in regno ſummarias poſſe conſenſu fieri ordinarias, num. 14. fol. 140.
Auaritia eſt radix omnium malorū, nu.30. fol.150.
Audientiæ prouintiales qualiter olim & hodie torquendi præbemi.exercent, nu. 25.fol 176.
Audientia Barenſis ex priuilegio habet præbeminentiā torquendi, nu.26 f 177
Audi.Bare.& Hidrunt habent præbem. in ſufflandi vitæ ſpiritum inſtantiæ perēpte & alias præbem. nu 27.fol.177
Autor pluribus rationibus probat etiam in ſuo hærede iacere hæreditatem, nu.20. fol.228.
Aut hoc niſi C. de ſolut. quando & quomodo procedat remiſſiue, nu. 6.fol.72

B

BAnnito ſecuritas conceſſa ſub verbo, & fide Regis ſeruanda eſt, ſicuti eſſet iuramento firmata, nu 60 fol.183
Bannitus non poteſt occidi pendente appellatione a ſententia banni, nu.24 fol.88
Bannitus ſe ipſum occidens non euitat pœnam, l.3 ff.de his qui ſibi mort. num. 35. fol 215.
Bannitum occidens odio priuato non zelo zelo iuſtitiæ ponitur, nu.12.fol.162
Bal. dixit quemdam Doctorem pro eius malo conſilio debere laqueo ſuſpendi, n. 13 fol.103.
Bal quondam dictum ſemper in ore habebat, quia cum tangebat, nu.61 fol 183
Barones dicuntur patres vaxallorum, nu.2 fol.2.
Baroita meri debet ſuos vaxallos ſicuti Rex ſuos regales populos, nu 3 fol. 2
Barones in electione officialium debent habere notitiam virorum proborum, nu 34 fol.8.
Barones an poſſint cauſas ſummariè delegare

Digitized by Google

gare, nu.4 fol.55.
Barones ſuis ſubditis poſſunt priuilegia concedere, ſicuti Rex & Imperator, num.5. fol 55.
Barones habentes ſecundas cauſas poſſunt appellatione pendente indulgere, nu.20. fol.87.
Barones habentes ſecundas cauſas poſſunt pendente tempore appellationis pœnam remittere, nu 27.f.89
Barones poſſidentes in Regno vaxallos etiã non Neapolitani nõ torquentur ex præbem. nu.32 fol 178
Barones habent proprietatem iuſtitiæ, & eorum iuriſdictio habet proprias radices, nu.27 fol 286
Barones non poſſunt creare officiales ad beneplacidum, & creati ſunt annales, nu.7. fol.211.
Beneficium quo clericus ob delictum ipſo iure priuatur vacat ante ſententiam, & poteſt alteri conferri, nu.33.fol. 90
Beneficiati, & rectores Eccleſiæ equiperantur vſufructuarijs, nu.47.fol.291
Beneficiati facientes procuratorem nomine eccleſiæ ipſius mandatum non ſolut morte, nu.49 fol 291
Beneficium expectãt per mortem, ad id admittitur ſi vacauerit depoſitione trãſalatione, & renunciat. nu 52 fol.292
Beneficiatus conuenitur in loco beneficij, pro cauſa ipſius, & pro quacunque ſi requirit reſidentiam, nu.21.fol 325
Beneficio reſtitutionis in iuditio minori cõceſſo, ob equalitatem aduerſarius maior vtitur, nu.15.fol.296
Beati Gregorij notabilia præcepta aduerſus iram, nu.64 f.201
Bona ſi poſſidentur per hæredes clerici præſumuntur ex bonis proprijs acquiſita, nume. nu.19.fol 70
Bonis qui inſidiatur, inſidiatur perſonæ, nu.3.fol 217.
Bonus dolus quis ſit, & quid malus, nu 26 fol.110.
Bona quæ ipſo iure fiſco ob delictum applicantur, quando di cuntur fiſco incorporata, nu 35 fol.91
Bona vnius amici quoad vſum dicuntur alterius amici, nu.36.fol.346
Bononienſes cum amicis vtuntur honore verbali, nu.51.fol.345.

C

Cauſa finalis, & ratio legis, probe mio ipſius colligitur, nu.15.fol 5
Cauſa ciuilis quæ ſit, nu 1 fol.24
Cauſa ciuilis dicitur, cum commodum ipſius parti applicatur, nu.4 fol.25
Cauſa in qua extra delictum agitur de priuatione officij ciuilis eſt, nu 14.fol 27
Cauſa quod adminiſtratores vniuerſitatis non exerceant præter delictum ciuilis eſt, nu.15 fol 27
Cauſa priuationis officij quando eſt ciuilis, & quando criminalis, nu 6.fol 27
Cauſa quamuis ſit criminalis incidentes articuli poſſunt eſſe ciuiles, num.19.fol.28. & g 9.nu.51 fol.63.
Cauſa mixta quæ dicatur, nu 1 fol 30
Cauſa potentior nomen, & naturam tribuit, nu 5 fol.31.
Cauſa ſummarie delegata non requirit ordinem iuditij ſed plenas probationes, nume 11.fol.34.
Cauſæ quæ de iure communi ſunt ſummariè nu.12.fol.34.
Cauſa principalis non mutat naturam in appellatione quæ ſi eſt ſummaria ita cauſa appellationis, nu45 fol.62.
Cauſa appellationis aliquandò eſt diuerſa a cauſa principali, nu.52 fol 64.
Cauſa principalis quando eadem vel diuerſa ſit a cauſa appellationis, num.54. fol 64.
Cauſa magna pecuniaria equiperatur cauſæ criminali, nu 8 fol.94
Cauſa facinoroſa equiperatur morti, nu 27. fol 220.
Cauſa requiritur in citatione, quando exceptione nititur, non iure communi, nu.3. fol 326.
Cauſæ quæ ſint in quibus in cauſa ciuili quis tenetur perſonaliter comparere, nume 4.fol.327.

Cauſa ſi deeſt in citatione, & adeſt in libello qui notificatur ſufficit, nu. 13 f. 328

Cauſa in citatione expreſſa ſi negetur, an ſtatim probari debet, nu. 9 fol. 327

Cauſa ſi eſt delegata appellatione non obſtante poterit tertius appellare, nu. 39 f 343

Cautela vti poſſumus vt noſtra voluntas debitum ſortiatur effectum, nu. 18 f 109

Cautela qua poteſt vti venditor ad excluſionem iuris congrui, nu. 19 fol. 109

Cautela duplex vt valeat electio, cum non adſunt duæ partes ex tribus, n. 21 f. 238

Cap deteſtantes pleniſſime eſt commētatum per par. deput. in tract. ſindic. nu. 1 f. 99

Cap. deteſtantes non tollit ſollemnia ſententiæ, nu 21 fol. 169

Capitanei factionum grauiter puniri debent non obſtante appellatione, num. 27. fol. 117.

Capitanei factionem ſunt qui faciunt, vel fieri faciunt, nu. 35 fol. 118

Capitanei factionum ne dum tenentur de eo quod ipſi faciunt, ſed etiam quod alij conuocari, nu 34 fol. 118

Caroli Secundi Regis prudens ſimulatio, vt homicidam detegeret, nu. 56 fol. 122

Caſtitas ſola cum fiducia poteſt animas præſentare, nu. 11 fol. 147

Canonici ſi priuantur iure eligendi, & vnus remanet is ſolus poteſt eligere, nu. 35 fol. 256.

Canonicis relictum an vt ſingulis vel vt capitulo relictum videtur, nu. 31. f 247

Cancellariæ regula admittit reſignationem beneficij ab infirmo mortuo poſt 20. dies, nu. 21 fol. 270.

Cardinales ſi oēs exierunt in conclaue vno relicto, ſi poteſt Pontificem eligere. num. 32 fol. 257.

Capitulum ſi fecit contractum, etiam mortuis omnibus qui aderant, durat contractus, nu. 45 fol. 259

Carceratus poteſt in domo citari, & iuditium valet, nu. 1 fol. 265

Carceratus poſt concluſionem, & condemnatus, non reſtituitur aduerſus ſententiam, nu 6 f. 267

Carceratus iuſtè ob delictum & condemnatus, non reſtituitur contra ſententiam, nu. 6. fol 267.

Carceratus ſua culpa amittit omne iuris beneficium, nu. 9 fol 267

Cato cenſorinus dicebat, vt qui vxori manus intuliſſet, ea teneretur pœna, qua ſi Deorum ſacra violaſſet, nu. 33. fol. 215

Cato cenſorinus ob honeſtatem non patiebatur virum vxorem præſente filia deoſculari, nu. 34. fol. 215

Cedens liti ſtatim viſa actoris petitione an ad expenſas teneatur, nu. 1. fol 75

Cedens liti viſa petitione non a die aut homine interpellatus, an ſoluit expenſas, nu. 2. fol. 75.

Cedens ſtatim liti in iuditio vocatus, ita præſumendum antea interpellatum feciſſe, nu. 22 fol 79

Citatus in cauſa ciuili, vt teneatur de perſona comparere, debet cauſa exprimi, nu 21 fol. 41.

Citatus qui non ſubeſt iudici niſi in certo caſu, non tenetur comparere, niſi caſus exprimatur, nu 22. fol 41

Citandus tribus edictis, debet cū interuallo, non ſimul citari, nu 20. f. 141

Citatio eſt baſes & iuditij fundamentum, nu 1 fol. 172.

Citatio cum defenſionem contineat eſt de iure naturali, & a principe tolli non poteſt, nu 9 fol 173

Citatio quæ fit poſt concluſionem eſt de iure poſitiuo, & a principe tolli poteſt, nu. 14. fol 174.

Citatio ad omnes actus breuiloqua & compendioſa dicitur, nu. 4 f. 263

Citatus ad omnes actus, & quid procedetur prout iuris, iterum debet in ſententia citari, nu. 7 fol 263

Citatus ad omnes actus ſi comparet debet procuratorem relinquere. nu 10 fol 264

Citatus ad omnes actus comparens non relicto procuratore, debet citari per proclama. nu. 11 fol. 264

Citatio ad omnes actus etiam poteſt fieri præſenti, ſed poteſt citatus appellare, nu. 13.

num.13 fol 264.
citatio fieri debet de mandato iudicis, nu.1. fol 298.
citatio eſt facienda ad inſtantiam partis, nu 3 fol. 299.
citatio in dubio præſumitur facta ad partis inſtantiam, nu.4 fol. 299
citatio tria immo quatuor continere debet, nu 5 fol. 299.
citatio de iure communi poteſt priuato, immo parti conuicti, nu 17 fol. 300.
citatio, & ſententiæ exequutio de iure regni, nūtijs ī curiarū pōt cōmicti, n.13 f 305
citatio ad iuditium poteſt a perſona procuratoris incipere, nu 36 f. 305
citatio vt domi fieri poſſit, de iure cōni eſt primo citandus perquirendus n.1 f 321.
citatio poteſt fieri, & debet ad domum citandi, num 7 fol. 722
ciandus ſi plura habet domicilia, ibi citari debet, vbi maiore parte anni habitat, nume. 8 fol 322.
citatus an p̄ſumatur domi ſolitè habitationis ſi in relatione nuntius dicat citaſſe ad domū modo & forma ſibi cōmiſſa, n.11. f. 323.
citandus ſi plura habeat domicilia, citari debet in domicilio originis, nu. 19 f 325
citari ibi quis debet vbi conueniri poterit, nu 23 fol. 325.
citatio debet continere cauſam, & cauſa cauſæ, nu 5 fol. 326
citatus a duobus ex tribus delegatis, cum clauſula, quod ſi non omnes & ſet non tenetur camparere, ſi non apponatur cauſa, quia tertius ſe excuſauit, nu. 5 fol 327
citatio ſine cauſa vti obſcura, & equinoca, non cogit citatum ad comparendum, nume. 11. fol. 328.
citatio ſuper tenore inſtrumenti inliquidi, ſed per aliud liquidandi, debet de vtroq. facere mentionem, nu. 7. fol. 327.
citatio dicitur ſententia interloquutoria, nu. 12 fol 328.
citatio ex multis cauſis eſt inualida, nu. 14. fol 328.
citationis literas a manibus nuntij eripiens, & lacerans qua punitur pæna remiſſiuè, nu 12 fol. 331.
citationis defectus per comparitionem citati tollitur, nu. 1. fol. 335
citatio facta a duob. ex tribus delegatis ſi citatus comparet, cōnualidatur, nu. 3 f 335
citatio nulla non perpetuat iuriſdictionem. ſecus ſi citatus comparet, nu. 4 fol. 335.
citatio ad foriudicādū ſi eſt nulla, cōparitione coniūtorū non cōualidatur, n 8 f. 336.
citatio eſt a iure inuenta, vt quis in iuditio compareat, nu. 14 fol 338.
citatio quando eſt pro forma ſine ea nō ſufficit præſentia, nu 20 fol. 339
citatus pro pluribus cauſis poteſt vnica cōparitione omnib ſatisfacere, nu 22. f. 339
citatus interrogatus dicens velle litigare an amittat fori declinatoriam, nu 27 f 340
citatus mittens procuratorem non ad totam cauſam, ſed ad vnicum actum, poteſt reputari contumax, nu. 12 fol. 264
citatio ſi eſt omiſſa, quia partes dederunt iudici licentiam ad procedendum, valet iuditium, nu 16 fol. 265
citari & conueniri quis poteſt in domicilio ex accidenti, pro cauſa ad ipſum ſpectante, nu 20 fol 325
citare principalem melius eſt quam procuratorem, nu. 37 fol. 305
citatus comparēs etiam ſi allegat defectum citationis, citationem validat, nu 5. f. 336
citationis defectus ſi comparit. citati tollitur cū de eius intereſſe agitur, n. 6. f 336
citatus dicens volo me ſubmittere cognitioni talis iuditij, vel eius mandato parere, non poteſt forum declinare, nu. 28 f. 340
ciuilis ſapientia eſt res ſanctiſſima quoad animam, & firmiſſimam quoad mundum nu. 2. fol. 101.
citatio ſi eſt circumducta poteſt opponi in criminalibus, quamuis tres tantum exceptiones poſſint opponi, nu 35. fol. 341
circuitus eſt euitandus & quæ poſſunt fieri per pauciora, turpe eſt fieri per plura, nu. 25. fol 98.
circulum deferens in ſuis armis, quod competit comitibus, qui non eſt comes, tenetur pæna falſi, nu 31 fol. 313

ciuitas ob delictum de iure aut humano leſæ maieſtatis, amittit omnia priuilegia, nu. 37. fol. 119.
ciuitas ob delictum deſtructa, ſi redificatur non recuperat priora iura ſecus ſi de facto, nu 44 fol 120
ciuitas de facto ſi eſt ſpes redificationis retinet priora iura, nu 40 f 120
ciuitates ſi duæ habent communitatem, & vna efficitur inhabitata, ſoluitur communio, nu. 49 fol. 121
ciuitatis fundamenta magis in legibus quam in muris conſiſtunt, nu 57. fol. 156
ciuitas occidens ſuum Epiſcopum conſecratum, priuatur dignitate epiſcopalus, num. 36 fol. 119.
ciceronis pulcra verba contra auaritiam magiſtratuum, nu. 29 fol 150
ciuis qui contra patriam patrocinatur aqua babet officium efficitur indignus, nu. 19. fol. 219.
ciuitas in ciuem maiorem babet poteſtatem, quam pater in filium, nu 21 fol 219
ciuis delinquendo patriam in diſcrimine, amittit iura ciuilitatis, nu. 22 f. 219
ciues congregati debent conſentire in his, quæ eis pertinent vt vniuerſis, num. 16. fol 243.
ciues quando eorum factum alijs nocet congregatim debent conſentire, nu. 17 f 243
clauſula non obſtantibus quibuſcunque cōſt. Apoſt. non tollit decreta ſac. conſ. nu. 14. fol. 73.
clauſula ex certa ſcientia, & clau. non obſtāte equiperantur, nu. 16. f. 135
clau. ex certa ſcientia babet vim ſpetialis derogationis, & equiperatur clau. motu proprio, nu. 7 fol. 135.
clau. ex certa ſcientia, & clau motu proprio, ſe habent tanquam excedentia & exceſſa. nu. 8 fol. 135
clau. ex certa ſcientia, babet vim clauſulæ de plenitudine poteſtatis, num. 9 fol. 136
clau. ex certa ſcientia nunquam intelligitur niſi exprimatur, nu 15. fol 136
clau. ex certa ſcientia effectus qui ſint remiſſiue, num. 16. fol 137
clauſula non obſtantibus quid importet, remiſſiue, nu. 1. fol. 158
clauſula ſupplentes omnes defectus, non ſupplet defectus citationis, nu. 10 f 174
clauſula non reſcripto poſita delegationis, poſt quinquennium præſentibus minimè duraturis an quinquennio elapſo quoad cauſas ſeptas duret iuriſdictio delegata, nu. 28 fol 286
claritas in iure commendatur & eſt propria legum, nu 18. fol. 97
clem 1. de ſent. & re iud iud non procedit vbi exequtio eſt iurretractabilis, num. 36. fol. 342.
clem. 1. de ſent & re iudi non procedit in cauſa matrimoniali, nu. 37. fol 342
clau volo teſtamentum hoc valere non obſtante alio a me quomodocunq; facto babet vim ſpetialis derogationis ad præcedens teſtamentum cum clauſula derogatoria, nu. 4 fol 159
clericus patrocinans cōtra eccleſiam aquam babet beneficium eo priuatur, nume. 18. fol 219.
clericus hæres laici tenetur litem captam coram iudice ſeculari proſequi, nume 11. fol. 296.
clericum percutiens indutum veſte laicali non eſt excommunicatus, nu 19 fol. 310
clericus conuentus differens fori priuilegiū opponere condemnatur in expenſis, nu. 8. fo. 80
clericus beneficio priuatus per ſententiam ſi appellauerit, ea pendente poteſt beneficio renunciare, nu 22 fol. 87
clericus ob aſſaſſinum per ſententiam beneficio priuatus, etiam ſi appellauit, non poteſt beneficio renunciare, nu. 23 fol. 88
contractus per quoſcunque modos contrabitur, per eoſmet diſſoluitur, nu. 18. fol. 19
cōtractus denominatur a re quæ magis præualet, nu 6 fol 31
contractus natura magis attenditur, quam verba contrahentium, nu 7 fol. 31.
contrahens cum eccleſ. aut minore ſine ſolemnitate, quare inuito prælato, & non minore reſcindit contractum, nu 5 f 210

cou

contractus & reſolutio eſt eiuſdem naturæ, & quot teſtes requiruntur in teſtamento reuocatione, nu 19 fol.19
confeſſus & conuictus quamuis non appellet, ſi tamen cauſam exprimat auditur appellans, nu.20.fol.40
concluſio multos effectus producit quos ſententia, nu.30.fol 21
conſcientiæ forus eſt tribunal veritatis, & nonfictionis, nu.20 fol.57
conſcientiæ forus non ſeruat ſollemnitates iuris ciuilis, ſed ius gentium, nu.21 f 57
conſcientia eſt ſenſus animi cognoſcentis bonum, & malum, nu.2.fol 72
conſcienria eſt melior teſtis, & aduocatus, nu.1.fol. 72.
cõſcientiæ alicuius ſi eſt aliquid cõmiſſum, debet id cum iuramento aſſerere, uu 24. fol.59.
Conſtant. Imper. notabile exemplum vt bonos a malis probaret, nu.57 fol 123
conditio non eſt expectanda cuius euentus nihil operatur, nu 10 fol.68
condemnatum ad ſupplicium ducentes, ſi timent in itineri eripi, non poſſunt ipſum occidere, nu 30.fol.117
colonum non expellere promittens, poteſt ipſum expellere ſi illius culpa ſit. nu.18. fol.163.
corrigere ſe ipſum in male geſtis, turpe non eſt ſed laudabile, nu.27.fol.42
corrigere ſe ipſum melius eſt, quam expectare quod ab alio corrigatur, nu 26 fol.42
conſilia præcipitata neq; reuocari, neq; in integrum reſtitui poſſunt, nu.8.fol.46
conſilio cautior fit, qui pluro tempore cogitauerit, nu 1 fol.46
conſiliarij in conſulendo pauci quid ſentiũt, & multi quid cupiunt loquantur, nu.12. fol.114.
conſiliarij plures ob mala conſilia fuerunt diuinitus, & principibus grauiter puniti, num.13.fol.115.
cognomen eſt apponendum dum conſtat plures eſſe eiuſdem nominis, nu.14.fol.69
cognomen a ſtatuto requiſitum debet apponi quamuis nomen ſit ſingulare, nu.2.fol.70
confitens actoris intentionem non cogitur litigare, nu.4 fol 72
confitens poſitionem & ſe refcrens, in quo aliud apparet, ſibi non præiudicat, nu.39 fol.52.
collegio excommunicato non ſunt excommunicati in locum demortuorum, num 54. fol.160.
comes de nouo creatus non præcedit filium alterius comitis, qui poſtea in comitatu ſucceſſit, nu.17.fol.228
conſentire in eo quis alteri poteſt, quod per ſe non poteſt facere, nu.13.fol 236
conuentus offerens actori rem propriam eximitur a moleſtia litis, nu 5 fol.72
conferre cum ſapientibus multum prodeſt, nu.18.fol 74.
compenſationem opponẽs quam actor agnouit an teneatur ad expenſas, nu 1 fol 79
compenſationẽ opponens quando non tenetur ad expenſas, nu.9.fol.81
compenſatio quando fit ipſo iure & quando ope exceptionis, nu.13.fol.81
compenſatio fit ipſo iure ad æuitandam pœnam & moram. & ad debitum tollendum cum opponitur, nu.14 fol.81
conſilia turbida ſunt quæ ſibi ſuadent, num. 13 fol 189.
confeſſus etiam ex nullo etiam inualido proceſſu poteſt condemnari, nu.10 f 85
confeſſio etiam in contractu inutili probat contra confitentem, & alienatio nulla reuocat legatum, num.25.fol.21
condemnatus actione famoſa pendente tempore ad appellandum poteſt teſtari, nu 28 fol 89.
conditio formam inducit, quæ ſpecificè eſt ſeruanda, nu.5.fol.94
conſuetudo dicitur inrationabilis quæ inducit ſuperflua remedia, nu.24.fol.98
conſiliarij muneribus excecati ſæpè dicunt bonum & malum bonum, nu.11.fol.114
communio diſſoluta inhabitatione vnius, ea rehabitata reintegratur, nu 50 fol.121
compromiſſum ante acceptationem non ſuſpendit tempus proſequendi appellatione nu.17.fol.130.

Digitized by Google

compromiſſum factum ſine temporis præfinitione durat triennio, nu.18 fol.131.
committere verbum importat iuriſdictionem tribuere, nu 4.fol.158
conſequens qui vult videtur velle omne neceſſarium antecedens, nu.5.fol 167
contrarietas in iure eſt valde vitanda, nu.6 fol 167.
contrarietas, & repugnantia diſpoſitionem annullant, nu 7 fol.167
contrarietas in quacunq; diſpoſitione per poſſibilem diſtinctionem eſt remouenda, nu.15 fol.168.
contrarietas vt euitetur permittitur ſubauditio, nu 16.fol 169
contraria quibus modis ſoluantur, num 18. fol.169.
correctio incontinenti non eſt præſumenda nu 11.fol.168.
concluſionis tempore plene de cauſa liquit, num.12 fol.174.
compromiſſum in plures factum vt quilibet iudicet cenſetur inſolidum factum, nu.3. fol 203.
compromiſſum in liberum & ſeruū, vt quilibet ipſorum iudicet, valet in liberum, nu 4 fol.203.
compromiſſum eſt caute dictandum, nu 9. fol 206.
